



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK  
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

---

74. K. 72. 2 Vol.







74. K. 72,  
2 Vol.



# MUSEUM PHILOLOGICUM ET HISTORICUM, COMPLECTENS

- I. ISAACI CASAUBONI de Satyrica Græcorum Poësi, & Romanorum Satira libros duos, in quibusetiam Poëtæ recensentur, qui in utraqve Poësi floruerunt.
- II. Ejusdem QUATUOR EPISTOLAS hactenus ineditas.
- III. Euripidæ Cyclopem Latinitate & notis donatam à Q. Septimio Florente Christiano, & Josepho Scaligero.
- IV. Inscriptionem Vererem Græcam nuper ad Urbem in Via Appia effossam, Dedicationem fundi continentem ab Herode Rege factam, quàm Is. Casaubonus recensuit, & notis illustravit.
- V. D. ÆGIDII STRAUCHII ΟΑΤΜΠΙΚΟΝ ΑΓΩΝΑ.
- VI. JOH. LEHMANNI *Dissertationem Historicam de Serapide Ægyptiorum Deo.*

THOMAS CRENIUS

Conlegit, recensuit, emendavit, ac præfatione, notis & concinnò indice auxit.



LUGDUNI BATAVORUM.

Sumtibus ABRAHAM I vander MIJN.

Bibliopolæ clō. lōc. ic.

Digitized by Google



# LECTORI BENEVOLO THOMAS CRENIUS

S.



N tertiidecimi 21. al. 22. inciso capitis non solum summi Prophetæ, sed & *Evangelistæ*, ut Hieronymus in ad Eustochium Virginem laudat procæmio, & *Apostoli* Jesaiæ, quid שְׁעִירִים sint, quique hoc nomine veniant, disquirunt Interpretes, in quibus tamen B. D. noster Sebastian. Schmidt, Comment. in h. l. non solus tacet: cùm & prætereat Joannes Oecolampadius, cujus Commentarios omnes in Prophetarum libros lego ex editione optima Crispiniana Genev. M. D. LVIII. in fol. ac F. Francisc. Förerius Ulyssiponensis, Sux Theologiæ Professor Dominicanus & Concionator Regius, p. m. 54. b. Commentar. in Jesa. edit. Venet. 1563. in fol. scribat: *Parum refert, scire, quæ genera animalium hæc nomina propriè indicent: sat est, hîc intelligere Prophetam, quòd omnes aves feræ, & animalia quæ solitudinibus gaudent, ad ruinas Babyionis concurrerent,*

\* 2 \*

quò

quô significat vastitatem & desolationem illius incluta civitatis. Vide Hieronymum. Antè paullò tamen: Pilosi, inquit, *Hebraum nomen* פְּעִיר non dubium, quin à pilis sit dictum, quasi hirsuti seu pilosi & nomen satyri cum hoc Hebraeo convenit: ego simias dicerem. Chaldaeus demones dixit. Jo. Lorinus in p. 110. a. Comment. in Levitic. IV. 23. putat Fœrium eas velle *simias* quæ pilosæ sint. Sanè, quòd à radice פֶּעַר horrere, horrescere, nomen Toar, ut Kimchi vocat, פְּעִיר pilosus, abundans pilis, & ab hoc singulari plurale, quòd hìc cum præfixo legitur וּפְעִירִים, descendat, nemo hanc Lingvam doctus negabit. Talis פְּעִיר sive hirsutus fuit Esau Gen. XXVII. 11. unde & cognomentum Esavi *Seir*, quasi pilosus, Numer. XXIV. 18. auctore Victorinò Bythnerò in Clave Lingvæ sanctæ, p. m. 43. edit. Cantabrigiens. M. DC. XLVIII. in 8t. Talis פֶּעַר fuit Elias 2. Regum I. 8. Longis quia pilis sive villis hircus est, obtinuit is quoque hoc nomen. Sic *Et conjunget* (adplicabit, admovebit) *manum suam super caput* פֶּעַר הִרְצִי *hirci*. Levit. IV. 24. *Et jugulaverunt* (occiderunt) פֶּעַר הִרְצִי *hircum caprarum*. Gen. XXXVII. 31. ubi est in statu constructo. וּפְעִיר *Et hircus caprarum unus*. Numer. XV. 24. In regimine legitur Levit. XVI. 5. יִקַּח שְׁנֵי פְעִירֵי עִזִּים *Accipiet*

*piet duos hircos caprarum.* Sed v. 7. *Et capiet duos* השערים *hircos* vox hæc jod altero caret, notatqve illic Masora, omnia esse talia præter duo, quæ utrinque plena sunt, scil. nostr. loc. Jesaïæ XIII. 21. & 2. Paralip. XI. 15. *Et statuit sibi sacerdotes excelsis* ולשערים *& demonibus, & vitulis, quos fecit.* Dico *demonibus*, cum pluribus ex Hebræis שעירים exponantur post Chaldæum *dæmones*, qui hircorum sub similitudine & forma hirsuta in silvis, agris, montibus ac desertis locis adparebant, & *hi sunt Fauni*, inquit Bythnerus laudatô locô, *sive Satyri, quibus Gentiles sacrificabant.* Addit & Aben-Ezra, *quod phantasmate suo homines exhorrere faciant, seu horripilare*, ut in Thesauro Sanctis Pagmini Joh. Mercerus adduxit, col. m. 3076. edit. raræ ac opt. Colonienf. M. DC. XIV. in fol. Varias sanè adferunt Hebræi causas, Dæmones cur sic adpellentur. Aben-Ezra in Leviticum: נקראו כן שנצטער הגוף הרואה אותם *Sic vocatur, quia mœret quisquis illos videt.* Sequitur; והקרוב בעבור שראו אותם *Sed vero similis est sic vocari, quia maniaci vident eos in specie hircorum.* Quod idem sequitur Abarbanel in Jesaïam. Et Kimchius in Lexico, *Eos ita nominat Moses, quia hircorum specie sibi credentibus apparent.* Maimonides itidem



in *More Nebochim*, lib. III. c. XLVI. Ex  
 Zabiis quidam fuerunt, qui demones colebant,  
 & eos existimabant habere formam hircorum.  
 Unde etiam demones שְׂעִירִים scīrim, hoc est,  
 hircos appellabant. Quæ opinio Moſi evô jam  
 longe latèque in orbe diffusa fuit, sicut ait,  
 Levit. XVII. 7. “ Et non sacrificabunt ul-  
 tra sacrificia sua שְׂעִירִים hircos, id est, de-  
 monibus ita adpellatis. Huc refer, quod in  
 Jambluchi Babylonicis apud Photium τράγου τι-  
 φάσμα ἐκ Σινωνίδος, hirci spectrum quoddam  
 deperit *Sinonidem*, id est, diabolus hirci spe-  
 cie; Et totam veterum Theologiam de Pa-  
 ne, Fauno, Sylvano, Silenis, & Satyris, qui  
 & ipsi hirci dicti sunt. Proinde *Etymologus*  
 Tragoediam ex eo nomen habere adserit, ὅτι  
 τὰ πολλὰ οἱ χοροὶ ἐκ Σατύρων συνίσταντο, οὓς ἐκά-  
 λουν τράγους, quod *chori plerumque ex Satyris*  
*constabant, quos hircos appellabant.* Quin A-  
 rabice *satar*, Plur. *asatir*, *hircum* sonat. Ad  
 demones referunt adductum præter Chaldæ-  
 um & Syrus & Arabs. Targum hic & c.  
 XXXIV. Jes. comm. 14. habet שְׂעִירִים. LXX.  
 hic verterunt δαιμόνια. At in altero. Jesaia  
 loco, decurtata eis oratio, ut Matth. Mar-  
 tinus, col. 2692. edit. Bremens. M. DC.  
 XXIII. ait; καὶ βοήσονται ἕτερος πρὸς τὸν ἕτε-  
 ρον, cū antecessisset: καὶ συναντήσουσι δαι-  
 μόνια ὀνοκενταύροις. Santes Pagninus hic & ibi  
 trans-

transtulit *dæmones*. Et in Thesaurō, col. 3076. adducens Jesa. xxxiv. 14. *רעשן דæmon ad socium suum clamabit*, addit: Et vocatur sic eò quòd adpareat, ( *conspiciatur* ) pilosus credenti illi: inquit Rab. David. in lib. Radic. possibile tamen est, inquit in Comment. ut sit genus animalis in deserto commorantis. Inde fortè Hieronymus Osorius Lusitanus Episcopus Silvensis, lib. II. Paraphras. in Isaiam, quam habeo in 8t. Coloniae editam annō M. D. LXXIX. ita transtulit, p. 50. b. *Sylvestria animantia pilis hirsuta*. Sanè in Levit. xvii. 7. per *רעשן hircos*, & per hos dæmones intelligunt R. David Kimchi in libro Radicum, & R. Moses Maimonides, locò à nobis antè productō. Ac causam uti dictum, adferunt, quia Satanas præcipuè in hirci figura se soleat hominibus obferre. Unde gentiles inter numina retulère Faunos sive Ægipanas: pro quo *Capripedes Panes* ait Propertius, lib. III. eleg. xvi. v. 34. Uti *capripedes Satyros* Lucretius in iv. v. 481.

*Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasque tenere Finitimi fingunt, & Faunos esse loquantur.* Nec sanè alii ab his Sileni, nisi quòd *Satyr* nomen generale sit, præcipuè autem junioribus tribuatur: at *Sileni* sint seniores, qui junioribus *Satyr*is præfecti. Nec à vero abludit, auctore Vossio in I. de Idololatr. c.

VIII. p. m. 31. edit. Amsterdam c10. 100.  
 LXVIII. in fol. *Satyrus* unius litteræ immuta-  
 tione fieri à voce ea; quâ Moſen uſum vidi-  
 mus; nempe à *ſahir*, quô dicebamus pro-  
 priè notari *piloſum*, vel *hircum*, ac μεταφω-  
 ρικῶς *dæmonem*. Jeſaiæ tamen XIII. 21. ubi  
 ſermo de urbis excidio, ſic ut in ædium rui-  
 nis habitaturi ſint furunculi, & ululæ, &  
*ſehirim*: Aben-Eſra, quia de ululis anteceſ-  
 ſit, aves intelligit horrendas locorum defer-  
 torum. Ac Junius ſimiliter, qui *ſcopes* inter-  
 pretatur. Verùm LXX. qui Levitici XVII. 7:  
 ματαίους verterant, non dubitant hîc δαιμό-  
 νια transferre. Ac ſatis veriſimilis eſt opinio  
 Serarii, qui, ſuô in Tobiam commentariô,  
 p. m. 86. cenſet, μωυζῆιν, (quomodo, Pſellô &  
 Eugubinô lib. VIII. c. XXVIII. teſtibus, Chaldæis  
 & Hebræis vocabatur lapis ſacrificari ſolitus ad-  
 verſus dæmonem terreſtrem) ſic dici, quaſi *me-  
 noſ ſarim*, vel *iſirim*, vel *zeirim* hoc eſt, fugans  
 adverſarios, dolores, ſeu piloſos, ſive dæmonas,  
 prout iſtos interpretatur hîc Hieronymus & in  
 Ezech. XXXV. Sanè & dæmonia locis gaudere  
 deſertis, notiffimum eſt. B. Lutherus in noſtro  
 vertit *feldgeiſter*, at in poſteriore Prophetæ loco  
*feldteuffel*. Belgæ utrobique *de duy velen*. B. Ioh.  
 Wigando, Comment. h. l. p. m. 109. b. edit. Er-  
 phordienſ. M. D. LXXXI. in 8t. *Piloſi ſunt Satyri,  
 Fanni, hoc eſt, ſpectra Diabolorum*. Jac. Tirinus  
 Ant.

Antverpianus, Jesuita, p. m. 596. a. edit. Antverp. M. DC. XLV. in fol. comment. h. l. *Pilosi*, inquit, i. e. *Fauni & Satyri*, *Chaldaei & LXX. dæmones*, qui in *silvis & desertis locis solent hirsuti specie hircæ-cervorum*, & *similium animalium immundorum*, quasi *dii nemorum*, viatoribus apparere. Audiemus & Gaspar. Sanctium Centumputeolanum Jesuitam, cujus in p. m. 156. a. n. 26. Commentar. in h. l. edit. Moguntinæ, M. DC. XVI. in fol. hæc sunt verba: *Quæ sint hæc ferarum monstra, quæ habitatura dicuntur in Babylonicis ruinis, adeo obscurum est, ut neque inter autores nostros, neque inter Hebraeos magistros de illorum significatione conveniat. Pro pilosi, Hebraicè est פִּיְרִיִּם sehhiarim, (malè) quidam exponunt Satyros, alii hircos, quia hi pilosi sunt, & hirsuti; Septuaginta cum Chaldo vertunt Dæmonia: Neque id improbat Hieronymus, quod mihi placet præter cetera, Tum quia Dæmones antiqua Gentilitas Satyrorum, Faunorumque specie venerabatur; qui Dii putabantur nemorum: & Babylon non jam urbs, sed sylva, commodum videbatur domicilium sylvestrium Deorum. Et huc facit quod פִּיְרִיִּם sehhiarim, alias in locis sacre Scripturæ pro Dæmonibus usurpatur: Levit. XVII. 7. Nequaquàm ultra immolabunt hostias suas Dæmonibus, & 2. Paral. XI. 15.*

\* 5

Qui

Qui constituit sibi sacerdotes execratorum, & Dæmoniorum. Sed probat maxime Ioannes Apoc. xviii. 2. Qui respiciens ad hoc, & ad xiii. Isaia caput, sic inquit de Babylonia: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & edibilis. Hæc Sanctius. Quandoquidem verò & Förerius nos ad Hieronymum ablegat & Sanctius, age subjiciemus integram Sancti illius expositionem. In tantum, inquit Hieronymus, Babylon vastata erit, ut ne ad pascua quidem armentorum & pecorum utilis sit. Non enim tendet ibi Arabs Sarracenusque tentoria, nec pastores post vestigia gregum fessi labore quiescent: sed inter parietinas angustias veterum ruinarum habitabunt ד'ל, quod soli LXX. Ingle i. e. bestias transtulerunt. Alii ipso nomine, quod apud Hebræos scriptum est: volentes genera demonum intelligi vel phantasmata. Et replebuntur, inquit Dominus, ut nos diximus, draconibus: ut Aquila transtulit, typhonibus: ut Symmachus ד'לל, ipsum verbum Hebraicum exprimens: LXX. verò & Theodotio ἰχθυὶς, i. e. clamores vel sonitus interpretati sunt. Quodque sequitur: Pilosi saltabunt ibi: vel incubones vel satyros, sylvestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vacant, aut demonum

genera intelligunt. Pro ululis quaque omnes ipsum verbum Hebraicum **א"ל**, soli LXX. monocentauros transfulerunt. Sirenes autem **ד'ן** vocantur, quos nos aut demones aut monstra quaedam, vel certè dracones magnos interpretati sumus; qui cristati sunt & volantes. Per quæ omnia, vastitatis & solitudinis signa monstrantur: quòd tanta sit depopulatio urbis quondam potentissima: ut præ multitudine demonum ac bestiarum nullus in eam auderet pastorum, i. e. deserti appetitor, intrare. Quæ verba ideò adduxi, ut pateat, B. nostrum Salomonem Gesnerum, Comment. in h. l. p. m. 397. edit. Witteb. M. DC. IX. in 8t. expositionem Hieronymi, quam de **ד'ן**, voce in Textu nostro sequente, habet, confundere cum explicatione vocabuli **שעיר**. En verba Magni illius Theologi: *Seirim* LXX. exposuerunt Demonia; Chaldeus, Demones; Hieronymus nativam hebraice vocis significationem exprimens nuncupat pilosos, & in commentario ait, se demones aut monstra quaedam vel certè dracones magnos intelligere, qui cristati sunt & volantes: In qua sententia etiam D. Lutherus est, qui reddidit, demones in sylvis & incultis locis miris prestigiis obvios deludentes: cuius generis sunt Fauni, Satyri, Dryades, Hamadryades, de quibus spectris in locis desertis apparentibus passim poëta & classici au-

*auctores. Nolo & sequentia ejus è p. 399. dicti in Jesaiæ priora Commentarii capita præmittere verba fortè minimè vana: Babylonis Assyriacæ vastitas typus fuit Babylonice confusionis sub Antichristi Romani Imperio. Sicut illa facta est stabulum bestiarum; ita de tenebrarum regno Romani Papatus Apocal. XVIII. 2. scribitur: Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis Spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda & odibilis. Nam Romana Ecclesia reuera est receptaculum & stabulum omnium superstitionum & impiarum opinionum, sceleratissimorumque hominum colluvies. Demus autem diligenter operam, ne nostrâ lasciviâ, belluationibus, nocturnis clamoribus, & tumultibus, nostram hanc Witebergam in ejusmodi Babylonem convertamus, de qua dici possit, bestias, dracones, bubones, struthiones, nyctico-races, satyros, sive (ut vulgò loquimur) incarnatos diabòlos hîc grassari, latrare furiosos canes, mugire remulentos boves, grunnire ebrios porcos, ululare nocturnos bubones. Quod detestabile DEUS avertat omen. Ego valde metuo, ne futura prædixerit, eaque quæ usu fortè partim venerunt, partim venient, cecinerit ut vates. Adscribo & huc facientia Rodolphi Gvaltheri Ecclesiæ Tigurinæ Antistitis quondam verba, quæ leguntur. in Homiliar. ejus in Jesajam Arch-*

che-

chetyp. p. m. 41. b. edit. Tigurinæ M. DC. VII. *Opponit hoc præsentibus illorum moribus. Habebant palatia, hortos, & in his animalia & aves peregrinas: cantores item, ludiones cum choreis lascivis, &c. Vicissitudinem ergo fore dicit, ut palatia fiant spelunca & lustra ferarum: ubi ululent bubones, saltent spectra diabolica. Ita captat occasionem diabolus, & permittit DEUS, ut testetur, quàm sibi displiceat luxus & petulantia. Redeamus autem ad expositionem, & audiamus quid Joh. Calvinus sentiat. Alii, inquit apud Augustin. Marloratum, p. m. 121. b. Expositionis Ecclesiasticæ in Jesa. edit. Genev. M. DC. x. in fol. *Dæmones quoque saltabunt ibi. Alii Fanni. Hebræorum quidam dicunt, hîc significari hircos sylvestres. Possumus de Satyris aut Panibus exponere, quos Galli, pro regionum varietate, nunc Luitons, nunc folets, nunc loups-garous appellant. Ut enim Satan variis præstigiis hominibus illudit, ita varia in iis nomina sortitur. Et certè scopus Propheta est ostendere, tantam illic solitudinem futuram ut non tantum locus sit desertus ab hominibus, sed etiam dæmones illic præstigiis suis illudant. Capitant enim dæmones occasionem ex locis qui solitudine suâ horrorem incutiunt. Quemadmodum enim hostes & latrones, quum ex occulto & lætoso loco erumpunt, terribiliores se præbent:**



bent: ita demones noctem & tenebras & loca ab hominum conspectu remota capiant, quò majorem terrorem hominibus aliqui naturameticulosis inferre possint. Nec dubium est, Satanam in talibus locis saepe ac variis modis Gentibus apparuisse, ut eas ad idololatriam provocaret. Zachar. Ursinus Uratislaviensis, Comment. in h. l. qui est in II. Volum. Tractationum ejus Theologicar. p. m. 436. b. edit. Neustadiens. m. d. LXXXIX. in fol. **שְׂעִירִים** vox, inquit, alicubi pilosos, alicubi hircos in scriptura significat. Inde ad satyros & faunos, id est, demones, pilosâ & hircinâ specie adparentes, Hieronymus & alii sequenti *Jonatham* exposuere. Alii scopes, aves deformes & nocturnas ex noctuarum genere exponunt: cum sit avis saltatrix, apud Plinium, lib. x. c. XXIII. Sequitur Joh. Piscator, Tom. IV. Commentar. in omnes Libros Veteris Testamenti. p. m. 48. b. edit. Herborn. m. DC. XLV. in fol. *Vox Hebraea שְׂעִירִים* aliàs hircos significat. *Νοῦρι* reddunt scopes: id est, aves deformes, motu satyricò, voce inconditâ. Vide Annotationes Fr. Junii. Scribit **שְׂעִירִים** derivans fortè a **שַׁעַר**. Laudatus Piscatori Junius vertit: & scopes saltabunt illic, in notis scribens: aves deformes motu satyricò; olim inauspicatae, voce inconditâ, quarum meminit Homerus, Od. ε. v. 66. Latini etiam *Aspiones* vocant.

cant. Galli suâ adpellatione dominas, quæ avis est imitatrix ac parasita, & quôdam genere saltatrix; ut loquitur Plinius, lib. x. *Natural. Hist. c. xxiii.* Quamobrem nos habitâ ratione proximè præcedentis membri & huic adjuncti verbi malumus sic interpretari; quam ad satyros, faunos, tragopanades aut ejusmodi portenta adcommodare. Juvat Aben-Ezra, notans hîc, præstare ut intelligantur aves horrendæ, desertorum locorum, quàm hirci silvestres, Dæmones, Fauni, aut animalia similia; ut vidimus. At Wolfgango Musculo non displicet. Ebr. inquit in Comment. in h. l. p. m. 235. edit. opt. Basileens. m. dc. xxiii. in fol. **וְיִשְׁרָאֵל**. Vox **וְיִשְׁרָאֵל** sonat pilosum. LXX. dæmonia. verterunt, sicut & Jonathas. Levit. IV. 24. ponitur pro hirco. Quidam vertunt Satyros; qui supernè hominis speciem habent, infernè desinunt in pedes hircorum, aduncis naribus, & fronte cornibus asperatâ, qualis illorum forma à Hieronymo in vita Antonii solitarii describitur, talemque sub Constantino visum esse Alexandria memoratur. Meminit item Hieron. Antonio cellarum Pauli querenti, talem esse factum obviam, & petuisse, ut communem Deum oraret pro suo grege, cujus legatione fungeretur: testatumque esse, se ex iis esse, quos superstitio gentilium fau-

nos,

nos, satyros & incubos, coleret. Aquilâ inter-  
 prete οἱ τειχιῶντες ὀρχήσονται ἐκεῖ, cui Vul-  
 gata consentit: pilosi saltabunt ibi; & Angli-  
 cana: and satyres shal dance there. Matth.  
 Martinius, col. 269. f. Etymolog. Voce Pilosus,  
 intelligit spectra diabolica, quæ in locis desertis  
 dominantur. Verus Vocabular. Pilosi, sicut  
 dicit Glossa Esa. xxxiv. 14. monstra sunt ad  
 similitudinem hominum, vel demones incuba-  
 nes, vel satyri, id est, silvestres homines. quo-  
 rum forma secundum Papiam ab humana effi-  
 gie incipit, sed bestiali extremitate terminatur.  
 Isidorus autem, lib. viii. Origin. c. ult. sic  
 ait: Pilosi dicuntur, qui Græcè παντα, (Jo.  
 de Janua habet Ephialta) Latine incubi adpel-  
 lantur, sive innii. (al. inivi, fortè inui, vel  
 inii) ab ineundo passim cum animalibus, unde  
 & incubi dicuntur, ab incumbendo, hoc est,  
 stuprando. Sæpe enim improbi existunt etiam  
 mulieribus & earum peragunt concubium,  
 quos demones Galli Dufios nuncupant, quia  
 adsiduè hanc peragunt immunditiam. Quem  
 autem valgò incubonem vocant, hunc Romani  
 Faunum ficarium dicunt, ad quem Horatius  
 dicit, lib. III. Carmin. Od. xviii. prin-  
 cip.

*Faune Nympharum fugientum amator  
 Per meos fines, & aprica rura  
 Lenis incedas. — — —*

*Hunc*


*Hanc alii Satyrum vocant.* Sed alii distinguunt, quòd Faunorum pater Saturnus, ac Satyrorum Picus. An inde Ficarii, quasi Picarii? aut quòd ficuum amatores? Joann. Maldonatus, Andalusius, Jesuita, p. m. 233. Commentar. in Jerem. lib. xxxix. edit. Mogunt. cis 16c xi. in 4to, *Fatnos, Faunos*, aut *Satyros*, qui cum hominibus conludunt, ait esse genus demonum, quod Galli adpellant Folets, stultulos, & ficcarios dici à locis aridis. Doctiss. Joh. Henr. Ursinus noster, Spirensis, Orthodoxæ Ecclesiæ Christi Ratisponensis quondam Pastor & Superintendens, Volum. I. Analector. sacror. lib. vi. c. xxvii. p. m. 366. edit. Francof. M. dc. lxxviii. in 8t. *Ficcarios* dici putat ab infami salacitate, unde & Panos nomen *Innuus*, cum *ficum* obscenô usu dici, nemini non notum. Unde vernaculum nostratum Proverbium: *Ficum ostendere.* Quod sit eò gestu, quò veteres *fascinum*, aut *turpiculum virile* effingebant. Vetus Onomasticon Græco-Latin. *Ficarium* exponit συκόειον. Sic Bacchus Græcis *Sycites* & *Milichius*; & fabula *ficum invenisse*, quasi dixeris *Ficarium*, quia libidinis incentor est, de quo Athenæus in III. c. iv. Nec alia de causa in Triumpho Bacchi:

*Bassaridas, Satyros, Panas, Faunosque*  
docebat

\*\*

Lm.

*Ludere Silenus, jam Numine plenus alumni.*  
 Hic enim Bacchi Magister creditus est, illi  
 comites, ut est in Sidonii Apollinaris Burgo.  
 Eucherius Lugdunensis: *Pilosi*, inquit, in  
*Esaia demonum genera. Nonnulli etiam hos*  
*doctissimorum incubones, vel satyros, aut quos-*  
*dam silvestres homines intelligendos putaverunt.*  
 Mamotrectus: *Pilosi, monstra sunt ad simili-*  
*tudinem hominum, quorum forma ab humana*  
*effigie incipit, sed bestiali in extremitate termi-*  
*natur, vel sunt demones incubones, vel saty-*  
*ri, vel homines silvestres.* Nobiliss. Barthiô  
 auctore, lib. xxiii. Adversarior. c. xv. col.  
 m. 1142. *Pilosi* illi, qui δαιμόνια redduntur,  
 sunt capiendi pro Panibus, Silvanis, Faunis,  
 Satyris, Silenis, & tali petulcorum figmen-  
 torum choro, quos antiquitas cæca atque  
 furda rerum cælestium formis saltitantium &  
 pilosorum hircosorumque dæmoniorum effi-  
 giavit. De *Satyris* Nonnus, mistis videli-  
 cet ex *Tauro* & homine, lib. xxi. Ex equo  
 & homine lib. xiv. Bassaricorum. De for-  
 ma eorum Lucianus, Ecclesiâ, sive Conciliô  
 Deor. p. m. 907. Tom. II. Oper. edit. Basilin. Gr.  
 ὁ δὲ καὶ ὅλην φρεατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, καὶ τὸ χορὸν  
 ἐπαλόμενος πάρεστι. καὶ θεὸς ἀπέφηνε, τὸν πάντα, καὶ  
 τὸν Σιληνόν, καὶ Σατύρους, ἀγροίκους τινὰς καὶ αἰ-  
 πόλους τοὺς πολλοὺς, σκευητικὰς ἀνθρώπους καὶ  
 τὰς μορφὰς ἀλλοκότους. ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων  
 καὶ

καὶ ὅσοι ἐς ἡμετέρας ἐς τὸ κατὰ αἶψα ἔμμεναι, καὶ  
γενναῖον βάλυ καθεύμενος αἰγὸν τραγὸν διαφείων  
ἔστω. κ. λ. λ. Id est, Vincenſiſ Obſopceō in-  
terprete: Ille vero totam fraſtriam nobis indu-  
xit, & totò choro aduēto praesto est, deosque  
declaravit & Pana, & Silenum, & Satyros,  
agrestes quospiam & caprarias permultos homi-  
nes saltationi deditos, & formā monstrōsa spe-  
ctabiles: quorum hic quidem generis cornua  
dimidiā parte corporis capram referens, bar-  
bamque profundam nutriens; parum ab hircō  
discrepat. Sed forma tam bellorum Numi-  
num nullibi non obvia est, unde merito pi-  
loſi, hircinis barbis & pilis obſiti à Scriptu-  
ra adpellantur. Joanni Lorino Jesuitæ Ave-  
nionensi in p. m. 506. a. Commentar. in Le-  
vit. xvi. 22. edit. Lugdunens. m. dc. xix. in  
fol.  *ἄνθρωποι* demones sunt, qui hirci adparentis  
formā, caprinisque cornibus, & pedibus; &  
Satyri, vel Tityri, ac Sileni, Faunisque ad-  
pellati sunt, (quamvis aliqui distinguant)  
de quibus Aſchenaſ, lib. v. Plinius, lib. vi. c.  
ult. (falsò, fortè erit c. xxx. extr.) lib. vii.  
c. II. lib. ix. c. l. iv. (rursus malè, est e-  
nim lib. vii. c. l. iv. extr. Tu adde lib. v.  
c. vii.) Pausaniās in Eliacis & Atticis. Pto-  
lomeus (Ptolemæus) vii. Geograph. Aſia-  
nas. in Anton. Hieronymus in eodem & in Pau-  
lo. Scaliger, I. de Arte Poët. c. xii. Natalis,

v. *Mytholog. c. VIII. Isidorus, lib. XI. Etymolog. c. III. homunciones facit aduncis naribus, cum cornibus & pedibus, quos dixi. Pausanias in Atticis (p. m. 41. v. 32. edit. Hanovienf. m. DC. XIII. in fol.) rufos, caudisque predictos minoribus, quàm sint equina, infra clunes. Plinius, lib. VII. c. II. perniciosissimos (mendosè perniciosissimum animal lego in Plinio) quadrupedes, rectà (in Plinio est rectè) currentes humanâ effigie. Forsitan Satyri modicâ variatione ab Hebræo vocabulo derivati sunt. Hactenus Lorinus. Cujus & adde Commentar. in Numer. XXVIII. 22. p. m. 1066. b. f. edit. Lugdun. m. DC. XXII. in fol. Placet & Jo. Conr. Dieterico hæc sententia, cujus in p. m. 450. b. Antiquit. Biblicar. hæc sunt verba: *Arias in loco Esa. XXXIV. vertit Satyrus, quæ vox ad Ebraam propius accedit. Præprimis si cum hisce conferas locum Deut. XXXII. 17. ubi habetur שדים Dæmones, quo cum conferendus est, Lev. XVII. 7. etiamsi ibi habeatur שעריר, cum utramque vocem Pagninus reddat dæmonia. In utroque loco reprehendit Israëlitas Moses ob cultum Satyris præstitum, ut aut non nocerent, aut mala depellerent. In forma hirci pilosi apparuisse Dæmones indicium exhibet, tum vox שעריר, tum illud, cum hac in forma majestatem aliquam sibi apud suos comparare putaverint, uti adhuc*  
in*

in necturvis sagarum conventibus comparere solent, confer Remig. de Dæmonolatr. lib. I. c. XXIII. vel ideò, quia stulta mortalium eaque pervetusta erat opinio, Pana, Deum esse natum, unde τὸν τῆς ὕλης κύριον, herum materiae & κόσμοιο τὸ σύμπαν totum hoc universum dicebant, prout videre est apud Macrobi. lib. I. Saturn. c. XXII. Nat. Comit. lib. V. c. VI. et verò hipes & ut pilosus hircus pingi solebat. Hanc Dæmonolatriam didicere Israëlita ab Ægyptiis, qui hircum divinò coluere cultu, prout tradit Diodorus, lib. I. Biblioth. τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τιμῆσθαι λέγουσι τὸν πρίαπον, ut & libidinis & impuris vetulis plus placeat, τὸ μὲν γὰρ ζῶν εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ δὲ μορίον τοῦ σώματος τὸ τῆς γενέσεως αἰτίον τιμαῖσθαι προσηκόντως ὥς ἂν ὑπάρχον ἀρχέγονον τῆς τῶν ζώων φύσεως. Hircum inter Deos retulere ob genitale membrum: sicut Græcis propterea ajunt venerationi esse Priapum, &c. Apud Mendefios hircum fuisse cultum scribit Clemens Alexandrinus, Admonit. ad gent. & Herodotus in Euterpe: Σέβονται πάντας τοὺς αἰγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἄρσενας τῶν θηλέων, καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μείζονας ἔχουσι. Capris etiam divinum Mendefii honorem, tribuunt, ac magis maribus quàm feminis. Atque ex iis caprarii præ-



caprarum fuit in honore: Subdit deinde, ut, si caprarum princeps decesserit, ingens totam Amandorum regionem occupet lætus: Imò & iisdem ab hirci calta nomen esse ex eo colligitur, quia πέρδῃ ἀνυποτίσσι; τράγον καὶ πᾶν νοεῖ. De cetero cum Lev. xvii. 7. Jes. xlii. 21. & xxxiv. 14. in textu Originali habeatur vox *ῥῥῳ*, quæ propriè significat pilosus, hinc nonnulli arbitrantur intelligi his locis, si ἀγρίων licet, Satyros, Faunos & Sylvanos, qui non Diaboli, sed horrenda fuere animalia bruta, unde & jam in utroque loco Jesaiæ adnumerentur brutis ferisque aliis animalibus, quorum etiam apud profanos frequens fit mentio, quæ superiori parte hominem, inferiori vero hircum presentabant. Quorum horrendâ & monstrôsâ abusus Spiritus infernalis formâ, Gentilibus persuasit esse Deos, atque per & in Satyris istis apparuit, responsa dedit, seque in eis coli voluit & jussit. Ex quibus constat Diabolum præcipuè hircinâ delectari formâ, quippe qui & caput est hircorum Mat. xxv. 33. ad sinistram locandorum. Hæc Dietericus. Illustrat & hanc rem eruditissimus Bochartus in I. Chanaan c. xviii. p. m. 483. edit. Francofurt. M. DC. LXXXI. in 4to, idè ejus verba adscribo. Satyris, inquit, hircorum species idè tribuitur, quia *ῥῥῳ* fuit Hebræis, & hircum significat, & Dæmonem hircinâ formâ.

*Quam*

Quam fuisse *Damonum* formam credidisse צריי  
 Zabii, ut author est *Maimonides*, *More Ne-*  
*boc. lib. III. c. XLVI.* quia *diabolus* eâ specie sa-  
 pe se prebet conspiciendum. Sic in *Jamblichi*  
*Babylonici* apud *Photium*, τῶν τοῦ τι φάσμα ἐστὶ  
 Σινώιδος hirci spectrum quoddam deperit Si-  
 nonidem, id est *diabolus hirci* specie. Et è re-  
 centioribus *Bodinus* & *Delrius* multa testimonia  
 congerunt, quibus probent demonem in hac pa-  
 tissimum forma sibi placere. Neque id Hebra-  
 os latuit. *Kimchius* enim non semel scribit  
 שְׁעִירִים *sairim*, id est hircos vocari *demonos*  
 לפי שהם נראים כדמית השְׁעִירִים למאמנים  
 בם Quia credentibus in se hircorum specie  
 conspiciendos se offerunt. Quod ipsam lege-  
 re est in *Aben-Ezra* commentariis super hac *Le-*  
*vit. cap. XVII. 7.* Et non sacrificabunt am-  
 pliùs sacrificia sua שְׁעִירִים hircis (*Satyris*)  
 quibuscum fornicantur. Unde videtur occa-  
 sio nata illos describendi salaces, quamvis alia  
 species fornicationis, idololatria nimirum ibi  
 intelligatur. Vid. *Philosfr. lib. VI. c. XIII.* Et  
*Pausan. in Atticis.* Neque pertinet minùs ad *Sa-*  
*tyrorum* characterem, quòd eas in *cremis* salta-  
 re dicit *Jesa. XIII. 21.* Ita enim *Poëta* pas-  
 sim. *Virgilius, Ecl. v. v. 73.*

Saltantes *Satyros* imitabitur *Alphesibœus.*  
*Et Nonnas, lib. XIV. Dionysiac.*

Ἰδούρες ὀρχηστῆρες &c. Hæc *Bochartus.*

Ceterum superbissimus cur ille spiritus, cum aliàs Protei in morem multiformis sit, aliquam majestatis hircina quærat in forma imaginem, inque ea adpareat, quando à suis, ut ferunt, adoratur, eosque signat & initiat, non æquè planum apud Scriptores est ac expeditum. Vulgò enim quæ adferuntur causæ capri cur adpareat in forma, quia nimirum ob graveolentiam, obscœnitatem & alia hircorum sit similis, quibus de videndus in II. Disquisition. Magicar. Quæst. XXVIII. Sect. III. p. m. 304. f. edit. Mogunt. cis. 15c. xxiv. in 4to, Martinus Delrio Jesuita, item, quod & Dieterico placere vidimus, quia hircorum ad sinistram locandorum sit caput, ad quæsitum de majestatis imagine parum aut nihil faciunt. *Quid ergo?* quærit ante paullò laudatus p. m. Ursinus, Volum. I. Analector. sacrar. lib. VI. c. xxxix. & respondet, p. m. 389. *Stulta mortalium eaque per vetusta illa opinio, Pana Deum esse naturæ, qui ut bipes hircus pingi solebat & coli, stultissimum spiritum ita cepit, ne non aliter adpareat, ubi magnificentissime vult, quàm hirciformis, quasi se jactet Dominum Naturæ in Hirco ab antiquissimis temporibus cultum, cujus Symbolum Hircus sit & à suis fidelibus habeatur. Sic Luc. IV. 6. Tandem ne quid desit, quod ullò modò hujus ad rei explanationem*

cationem facere possit, addam sententiam & verba Cl. Bocharti, quô nescio an doctiorum Philologum, Lingvarumque Orientalium peritiorum Reformati habuerint in Galliis unquam, ex optimo ejus libro, cui titulum fecit Hierozoici; quemque inter & Phaleg oppidò differentia magna est. ΑΥΥΨ, pilor, inquit in part. poster. lib. VI. c. VII. col. m. 828. *Hebrais ΥΥΨ est hircus, animal hirsutissimum. Sic Græcè τράγων dici volunt ἀπὸ τῆς τραχύτητος, à pilorum asperitate. Et in Festo hircipili sunt densorum pilorum homines. Rem ita ponit ob oculos Theocritus in Thalyfia;*

Ἐκ μὲν γὰρ λασίῳ δασύτριχος ἔχε τράγωνο.  
Κνακὸν δὲρμ' ὤμοισι.

*Hirsutum: & villosum humeros circum-*  
*bat hirci*

*Exuvium.*

*Sed & nomine Δ'ΥΥΨ, idola, vel demones appellari videat, Levit. xvii. 7. & 2. Chron. XI. 15, ut prius propter Ægyptios, qui non modò τὸν τράγων ἀπεθέωσαν, inter Deos hircum retulerant, sed & in ejus cultum tantò furore ferebantur, ut oporteret τοὺς ἱερεῖς, τοὺς παραλαβόντας πατρικὰς ἱερῶσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ πρῶτον μυεῖσθαι, sacerdotes, qui paterna sacerdotia per Ægyptum suscipiebant, huic Deo primùm initiari. Ita*

\*\*\* 5

Dio.

Diodorus, *librò primò Bibliothecæ. Accedit, quòd complures Dii gentium, ut Pan Mendecius, Faunorumqve, & Satyrorum omne genus, aut hircinâ specie, aut hircoproximâ cuti sunt. Et in Maimonide, More Neboch. lib. III. c. XLVI. עֲרִי, Tfabii, id est, Ethnicici apud Arabes, & Chaldæos, demones existimabant hircorum habere formam. Nempe diabolus hirci specie se prabet conspiciendum. Sic in Jamblichi Babylonicis, τραγού τι φάσμα ἐρᾷ Σινώνιδος, hirci spectrum aliquod deperit Sinonidem, id est, diabolus hirci specie, Et apud Philostratum, Vitæ Apollon. lib. VI. c. XIII. ἐπεφοίτα δὲ ἀρὰ τῇ κώμῃ δέκατον ἤδη μῆνα σατύρου φάσμα, λυτῶν ἐπὶ τὰ γύναια, καὶ δὴ ἀπεκτονέναι σφῶν ἐλέγετο, ὃν μάλιστα ἐδόκει ἐρᾶν, Venerat in vicum (Æthiopix Nili catarrhaetas) decimò jam antè mense Satyri spectrum, id est, diabolus Satyri specie, furens erga mulieres, jamqve duas istarum interfecisse ferebatur, quas videbatur maximè amare. Idem Judicium de Silvanis, & Faunis, & Gallorum Duffis, de quibus Augustinus, de civit. Dei libri decimi quinti capite vigesimo tertio. Quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis, qui experti essent, de quarum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Sylvanos & Faunos, quos vulgò Incubos vocant, impro-*

probòs sæpe exstitisse mulieribus, & datum appetisse ac peregrisse concubitum, & quosdam dæmones quos *Dustos Galli* nuncupant, hanc assidue immunditiam & tentare & efficere, plures talesque asseverant, ut hoc negare insipientiæ videatur. Atque ex his confirmatur id quod diximus, diabolum in hirci forma, aut quæ ad hanc proxime accedit, in Satyri, Sylvani & Fauni specie potissimum sibi placere. Neque id Hebræos latuit. Kimchius enim non solum scribit שַׁעֲרִים vocari dæmones לְפִי שֵׁם נִרְאִים עֲדֵמוֹת שַׁעֲרִים לפי שם נראים עדמות שַׁעֲרִים quia credentibus in se hircorum specie conspiciendos se offerunt. Quod ipsam legere est in Aben Ezra *Leviti. xvii. 7.* Itaque cum *Jesa. xiii. 21. & xxxiv. 14.* prædicatur fore, ut in desolatis urbibus שַׁעֲרִים, hirci, salient, & clament alter ad alterum, spectra potius intelligo, & ut habetur in Jamblichō ἡρώων φάσματα quàm veros hircos. Eadem mens fuit veterum interpretum, qui pro hircis vel demonia, vel pilosus, explicant, Græcis τριχῶντας & ἐφ' ὧν τριχῶντας, effectis nominibus ad instar Hebræi שַׁעֲרִים, quod à pilis esse dicimus. Pilosi Hieronymo sunt Satyri vel Incubones. Inde sumpta Satyrorum vox in nuperis versionibus, atque cōlibentius usurpata est, quòd species, qualem Poëte describunt, ab hircina non abluat, neque

que ipsa Satyri vox ab Hebraico שַׂטָּיר *sahir*. Absit interim, ut ex his locis quisquam colligat ullos aut jam exstare, aut unquam existisse in rerum natura Satyros. Nam vel si שַׂטָּיר Hebræis esset Satyrus, quod non liquet, tamen in Jesaia vox שַׂטָּירִים non significaret veros Satyros, sed demones Satyrorum specie, hominum oculis illudentes. Proinde non assentior narrationi magni scriptoris, in qua Satyrus introducit Antonium in cremo rogans, ut pro se communem Deum deprecetur, tanquam salutis in Christo particeps futurus. Non alios servat Christus quam quos assumpsit. At non assumpsit Angelos, multò minùs demones, aut Satyros qui nusquam sunt, sed semen Abrahæ. Hactenus Bochartus. Quæ ex hoc Prophetæ loco de styli sacrarum litterarum efficacia in Philolog. lib. I. Tract. III. Sect. III. p. m. 202. n. 3. p. m. Glasius adfert, legantur apud ipsum, quem omnibus sacris Theologicis operantibus familiarissimum velim. Hæc prece permotus præfari volui honesti Bibliopolæ, proponentis sibi profundæ eruditionis libros de Satyrica Græcorum Poësi, & Romanorum Satira omni exceptione, ut Joseph. Scaliger. in p. m. 281. Opusculor. eum vocat, nostrôque majoris encomiô, Is. Casauboni (qui, de sententia Danielis Heinsii in p. m. 196. not.

in

in Horat. edit. Elsevir. c10. 10c. xxix. in 12. *annus hâc ætate, quæ ad Satyros spectant, accurate persequutus est*) denuo diuturnissimum ob Parisiensis editionis anni M. DC. V. in 8t. exemplarium defectum publicare. Cum enim hoc suum mihi aperuisset consilium, rogâsetque eos ut cognoscere vellem libros, hancque suam exornare editionem ac augere: non potui non laudare mentem ejus, benignèque polliceri ei omnia, quæ in tanta, quâ ipse me premi non ignorabat, temporis angustia, negotiorumque aliorum frequentia, proficisci à me possent; ratus me non mediocre studiosis politiorum litterarum adlaturum hâc novâ tam eximiorum editione librorum emolumentum, à multis eruditistam impensè laudatorum. Judiciò sanè B. Taubmanni nostri, p. m. 70. b. Commentar. in Maron. Culic. v. 128. *Satyrarum historiam post hominum memoriam nemo accuratius scripsit, quàm Is. Casaubonus.* Operæ pretium erit audire & Andr. Schottum non solum ob auctorem, (Casaubonum) sed & ob argumentum præsentis libri: *Ceterum, inquit in p. 18. Notar. in Procli Christomathiam, de Satyra nemo, quem viderim, legerim, audierim, satis accurate. Errant enim, & vehementer errant, qui nuperam illam Latinorum Satyram, quæ in manibus est puerorum, ex prisca Comædia nata*

*tam*



ram, cum veteri Satyra, de qua hic sermo, & Sissinnis olim etiam vocabatur, temere confundunt. Disces de veteri Satyra ex Julio Polluce, Onomastici lib. IV. c. XIV. XVIII. & XIX. ex Athenaeo, lib. I. c. XVI. & lib. XIV. c. XII. Dion. Halicarn. lib. III. extremo ῥωμαῖν. ἀγχαῖον. Plutarcho in Catone, Arriano de rebus Indicis, Laërtio in Platonis, Menedemi item vita, de Achaeo. ex Eustathio in Hom. Odys. & Inter Latinos verò, ut & hi symbolam conserant, ex Livio, libr. VII. initio, Valer. Maximo, libr. II. c. IV. Vitruvio, lib. V. c. VIII. Diomede, lib. III. Gramm. & priscis Horatii interpretibus in artem Poeticam. Qui verò Satyrarum fabulam docuerint, hos ferè Athenaeus suggestit: Aschaeus Eretrienfis, Anaxandrides, Asydamus, Cameleon, Heracleotes Ponticus, Eephantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Gnl. Canterus, lib. VI. Novar. lect. c. XVII.) Phrynichus, Sophocles, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, & Alexander Rex. nunc Prutinae nominat Satyricum Isacius Tzerzain Cassandram Lycophronis. Aelianus, libr. II. Var. Hist. c. VIII. de Euripidis Satyris (cujus & Cyclops exstare in hoc genere creditur) & Xenoclis; idem & de Satyris, Tityris & Silenis lib. III. Varia historia, c. XL. Cum haec pridem adnotassem, comperi post Isaac. Casaub. praeclare multa de Satyra Graeca & Latina

na

na observâsse. Hactenus Schottus Jesuita. Cui alium eo ex ordine addo Schottô sicuti eruditione inferiorem sic impudentiâ superiorem longè ac maledicentiâ animique impotentiâ, Maximilianum Sandæum, cujus in Commentatione VII. Grammatici Profani §. xxvi. p. 266. hoc δῶρον ἄδωρον, ineptumque legitur iudicium; *Præterire silentiô non oportet Scaligeri amicissimum, Isaacum Casaubonum, celebri famâ Grammaticum, sed quamdiu Grammaticum agere: quamdiu in officinâ Stephaniana prælo corrigendo, recanditos ejus linguae thesauros in usus domesticos convertere: quamdiu Athenæi triclinium everrere, Suetonium elucidare, Persium exponere, de Satyra disputare sustinuit: at postquàm in Britanniam trajiciens, ex Grammatico derepentè in Theologum transformatus, de religionis Orthodoxæ controversiis, Regiô nomine, ad Cardinalem Perronium; de abditis fidei mysteriis, in Exercitationibus ad Annales Cesaris Baronii; de Ecclesiastica antiquitate, & difficillimis divine Scripture locis in iisdem: de sacra potestate, in Epistola ad Frontanem Ducem discipulare, ac, tanquàm auctoritatem habens, pronunciare non est verecundatus, & pristini honorem nominis apud suos, id est, Grammaticos penè perdidit, & delirantis titulô se ridendum apud exteros propinavit.* Præclare Andreas

*dreas Eudemon - Ioannes, ad Casanbonum ipsum scribens, in Praefat. Respons. ad epist. Casaub.* Vellem eam tibi mentem DEUS immortalis dedisset Isaace Casaubone, ut artificio tuò contentus, Apellæum illud ad extremum servares; *Ne ultra crepidam*, & molestiâ me, & te dedecore liberâsses. Excitâsti enim virorum doctorum studia, ut patrefaciendis quâ calumniis, quâ mendaciis, quâ etiam in omni disciplinarum genere erratis tuis omnium te mortalium sannis exponerent. Quamquam enim in illustrandis, cum Græcis, tum Latinis, etiam deterioris seculi, scriptoribus ita versatus es, ut non malus *Grammaticus* haberere, & extinctis non multò antè iis, quibus vivis, an ullus omnino esses, vix domi tuæ sciebatur: nunc quidem propè solus in hoc *Grammatica Regno* dominaberis: tamen neque desunt, qui in eo ipso genere multa reprehendant in scriptis tuis; & cum aliarum disciplinarum plenè sis expertus, tamdiu inscitiam istam tegere potuisti, dum te intra fines artificii tui continuisti. Quæ tua animi moderatio quantò mirabilior in Calviniano, eoque *Grammatico* visa est: tantò tibi magis eorum benevolentiam conciliavit, à quibus detegi poterant errata tua. Ut cum neque rarò, neque leviter lapsus sis: vix quisquam tamen reperiretur, qui non ea

con-

condonare modestiæ tuæ mallet, quàm iis patefaciendis, hominis, ut videbâre, moderari existimationi officere. FORTUNATUS, cui sine invidia, sine obrectatoribus, sine æmulis hunc qualiscumque laudis fructum, capere liceret, tua tantum si bona nôsses. Sed rarò admodum sanum simul & fortunatum esse, concessit eidem DEUS. *factus momentò Theologus, & scribere aggressus* in argumento versaris maximè Theologico, sed non aliter, quàm si prunas tractes, ita Theologica vix audes attingere. In politicis, quòd nonnihilò plus à Cæsarum vitis in iis intelligere te credis, paulò prolixior es, sed insulsè admodum, & imperitè. Dialecticas in ratiocinando, concludendæque leges, credo ne *Sophista* à tuis audias, vix unquam servas. Ita denique de rebus gravissimis disputas, *ut purum-putum* GRAMMATICUM te prodas, disciplinarum omnium expertem. Haftenus ex Eudæmone Sanderus. Quorum summa huc redit: Est eruditus Casaubonus, quando non contra Pontificios scribit, sed cum ad illos disputat, omnem statim eruditionem amittit, ineptusque redditur. Usque adeo horum in hominum calumniis quidem nihil ingeniosum, nihil acutum est, nihil quod Lectoris animum vellacet; insulsa modò ac frigida con-

\*\*\*

VI.

vicia, maledicta de trivio, meræ betæ. Sed mittamus hos tristium ineptiarum candidatos, quos modestiâ semper vicit Casaubonus, ut nunquàm opus habuerit *Satyr* cerâ, quâ, ut est apud Aristotelem, amici illius, cùm litterem habuerunt; aures illi obturarent, ne cùm ab Adversariis convitiis adficcretur, propter iram causâ turbaretur cognitio. Quæ de videndus in quarto Operum Tomo Desiderius Erasmus, fol. 62. sub med. Dominic. Baudius; Cent. II. Epist. ix. p. m. 155. edit. opt. Amstelod. 1654. in 12: ita scribit ad Joann. de Wouweren. *Refrixit jam sermo levissimorum hominum; qui Polymathiam tuam plagis suspitione infamabant. Casaubonus vir melior & candidior est, quàm ut hujus culpa infamulandus esse videatur. Misit ad me recens opus de Satyrica poësi Græcorum, &c. cum benignissimis literis, in quibus modum non tenuit circa laudes nostras. Vir ille plurima scit, pauca ignorat. Quàm multa cottidie eruit, quæ frustra alibi requiras.* B. Christophoro Adamo Ruperto, Professori quondam Altorphino unicè placuit vocabuli *Saturæ* interpretatio viri summi Is. Casauboni, quamobrem & ejus verba, ut à doctissimorum virorum hallucinationibus, juvenus sibi caveret, adseripxit è lib. II. c. iv. Observationibus suis

ad

ad Sallustii Bell. Jugurthin. c. xxix. p. m. 369. edit. Noriberg. M. DC. LXXI. in 8t. Quoniam non viderant eruditi viri, quæ de Satira & Satyrica poësi scripsit libris duobus ὁ πᾶνεπισήμων Casaubonus, mera περιεργία est, quæ de Satyris & Faunis notant illi, (scil. in Horat. I. Epist. xix. 4.) alteris nimis Græcos, alteris Latīnos designari, auctore principe ingeniorum Dan. Heinsio, not. in loc. cit. Flacci, p. m. 37. edit. Rapheleng. cit. 15c. x. in 8t. vel, p. 56. edit. Lugdun. Batav. Elzevir. M. DC. XII. in 8t. quod eo addo, quia in edit. Lugdun. Batav. Elsevir. ann. cit. 15c. xxix. in 12. p. m. 106. superius adlata verba omīssa sunt. Ut igitur eruditiores tam egregios videre, minoreque molestiâ libros legere ac usurpare possent, integros illos perlegi, à variis liberavi mendis, addenda ab Auctore in fine subjuncta suis locis inserui, quæque sub lectionem in mentem venerunt consignavi, minimè tamen omnia, cùm spatium chartæ numerusque paginarum mihi ferè definitus fuerit à bibliopola; quod ferè solent illi. In p. verò 37. lib. I. c. II. addas velim ad laudati ibi Georgii Franci Tractatum de Cornutis, Cl. Adami Preyeli Pastoris primùm Ecclesiæ Reformatæ Francofurtanæ ad Mœnum, postea Bremensis Artificia Hominum

miranda Naturæ in Sina & Europa, c. XLVI. p. m. 1384. f. edit. Francof. ciō. 15c. LV. in 12. ubi aliquos dat homines cornutos, in quibus cornuum tuberibus nonnunquàm Natura lusit, quem Scriptorem quia Dn. Francus omisit, ego hîc adducere volui. Legas item Thomam Bartholinum de Unicornu c. I. p. 17. f. 288. f. edit. Patavin. M. DC. XLV. in 8t. & Centur. V. Historiar. Anatomicar. & Medicar. rariorum, n. xxxvii. p. 44. 45. Catalogo verò Satyricorum Poëtarum, quos enumerat Casaubonus, adjungas velim & Philoxenum, cujus cujusmodi dictio fuerit & ingenium laudatus dicet Casaubonus, IV. Animadversionum in Athenæum, c. XI. nempe planè ad lasciviam & nugas comparata. Vixit Platonis temporibus, & Syracusanorum Tyranno Dionysio juniori familiaris fuit, ut Pausanias in Atticis, p. m. 3. v. 36. edit. Hanoviens. M. DC. XIII. in fol. testatur. *Sed idem ab eo est interemptus, postquam eum εἰσχηματισμένος, seu figuratè deriserat in Cyclope suo, sive de Amoribus Cyclopis & Galatea, scribit Ger. Jo. Vossius in de Poëtis Græcis, c. VII. p. m. 47. Scripsit Δείπνον sive Convivium, unde quædam adducit Athenæus, lib. IV. & XIV. qvi & lib. I. meminit Philoxeni, sicuti & Ælianus, lib. XII. Var. Histor. c. XLIV. Diogenes Laërtius, lib.*

lib. IV. c. XXXVI. *Hunc inter Poëtas Satyricis* inquit Gisbert. Cuperus in III. Observation. c. xv. p. m. 323. *referendum cenſeo, cum Cyclops materiam Satyrici Poëmatſis tribuat: Scripſit autem amorem Polyphemi Cyclopis in Galatheam Nympſham, ubi Cyclops citharizans introducitur. Suidas: Θρεττανελοῦ ἦχος καθάρας. Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυράμβοποιόν, ἡ τραγωδικο- διδάσκαλόν Φασι γράφειν τὸν ἔρωτα τοῦ κύκλω- πος τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ· εἶτα καθάρας ἦχον μιμου- μενον, ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τοῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα Θρετ- τανελό. Ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν κύκλωπα συρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλατείαν. Quæ etiam ſed aucti- ora reperies apud Phavorinum: hunc autem dixi Satyrici ſcriptorem eſſe, ut addatur numero illo- rum, quos recenset Eruditiffimus Caſaubonus in pereleganti libello de Satyrica Græcorum Poëſi: & (ei) licet adjungas etiam Ariſtium de quo Suidas: Αὕτη δὲ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριſτίου Κύκλωπος, ὡς φηſι Χαμῆαι λέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Cujus ibi- dem fragmentum eſt, meminitque ejus etiam Zeno- bius, Centur. II. Proverb. xvi. Hæc Cuperus. Di- ximus & nos nonnihil hoc de Poëta in p. 12. hujus libri. At quoniam nemo elegantius hoc de Poëta ſcripſit & jucundius Muretô, placet audire illum in p. m. 264. Commen- tar. in III. Ethicor. Ariſtotelis ita commen- tantem: Fuit Philoxenus genere Cytherius, Poë- ta, ſcripſit dithyrambos, & poëma, quod in-*

\*\*\* 3

*ſcripſit*



miranda Naturæ in Sina & Europa, c. XLVI. p. m. 1384. f. edit. Francof. ciō. 15c. LVI. in 12. ubi aliquos dat homines cornutos, in quibus cornuum tuberibus nonnunquàm Natura lufit, quem Scriptorem quia Dn. Francus omisit, ego hîc adducere volui. Legas item Thomam Bartholinum de Unicornu c. I. p. 17. f. 288. f. edit. Patavin. M. DC. XLV. in 8t. & Centur. V. Historiar. Anatomicar. & Medicar. rariorum, n. xxxvii. p. 44. 45. Catalogo verò Satyricorum Poëtarum, quos enumerat Casaubonus, adjungas velim & Philoxenum, cujus ejusmodi dictio fuerit & ingenium laudatus dicet Casaubonus, IV. Animadversionum in Athenæum, c. XI. nempe planè ad lasciviam & nugas comparata. Vixit Platonis temporibus, & Syracusanorum Tyranno Dionysio juniori familiaris fuit, ut Pausanias in Atticis, p. m. 3, v. 36. edit. Hanoviens. M. DC. XIII. in fol. testatur. *Sed idem ab eo est interemptus, postquam eum εἰς χηματισμένως, seu figuratè deriserat in Cyclope suo, sive de Amoribus Cyclopis & Galatee, scribit Ger. Jo. Vossius in de Poëtis Græcis, c. vii. p. m. 47. Scripsit Δειπνον sive Convivium, unde quædam adducit Athenæus, lib. iv. & xiv. qui & lib. I. meminit Philoxeni, sicuti & Ælianus, lib. xii. Var. Histor. c. XLIV. Diogenes Laërtius, lib.*

lib. IV. c. XXXVI. *Hunc inter Poëtae Satyrici*, inquit Gisbert. Cuperus in III. Observation. c. xv. p. m. 323. *referendum censeo, cum Cyclops materiam Satyrici Poëmatis tribuat: Scripsit autem amorem Polyphemi Cyclopi in Galatheam Nympham, ubi Cyclops citharizans introducitur. Suidas: Θρεττανελοῦ ἦχος κιθάρας. Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυράμβοποιόν, ἡ τραγωδικοδιδάσκαλόν φασι γράφειν τὸν ἔρωτα τοῦ κύκλωπος τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ· εἶτα κιθάρας ἦχον μιμουμένον, ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τοῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα Θρεττανελό. Ἐκεὶ γὰρ εἰσάγει τὸν κύκλωπα συρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλατείαν. Quæ etiam sed auctiora reperies apud Phavorinum: hunc autem dixi Satyrici scriptorem esse, ut addatur numero illorum, quos recenset Eruditissimus Casaubonus in pereleganti libello de Satyrica Græcorum Poësi: & (ei) licet adjungas etiam Aristium de quo Suidas: Αὕτη δὲ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὡς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Cujus ibidem fragmentum est, meminitque ejus etiam Zenobius, Centur. II. Proverb. xvi. Hæc Cuperus. Diximus & nos non nihil hoc de Poëta in p. 12. hujus libri. At quoniam nemo elegantius hoc de Poëta scripsit & jucundius Muretô, placet audire illum in p. m. 264. Commentar. in III. Ethicor. Aristotelis ita commentantem: Fuit Philoxenus genere Cytherius, Poëta, scripsit dithyrambos, & poëma, quod in-*  

\*\*\* 3.

scripsit

scripsit δειπνον quô lauta edulia & instruendi, apparandique convivii rationem exposuit. Hunc narrant non tantum ipsum studiosum fuisse laute, opipareque vivendi, verum etiam curam adhibuisse, ut Cives sui bene conditis epulis vescerentur. Itaque ejus rei causâ quotidie cum lavisset, urbem circuibat comitantibus pueris, vinum, oleum, acetum, aliaque ad cibos condiendos necessaria ferentibus, & singulorum domos ingrediens inspiciebat, quid cuique in cœnam paratum esset, ac si quid minus recte conditum erat, ipse de suo condiebat. Tum ita lustratâ urbe, domum reversus epulabatur. Hic cum aliquando Ephesum venisset, ac forum cupidinarium vacuum offendisset, percontatus quid esset rei, cum accepisset, quidquid erat obsoniorum, in edes cujusdam, qui nuptias celebrabat, delatum esse, ipse quoque, quamquam & hospes, & invocatus, eodem ad prandium profectus est, & cum ceteris accubuit. Cumque dominus epuli, ejus ingenio delectatus dixisset: Philoxene, numquid, cras quoque nobiscum epulaturuses? etiam, inquit, si ut hodie, nihil erit in macello. Adhibitus ad mensam aliquando à Dionysio Tyranno, cum ipsi quidem Dionysio ingentem mullum, sibi autem multo minorem adpositum videret, suum à patina sublatum ad aurem admovit, simulavitque quasi quiddam ex eo percontaretur.

Que-

*Querenti causam Dionysio, ego, inquit, ô Rex poema quoddam de Galatea scribo, quare querebam ex hoc pisce quiddam de Nereidibus, quô poema meum exornarem, sed ipse juniorem se captum ait, quàm ut illa per ætatem cognoscere potuerit, è grandiore illo, qui tibi adpositus est, si quæram, illum mihi faciliè, ea quæ volo, explicaturum. Conversus in risum Dionysius, pisce, qui sibi adpositus erat, ad Philoxenum misit. Ab hoc tamen ipso Tyranno conjectus est in latomias, cujus rei hæc causa à Plutarcho traditur librò de Fortuna, & virtute Alexandri. Dionysius, ipse quoque poemata scribebat, eaque cum inconcinna, & illepidæ essent, optima videri volebat. Cùm igitur tragediam quamdam scripsisset, eam Philoxeno inspiciendam dedit, ut corrigeret, si quid forte corrigendum videretur. Ille vero unâ liturâ totam emendavit. Indignatus Dionysius compegit eum in illum carcerem, quem modò nominavi. Unde tamen postea liberatus, cùm iterum Dionysium audiret sua poemata recitantem, adulantibus, & plaudentibus ceteris, exsurgens ipse, mitte me, inquit, denuo in latomias, illic enim ætatem degere satius est, quàm tam mala poemata audire. Athenæus paullà aliter. Narrat enim, eâ pœnâ affectum, quòd deprehensus fuisset, cum Galatea ribicina, quam*

scripsit δειπνον quô lauta edulia & instruendi, apparandique convivii rationem exposuit. Hunc narrant non tantum ipsum studiosum fuisse laute, opipareque vivendi, verum etiam curam adhibuisse, ut Cives sui bene conditis epulis vescerentur. Itaque ejus rei causâ quotidie cum lavisset, urbem circuibat comitantibus pueris, vinum, oleum, acetum, aliaque ad cibos condiendos necessaria ferenibus, & singulorum domos ingrediens inspiciebat, quid cuique in cœnam paratum esset, ac si quid minus recte conditum erat, ipse de suo condiebat. Tum ita lustratâ urbe, domum reversus epulabatur. Hic cum aliquando Ephesum venisset, ac forum cunepedinarium vacuum offendifset, percontatus quid esset rei, cum accepisset, quidquid erat obsoniorum, in edes cujusdam, qui nuptias celebrabat, delatum esse, ipse quoque, quamquam & hospes, & invocatus, eodem ad prandium profectus est, & cum ceteris accubuit. Cumque dominus epuli, ejus ingenio delectatus dixisset: Philoxene, numquid, cras quoque nobiscum epulaturuses? etiam, inquit, si ut hodie, nihil erit in macello. Adhibitus ad mensam aliquando à Dionysio Tyranno, cum ipsi quidem Dionysio ingentem mullum, sibi autem multo minorem adpositum videret, suum à patina sublatum ad aurem admovit, simulavitque quasi quiddam ex eo percontaretur.

Quæ

*Querentis causam Dionysio, ego, inquit, ô Rex poema quoddam de Galatea scribo, quare querebam ex hoc pisce quiddam de Nereidibus, quô poema meum exornarem, sed ipse juniozem se captum ait, quàm ut illa per ætatem cognoscere potuerit, è grandiore illo, qui tibi adpositus est, si quæram, illum mihi facile, ea quæ volo, explicaturum. Conversus in risum Dionysius, piscem, qui sibi adpositus erat, ad Philoxenum misit. Ab hoc tamen ipso Tyranno conjectus est in latomias, cujus rei hæc causa à Plutarcho traditur librò de Fortuna, & virtute Alexandri. Dionysius, ipse quaque poemata scribebat, eaque cum inconcinna, & illepidæ essent, optima videri volebat. Cum igitur tragediam quamdam scripsisset, eam Philoxeno inspiciendam dedit, ut corrigeret, si quid forte corrigendum videretur. Ille vero unâ liturâ totam emendavit. Indignatus Dionysius compegit cum in illum carcerem, quem modò nominavi. Unde tamen postea liberatus, cum iterum Dionysium audiret sua poemata recitantem, adulantibus, & ptudentibus ceteris, exsurgens ipse, mitte me, inquit, denuo in latomias, illic enim ætatem degere satius est, quàm tam mala poemata audire. Athenæus paullâ aliter. Narrat enim, eâ pœnâ affectum, quòd deprehensus fuisset, cum Galatea tibicina, quam*

\*\*\* 4

Dio-

tam, cum veteri Satyra, de qua hic sermo, & Sissinnis olim etiam vocabatur, temere confundunt. Disces de veteri Satyra ex Julio Polluce, Onomastici lib. IV. c. XIV. XVIII. & XIX. ex Athenaeo, lib. I. c. XVI. & lib. XIV. c. XII. Dion. Halicarn. lib. III. extremo  $\rho\omega\mu\alpha\iota\chi$ . ἀγχαρον. Plutarcho in Catone, Arriano de rebus Indicis, Laërtio in Platonis, Menedemi item vita, de Achaeo. ex Eustathio in Hom. Odys. & Inter Latinos verò, ut & hi symbolam conservant, ex Livio, libr. VII. initio, Valer. Maximo, libr. II. c. IV. Vitruvio, lib. V. c. VIII. Diomede, lib. III. Gramm. & priscis Horatii interpretibus in artem Poeticam. Qui verò Satyrarum fabulam docuerint, hos ferè Athenaeus suggestit: Achaus Eretrienfis, Anaxandrides, Abydamus, Cameleon, Heracleotes Ponticus, Eophantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Gal. Canterus, lib. VI. Novar. lect. c. XVII.) Phrynichus, Sophoctes, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, & Alexander Rex. nunc Prutinae nominat Satyricum Isacius Tzetza in Cassandram Lycophronis. Alianus, libr. II. Var. Hist. c. VIII. de Euripidis Satyris (cujus & Cyclops exstare in hoc genere creditur) & Xenoclis; idem & de Satyris, Tityris & Silenis lib. III. Varie historiae, c. XL. Cum haec pridem adnotassem, comperi post Isaac. Casaub. praclare multa de Satyra Graeca & Latina

na

na observasse. Hactenus Schottus Jesuita. Cui alium eo ex ordine addo Schottô sicuti eruditione inferiorem sic impudentiâ superiori longè ac maledicentiâ animique impotentia, Maximilianum Sandæum, cujus in Commentatione VII. Grammatici Profani §. xxvi. p. 266. hoc δῶρον ἀδωρον, ineptumque legitur iudicium; *Præterire silentiô non oportet Scaligeri amicissimum, Isaacum Casaubonum, celebri famâ Grammaticum, sed quamdiu Grammaticum agere: quamdiu in officinâ Stephaniana prælo corrigendo, reconditos ejus lingvæ thesauros in usus domesticos convertere: quamdiu Athenæi triclinium everrere, Suetonium elucidare, Persium exponere, de Satyra disputare sustinuit: at postquàm in Britanniam trajiciens, ex Grammatico derepensè in Theologum transformatus, de religionis Orthodoxæ controversiis, Regiô nomine, ad Cardinalem Perronium; de abditis fidei mysteriis, in Exercitationibus ad Annales Cæsaris Baronii; de Ecclesiastica antiquitate, & difficillimis divine Scripture locis in iisdem: de sacra potestate, in Epistola ad Frontanem Ducem disputare, ac, tanquàm auctoritatem habens, pronunciare non est verecundatus, & pristini honorem nominis apud suos, id est, Grammaticos penè perdidit, & delirantis titulô se ridendum apud exteros propinavit. Præclare Andreas*



*dreas Eudemon - Ioannes, ad Casanbonum ipsum scribens, in Praefat. Respons. ad epist. Casaub.* Vellem eam tibi mentem DEUS immortalis dedisset Isaace Casaubone, ut artificio tuo contentus, Apellæum illud ad extremum servares; *Ne ultra crepidam*, & molestiâ me, & te dedecore liberâsses. Excitasti enim virorum doctorum studia, ut patefaciendis quâ calumniis, quâ mendaciis, quâ etiam in omni disciplinarum genere erratis tuis omnium te mortalium sannis exponerent. Quamquam enim in illustrandis, cum Græcis, tum Latinis, etiam deterioris seculi, scriptoribus ita versatus es, ut non malus *Grammaticus* haberere, & extinctis non multò antè iis, quibus vivis, an ullus omnino esses, vix domi tuæ sciebatur: nunc quidem propè solus in hoc *Grammaticæ Regno* dominaberis: tamen neque desunt, qui in eo ipso genere multa reprehendant in scriptis tuis; & cum aliarum disciplinarum plenè sis expertus, tamdiu inscitiam istam tegere potuisti, dum te intra fines artificii tui continuisti. Quæ tua animi moderatio quantò mirabilior in Calviniano, eoque *Grammatico* visa est: tantò tibi magis eorum benevolentiam conciliavit, à quibus detegi poterant errata tua. Ut cum neque rarò, neque leviter lapsus sis: vix quisquam tamen reperiretur, qui non ea

con-

condonare modestiæ tuæ mallet, quàm iis patefaciendis, hominis, ut videbâre, moderari existimationi officere. FORTUNATUS, cui sine invidia, sine obrectatoribus, sine æmulis hunc qualiscumque laudis fructum, capere liceret, tua tantum si bona nôsses. Sed rarò admodum sanum simul & fortunatum esse, concessit eidem DEUS. *factus momentò Theologus, & scribere aggressus* in argumento versaris maximè Theologico, sed non aliter, quàm si prunas tractes, ita Theologica vix audes attingere. In politicis, quòd nonnihilò plus à Cæsarum vitis in iis intelligere te credis, paulò prolixior es, sed insulsè admodum, & imperitè. Dialecticas in ratiocinando, concludendøque leges, credo ne *Sophista* à tuis audias, vix unquam servas. Ita denique de rebus gravissimis disputas, *ut purum-putum* GRAMMATICUM te prodas, disciplinarum omnium expertem. Haftenus ex Eudæmone Sanderus. Quorum summa huc redit: Est eruditus Casaubonus, quando non contra Pontificios scribit, sed cum ad illos disputat, omnem statim eruditionem amittit, ineptusque redditur. Usque adeo horum in hominum calumniis quidem nihil ingeniosum, nihil acutum est, nihil quod Lectoris animum vellicet; insulsa modò ac frigida con-

\* \* \*

VI-

vicia, maledicta de trivio, meræ betæ. Sed mittamus hos tristium ineptiarum candidatos, quos modestiâ semper vicit Casaubonus, ut nunquàm opus habuerit *Satyræ* cerâ, quâ, ut est apud Aristotelem, amici illius, cùm litem habuerunt; aures illi obturarent, ne cùm ab Adversariis convitiis adficceretur, propter iram causæ turbaretur cognitio. Quæ de videndus in quarto Operum Tomo Desiderius Erasmus, fol. 62. sub med. Dominic. Baudius; Cent. II. Epist. ix. p. m. 155. edit. opt. Amstelod. 1654. in 12: ita scribit ad Joann. de Wouweren. *Refrixit jam sermo levissimorum hominum, qui Polymathiam tuam plagis suspitione infamabant. Casaubonus vir melior & candidior est, quàm ut hujus culpa infamulandus esse videatur. Adisti ad me recens opus de Satyrica poësi Græcorum, &c. cùm benignissimis literis, in quibus modum non tenuit circa laudes nostras. Vir ille plurima scit, pauca ignorat. Quàm multa cottidie eruit, quæ frustra alibi requæras.* B. Christophoro Adamo Ruperto, Professori quondam Altorphino unicè placuit vocabuli *Saturæ* interpretatio viri summi H. Casauboni, quàm obrem & ejus verba, ut à doctissimorum virorum hallucinationibus, juvenus sibi caveret, adseripsit è lib. II. c. iv. Observationibus suis ad

ad Sallustii Bell. Jugurthin. c. xxix. p. m. 369. edit. Noriberg. M. DC. LXXI. in 8t. Quoniam non viderant eruditi viri, quæ de Satira & Satyrica poësi scripsit libris duobus ὁ πᾶνεπισήμων Casaubonus, mera περιεργία est, quæ de Satyris & Faunis notant illi, (scil. in Horat. I. Epist. xix. 4.) alteris nimirum Græcos, alteris Latīnos designari, auctore principe ingeniorum Dan. Heinsio, not. in loc. cit. Flacci, p. m. 37. edit. Rapheleng. cit. 13c. x. in 8t. vel, p. 56. edit. Lugdun. Batav. Elzevir. M. DC. XII. in 8t. quod eo addo, quia in edit. Lugdun. Batav. Elsevir. ann. cit. 13c. xxix. in 12. p. m. 106. superius adlata verba omīssa sunt. Ut igitur eruditiores tam egregios videre, minoreqve molestiâ libros legere ac usurpare possent, integros illos perlegi, à variis liberavi mendis, addenda ab Auctore in fine subjuncta suis locis inserui, quæqve sub lectionem in mentem venerunt consignavi, minime tamen omnia, cū spatium chartæ numerusqve paginarum mihi ferè definitus fuerit à bibliopola; quod ferè solent illi. In p. verò 37. lib. I. c. II. addas velim ad laudati ibi Georgii Franci Tractatum de Cornutis, Cl. Adami Preyeltii Pastoris primū Ecclesiæ Reformatæ Francofurtanæ ad Mœnum, postea Bremensis Artificia Hominum

miranda Naturæ in Sina & Europa, c. XLVI. p. m. 1384. f. edit. Francof. ciō. 15c. LV. in 12. ubi aliquos dat homines cornutos, in quibus cornuum tuberibus nonnunquàm Natura lusit, quem Scriptorem quia Dn. Francus omisit, ego hîc adducere volui. Legas item Thomam Bartholinum de Unicornu c. I. p. 17. f. 288. f. edit. Patavin. M. DC. XLV. in 8t. & Centur. V. Historiar. Anatomicar. & Medicar. rariorum, n. xxxvii. p. 44. 45. Catalogo verò Satyricorum Poëtarum, quos enumerat Casaubonus, adjungas velim & Philoxenum, cujus cujusmodi dictio fuerit & ingenium laudatus dicet Casaubonus, IV. Animadversionum in Athenæum, c. xi. nempe planè ad lasciviam & nugas comparata. Vixit Platonis temporibus, & Syracusanorum Tyranno Dionysio juniori familiaris fuit, ut Pausanias in Atticis, p. m. 3. v. 36. edit. Hanoviens. M. DC. XIII. in fol. testatur. *Sed idem ab eo est interemptus, postquam eum ἐσχηματισμένως, seu figuratè deriserat in Cyclope suo, sive de Amoribus Cyclopis & Galatea*, scribit Ger. Jo. Vossius in de Poëtis Græcis, c. vii. p. m. 47. Scripsit Δειπνον sive Convivium, unde quædam adducit Athenæus, lib. iv. & xiv. qui & lib. I. meminit Philoxeni, sicuti & Ælianus, lib. xii. Var. Histor. c. XLIV. Diogenes Laërtius, lib.

lib. IV. c. XXXVI. *Hunc inter Poëtas Satyricos*, inquit Gisbert. Cuperus in III. Observation. c. xv. p. m. 323. *referendum censeo, cum Cyclops materiam Satyrici Poëmatis tribuat: Scripsit autem amorem Polyphemi Cyclopis in Galatheam Nympham, ubi Cyclops citharizans introducitur. Suidas: Θρεττανελοῦ ἦχος κιθάρας. Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυράμβοποιόν, ἡ τραγωδίο- διδάσκαλόν φασι γράφειν τὸν ἔρωτα τοῦ κύκλω- πος τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ· εἶτα κιθάρας ἦχον μιμοῦμε- νον, ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τοῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα Θρετ- τανελό. Ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν κύκλωπα συρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλατείαν. Quæ etiam sed aucti- ora reperies apud Phavorinum: hunc autem dixi Satyrici scriptorem esse, ut addatur numero illo- rum, quos recenset Eruditissimus Casaubonus in pereleganti libello de Satyrica Græcorum Poësi: & (ei) licet adjungas etiam Aristium de quo Suidas: Αὕτη δὲ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὡς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Cujus ibi- dem fragmentum est, meminitque ejus etiam Zeno- bius, Centur. II. Proverb. xvi. Hæc Cuperus. Di- ximus & nos non nihil hoc de Poëta in p. 12. hujus libri. At quoniam nemo elegantius hoc de Poëta scripsit & jucundius Muretô, placet audire illum in p. m. 264. Commen- tar. in III. Ethicor. Aristotelis ita commen- tantem: Fuit Philoxenus genere Cytherius, Poë- ta, scripsit dithyrambos, & poëma, quod in-*

\*\*\* 3.

scripsit

scripsit δειπνον quò lauta edulia & instruendi, apparandique convivii rationem exposuit. Hunc narrant non tantum ipsum studiosum fuisse laute, opipareque vivendi, verum etiam curam adhibuisse, ut Cives sui bene conditis epulis vescerentur. Itaque ejus rei causâ quotidie cum lavisset, urbem circuibat comitantibus pueris, vinum, oleum, acetum, aliaque ad cibos condiendos necessaria ferentibus, & singulorum domos ingrediens inspiciebat, quid cuique in cœnam paratum esset, ac si quid minùs rectè conditum erat, ipse de suo condiebat. Tum ita lustratâ urbe, domum reversus epulabatur. Hic cum aliquando Ephesum venisset, ac forum cupedinarium vacuum offendisset, percontatus quid esset rei, cum accepisset, quidquid erat obsoniorum, in ades cujusdam, qui nuptias celebrabat, delatum esse, ipse quoque, quamquam & hospes, & invocatus, eodem ad prandium profectus est, & cum ceteris accubuit. Cumque dominus epuli, ejus ingenio delectatus dixisset: Philoxene, numquid, cras quoque nobiscum epulaturuses? etiam, inquit, si ut hodie, nihil erit in macello. Adhibitus ad mensam aliquando à Dionysio Tyranno, cum ipsi quidem Dionysio ingentem mullum, sibi autem multò minorem adpositum videret, suum à patina sublatum ad aurem admovit, simulavitque quasi quiddam ex eo percontaretur.

Quæ

*Querenti causam Dionysio, ego, inquit, ô Rex poema quoddam de Galatea scribo, quare querebam ex hoc pisce quiddam de Nereidibus, quô poema meum exornarem, sed ipse juniorem se captum ait, quàm ut illa per ætatem cognoscere potuerit, è grandiore illo, qui tibi adpositus est, si quæram, illum mihi faciliè, ea quæ volo, explicaturum. Conversus in risum Dionysius, pisce, qui sibi adpositus erat, ad Philoxenum misit. Ab hoc tamen ipso Tyranno conjectus est in latomias, cujus rei hæc causa à Plutarcho traditur librò de Fortuna, & virtute Alexandri. Dionysius, ipse quoque poemata scribebat, eaque cum inconcinna, & illepidæ essent, optima videri volebat. Cùm igitur tragediam quamdam scripsisset, eam Philoxeno inspiciendam dedit, ut corrigeret, si quid forte corrigendum videretur. Ille vero unâ liturâ totam emendavit. Indignatus Dionysius compegit eum in illum carcerem, quem modò nominavi. Unde tamen postea liberatus, cùm iterum Dionysium audiret sua poemata recitantem, adulantibus, & plaudentibus ceteris, exsurgens ipse, mitte me, inquit, denuo in latomias, illic enim ætatem degere satius est, quàm tam mala poemata audire. Athenæus paullà aliter. Narrat enim, eâ pœnâ affectum, quòd deprehensus fuisset, cum Galatea ribicina, quam*



Dionysius ipse amabat. Quin etiam in ipso carcere conscripisse poemation in Galateam, in quo se quidem Ulysses faceret, Dionysium autem Cyclopa. Solebat hic in balneis non modò manus in aquam ferventem demittere, & sic assuefacere se ad perferendum immoderatum illius calorem, verùm etiam eadem aquâ os sibi proluere, & ut Græci dicunt, γαργαλίζειν, ut postea in mensa, cùm ad rem gerendam ventum esset, facilius & contrectare, & deglutire calidissima quaque posset. Quin etiam orabat coquos, ut omnia ferventia in mensam inferrent, ut ceteris calorem illum reformidantibus, ipse bulgam arbitrata suâ impleret: Narrat Plutarchus fœdus etiam, & tetrus quiddam, quod legentibus prope nauseam moveat. Spuere cum ait, solitum, & emungere se in patinas, ut ceteris à tanta fœditate abhorrentibus, solus ipse impleretur, idem & Gnathonem quemdam Siculum factitasse. Hoc autem votum ipsius, cuius hic mentio est, (quò collum sibi dari optabat longius collò gruvis, ut diutius ciborum voluptate frueretur) refertur etiam apud Athenæum, lib. I. & VIII. Narratur & mors, ipsius vite consentanea. Emerat Syracusis polyptum bicubitalem, ejusque præter caput nihil reliqui fecerat. Ex cruditate igitur ita laborare cœpit, ut nulla spes salutis esset. Quare cùm admonitus esset à medico, ut ordinaret su-  
pre.

*prema sua, sibi enim ante horam septimam esse moriendum. De ceteris, inquit, non magnoperè laboro, sed quando moriendum est, afferte mihi hîc polypi caput, ut id quoque comedam anteqvàm oculos claudam. Hactenus Muretus, qvîcum & digressionem hanc claudo. Porro non neglexi in Parisina prætermissum, rerum adornare indicem concinnum, qvi, si præterea nihil accessisset, satis hanc nostram commendaret præ illa editionem. Non præter rem autem Euripidæ laudatus ipse Auctor addidit Cyclopa *eleganter*, censente Ger. Jo. Vossio, lib. II. Institut. Poëtic. c. xx. extr. §. 26. p. m. 103. Latinitate donatam à Q. Septimo Florentino Christiano, cujus in nomen sequens epigramma invenio in Josephi Scaligeri Silva Carminum, n. XLIX. p. m. 40.*

Ω πέμπτ' ἀδελφῶν, μηνὸς ἑβδόμου τέκος,  
τὴν κλῆσιν ἄνθους εὐχλόου καλούμενε  
τῆς εὐαγίστου πίστεως φερῶνμε.

Qvo de eodem & ipse Christianus ibidem canit:

*Ne quis miretur prænomena nostra: nempe  
Quintum est*

*Enixa mater, Septimòque mense.*

*Quod si lingua fuisset ter mea Tulliana, possem  
Tertullianus esse Christianus.*

*Verùm ter valeat mihi Tullius atque Tullianus,  
Dùm Christiani florent stolones.*

\*\*\* 5

*Ipsa*

Ipsa verò Euripidis de Tragedia Theffalonicensis ( ut volunt Michaël Neander in Descript. Orbis Terr. & Heidmannus in c. xi. Europæ, n. 23. ) Eustathius, *celebris ille, si Gesnero credimus, Homeri & valde disertus luculentusque interpres*, ad Odyss. Σ. ita scribit : Λογιστέον δὲ καὶ ὡς ἐκ τῆς Ὀδυσσει-  
ακῆς εὐμεθόδου Σιλλογραφίας, ὅπῃ παρήκοι πα-  
ραμιγνύσῃς ἀστεῖα τοῖς σπουδαίοις, εἰκὸς ἐπινοη-  
θῆναι τοῖς ὕστερον τὴν Σατυρικὴν ποίησιν. ἥς τὴν  
μέθοδον παραδηλοῖ ὁ μέχρι νῦν εὕρισκόμενος Εὐ-  
ριπίδειος Κύκλωψ. Id est (dignus enim locus  
est qui penitus consideretur), *Notandum  
autem quomodo ex scribendi ratione, quâ in  
Odyssæa utitur Poëta, & quæ ut ad Sil-  
lorum penitus naturam accedit, ita summâ eam arte  
exprimit (siquidem urbanitatem rebus miscet  
gravibus subinde) verisimile est excogitatam à  
posterioribus Satyricam poësin. Cujus rationem ac  
naturam is, qui hodieque exstat, Cyclops Euripi-  
dis ostendit. Hoc Euripidis drama, quod ho-  
die Satyricis ex omnibus unum superest, suô-  
que memoratus ævô solum existisse ibidem  
tradit Eustathius, partim luctuosum est,  
partim jocosum, & ridiculum. Luctuosum,  
quatenus est Tragicum: idque ob Cyclopem,  
cui oculus effoditur ab Ulyssæ. At jocosum  
est ob Satyros, quorum fales ac lusus per-  
miscentur. Fingitur enim Sikenus cum Sa-  
tyra-*

tyrarum choro operam navare Polyphemo in gregibus pascendis, & caseo parando: ac Ulyssi, cum ad litus adpulisset, vinum illis promittenti, illi pollicentur lac, & caseum, & carnes. Silenus etiam, cum bibisset, effudit multa ridiculè: quemadmodum & Satyri multa jocosè dicunt. Ceterum stilius est tenuis, sed sic, ut quandoque adsurgat, maximè in Ulyssis persona, quæ heroica. Veluti verò satyricæ scenæ arboribus ornabantur, speluncis, montibus, reliquisque rebus agrestibus, in topiarii operis speciem deformatis, ut apud M. Vitruvium legitur in octavo quincti libri capite, de tribus agentem scenarum generibus, Tragicis, Comicis ac Satyricis: sic in Euripidis Cyclope à parte una erat antrum Polyphemi: ex altera colles & pascua, grexque pascens. Solum igitur ejus debuit sterni glebis herbæ virentis. Quò pertinet versus iste:

Καὶ μὴν λαχρῶδες τοῦδας ἀνθηρᾶς χλόης.

Nempe herba floret grandior humum vestiens,  
 Noster ut Septimus Florens reddidit. Ac in veteri etiam epigrammate drama satyricum, idcirco dicitur παίγνιον ἀν' ὕλαν, id est, *lusus per sylvam*; nempe ob sylvas, quæ in eo exhiberentur. Indèque & hoc Horatii in Arte, v. 244. *Sylvis deducti caveant, me iudice, Fauni*. Sileni mentio facit, ut hìc ver-

verba Suidæ, quæ & Casaubonus, lib. I. c. II. p. 48. habet, integrè adducam, prout ea reperi apud B. Dorscheum in Interventione pro Mysterio Trinitatis, c. xxiv. p. 364.

Σειληνὸς ὁ Διόνυσος παρὰ τὸ σεῖσθαι ἐν τῷ ληνῷ. Σειλινὸς ὁ γέρων διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ σεῖσθαι ἄλλῃς Σειλινὸς ὁ σάλος καὶ Φλυάρος ἐκ τοῦ λιλλαίνω τὸ φλυαρῶ. Eustath. σιληνοὶ δαίμονές τινες ὀρχηστικῶι Διονύσου ὁπαδοὶ παρὰ τὸ σιλλαίνειν; quod est, oculis distortis intueri, oculis agitatatis decidere, dicaciter & falsè illudere. Ergo possis à σίλλος dicere. Nicander

Alexipharmac. princip. Ὡς δ' ὁπότε ἀρχιόεσσαν ὑποβλίχαντες ὁπώρην Σιλεινοὶ κερατὶ Διονύσοιο τιθεῖνοι, πρῶτον ἐπ' ἀφρίζοντι πότῳ φρένα θώρεχθέντες, &c. Id est. *Quemadmodum autem Sileni Bacchi cornuti nutriticii agrestibus uvin calcatia, primum potu spumante mente armati, quod valet; ebrii facti. &c.* Desider. Erasmus in p. m. 653. Adag. *Sileni Alcibiadis*, edit. Francof. m. dc. xlvi. *Ajunt*, inquit, *Silenos imagunculas quaspiam fuisse sectiles, & ita factas, ut diduci & explicari possent; & quæ clause ridiculam ac monstruosam tibitinis speciem habebant, aperta subito numen ostendebant, ut artem sculptoris gratiorem jocosus faceret error. Porro statuarum argumentum sumptum est, à ridiculo illo Sileno Bacchi pedagogo, numinumque poeticonum morione.*

Quan-

*Quandoquidem habent & illi principum nostrum exemplò suos γελωτοποιούς. Eadem habet in Adagiis ad Gregorii XIII. præscriptum expurgatis Paulus Manutius, p. 1179. & seqq. Qvis Christianæ pietatis studiosus illa portenta ad Salvatorem Jesum adcommo-  
dare ausit? Fecit id quidem, sed non sine petita venia, Erasmus, l. c. cum post Socra-  
tem, Diogenem, Epictetum Silenorum nomine commendatum ait, Annon mirificus quidem Silenus fuit Christus, si fas est de hoc ad eum loqui modum, quem equidem haud video cur non omnes pro virili debeant exprimere, qui Christiani nomine gloriantur. Si summam Sileni faciem intuearis, quid juxta popularem estimationem abjectius, aut contemp-  
tius? Tenuis & obscuri Parentes, domus humilis, ipse pauper, & pauculos & pauper-  
culos habuit discipulos, non è magnatum palatiis, non è Phariseorum cathedris, non è Philosopho-  
rum scholis, sed à telonio & retibus adscitos. Tum vita, quàm à voluptatibus omnibus alte-  
ra, per famem, per lassitudinem, per convi-  
tia, per ludibria, ad crucem denique pervē-  
nit. Hæc illum parte contemplabatur mysticus ille vates, cum eum depingens: Non erat ei, inquit, species, neque decor. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum despectum, ac novissimum virorum. Cetera-  
que*

que permulta, quæ in hanc sequuntur sententiam. Jam si contingat apertum hunc Silenum propius intueri, hoc est, si cui dignetur ipse se purgatis animi luminibus ostendere, Deum immortalem! quam ineffabilem reperies thesaurum, in quanta vilitate, quale margaritum, in quanta humilitate, quantam sublimitatem in quanta paupertate, quantas divitias, in quanta infirmitate, quam incogitabilem virtutem, in quanta ignominia, quantam gloriam, in quantis laboribus quam absolutam requiem? denique in morte tam acerba perennem immortalitatis fontem. Cur sic abhorrent ab hac imagine, qui titulò tamen illius se jactitant? Nimirum erat in proclivi Christo totius orbis occupare Monarchiam, atque id possidere, quod olim Romani principes frustra affectârunt, satellitiò superare Xerxes, opibus antecire Cæsos, philosophis universis silentium imponere, & inane sophos detrahare. Verùm hac una forma placuit, quam suis discipulis, & amicis, hoc est, Christianis proponeret, hanc potissimum delegit philosophiam à philosophorum decretis, à mundi ratione longè latèque diversam, sed eam, quæ sola omnium præstaret, quod alii aliis viis conantur assequi, nempe felicitatem. Hujusmodi quondam Sileni fuere Propheta exules, errantes in solitudinibus, cum feris exigentes vitam, vili olusculò victitantes, oviam & ca-  
pra-

præparato amicti pellibus. Sed introspexerat hos Silenos ille, qui dixit, quibus dignus non erat mundus. Hujusmodi Silenus fuit Johan. Baptista, qui Camelorum tectus pilis, zonâ cinctus pelliceâ, longè Regum purpuras ac gemmas vicit, locustis vescens, principum omnium delicias superavit, Nimirum cernebat, quid ihesæuri lateret sub agresti pallio, qui mirò illi elogiò laudum ejus summam complexus, inter-natos, inquit, mulierum non surrexit major Johanne Baptistâ. Hujusmodi Sileni fuerunt Apostoli, pauperes, inculti, illiterati, ignobiles, impotentes, abjecti, omnibus omnium contumeliis expositi, irrisi, invisi, execrâbiles, ac penè publicum orbis simul & odium, & ludibrium. Rerum apertè mihi Silenium, quoniam tyrannorum cum horum potentia possit æuari, qui dictò imperant demonibus, nutu sedant sævientia maria, verbò vitâ defunctos in vitam revocant? Quis non Cræsus ad hos pauper esse videatur, qui vel umbrâ suâ conferunt sanitatem agratis, qui solò manus contactu spiritum illum celestem impertiunt? Quis non Aristoteles stultus & indoctus, ac negator, cum his collatus, habeatur? qui ex ipso fonte celestem hauerant sapientiam, ad quam omnis humana sapientia, mera stultitia est? Tam verè regnum calorum grani synapsi imaginem habebat, specie pusillam & contemptum, virtute maximum.

A



A quo prorsus ut dixi & ex διαμέτρου (quod  
ajunt) diffidet hujus mundi ratio. Hujusmo-  
di Silenus fuit contemptus & irrisus ille Mar-  
tinus Episcopus. Tales fuerunt veteres illi E-  
piscopi, humilitate sublimes, paupertate locu-  
pletes, gloriâ neglectâ gloriosi. Sed quia E-  
rasmus apud Bellarminum Semichristianus  
habetur, & dura de eo loquitur Anton.  
Possevinus in *Adp. sacr. Voc. Desiderius & Eras-  
mus, & Biblioth. select. T. I. p. 114. & 214.  
& 371.* Pontificii ceteri debuissent moniti  
meliora sequi. Nihilominus JOHANNES  
DE CARTHAGENA Hispanus, Ord. Mi-  
norum de observantia provinciæ immacu-  
latæ conceptionis, *Hom. Cathol. Tom. II.  
de sacris arcanis Deipare & Josephi Hom.  
VII. num. 4.* ait: Magni faciebat antiqui-  
tas, ut author est Plato in *sympos. amoris*,  
Silenos, qui sub figura horrida pulchram in-  
tus imaginem continebant. Sed cum hoc di-  
vino Sileno non venirent ullatenus comparan-  
di. Etenim illud ad unum depingens D.  
Paulus ad Rom. VIII. 3. ait: Venisse in similitu-  
dinem carnis peccati. Ecce turpem & de-  
formem, quam hic mysticus Silenus exterius  
pretendit figuram. Verum de illo eodem ait,  
quod est splendor Patris & figura substantiæ  
ejus: Ecce pulchram & perbellem hujus divini  
Sileni imaginem intus latentem. Vidi ego non  
semel

*semel tam in Hispania, quàm in Italia tali  
 perspectiva scientiæ artificio elaboratas imagines,  
 ut si à dextris illas conspicientes, ditissimum  
 Cræsum, si verò à sinistris, pauperem Leberide-  
 dem: Hinc Heraclitum illum, illinc Demo-  
 critum, unum ridentem, & alium flentem,  
 hinc pulcherrimam Lucretiam, hinc teterrimum  
 Serpentem videres. Hoc ipsò supernaturali ac  
 supremò artificio factum intueor in Christo Do-  
 mino, Davide in ejus persona dicente, Psalmò  
 LXX. 7. Tanquàm prodigium, vel ut vertit  
 Cardinal. Cajetanus: tanquàm miraculum for-  
 tius sum multis. Si enim ex una parte illum  
 intuearis, divitiis affluere non dubitabis: Glo-  
 ria & divitiæ in domo ejus: ex aliora verò  
 tantâ invenies paupertate premi, ut diceret:  
*Vulpes foveas habent, Filius autem hominis non  
 habet, ubi caput suum reclinet. Matth. VIII. 20.*  
*Ex una parte tibi apparebit mœstus: Tristis est  
 anima mea: Ex alia verò letus, Circumdedi-  
 sti me letitiâ. Ac tandem hodiernò die oculis  
 intuentium se objicit tanquàm puer parvulus:  
 cum inducerent puerum Jesum parentes ejus.  
 Et tamen aliunde tanta magnitudinis Gigas est,  
 ut terram tangens, simul contingat calum, ut  
 dixit Salomon, Sap. XVIII. 15. Durus debella-  
 tor, in mediam exterminii terram profiliavit,  
 & usque ad calum attingebat stans in terra.  
 Ad quod respiciens D. Bernhardus dixit ser-  
 mon.**

\*\*\*

mon.

mon. XXVIII. in Cantica: *Sensus nigrum renunciat, fides candidum, & formosum probat: manus Esau, vox Jacob.* Hæc Carthagena. Ergo Dominus Jesus, divinus & mysticus Silenus, Satyrorum senior, semicaper & capripes & Bacchi custos, famulusque. Horrendum! Sequitur tamen Carthagenam Ludovicus Granatensis Dominicanus, Christum Silenis comparans, in Duce Peccatorum, lib. I. part. II. c. XI. p. 191. Addidi rogatus Inscriptionem Veterem Græcam ad Urbem in Via Appia, effossam, dedicationem fundi continentem ab Herode Rege factam, quam prædictus recensuit Casaubonus & notis illustravit, laudavitque in III. de Synedriis Veterum Ebræorum, c. XIV. p. m. 158. magnus Seldenus. Joseph. Scaliger, lib. IV. Epist. cccxxxI. p. m. 791. ad Janum Gruterum: *An Græcam Inscriptionem nobilissimam nuper non longè Româ effossam videris, scire aucto. Eam noluit mihi mittere Casaubonus, nisi prius commentariô suô illustratam. Itaque eam adhuc expecto.* Et lib. II. Epist. cXL. p. m. 349. ipsum ad Casaubonum ita scribit: *Heri præstantissimam Herodis Regis Inscriptionem accepi. Tuae Note non discedunt à genio auctoris sui. Ideo noli quærere an placuerint, quum partim à præstantia ingenii tui, partim ab ipsa Inscriptione etiam admiratio accesserit.*

*Qua*

*Quæ quum sit ejusdem argumenti cum ea, quæ  
lucio veteribus Ionicis exarata erat ; quæ fa-  
ctum, ut vel illa iam obsoletis & jamdudum  
defectis obaraderibus concepta fuerit, hæc verò  
tua communibus literis, altera soluta, hæc ad-  
stricta, versuta legibus oratione ; non minus  
minor. Herodem ipsum semipagannum, semi-  
judæum scio. Sed de his fortasse plura aliàs.  
Omnino dicam. Valde me delectavit illud, quod  
in eam distulisti. Adjicere placet memorati  
in Casauboni laudem verba sequentia è vitæ  
Georgii Richteri Epistolis ejus præmissa, p.  
m. 45. editi Norimberg. M. DC. LXXII. in 4to.  
de Isaaco Casaubono, incomparabili omnigene  
Eruditionis Heroë, memorant, & admirantur  
hodieque omnes, qui vel legunt, vel audiunt,  
illum valetudinarium, inter lentos morborum  
ignes, suspiria, stillicidia, aliaque mortis sa-  
tellitia, solo animi ardore & constantiâ incre-  
dibili fretum, plura elaborasse, quam alium,  
qui flore ætatis & valetudinis fastigiò excelluit.  
Quin & longò denique cum laboribus & morbis  
conflictu fractum non animò, sed membris, non  
mentis acie, sed organis, ad ultimum usque spiritum  
indemandato munere summa cum laude perstitisse.  
Aliò, cum DEO, tempore dabò Salmasii duarum  
Inscriptionum Veterum, Herodis Attici Rhe-  
toris & Regillæ Conjugis honori positarum  
explicationem, cum ejusdem ad Dosiadæ A-*

\*\*\* 2

ras,

ras, Simmiæ Rhodii Ovum, alas, securim Theocriti Fistulam notis admodum eruditis. In præsentia gratificari quoque volui amicis quatuor illas, mihi quæ adhuc reliquæ fuerunt è Mscris, quarumque una præsentis super libro ad Scipionem Gentilem exarata, Isaaci Casauboni epistolas, nunquam antehac in publico visas, & ideo summâ cupiditate à me expetitas, undique ceteras quoque summorum virorum, quas in scriniis epistolas ineditas servo non paucas, protrudendi quærens occasionem in publicum. An verò Disputationem suam, ut vocat Exercitat. xiv. ad Baronium, §. iv. p. m. 319. opt. edit. Londin. m. dc. xiiii. in fol. laudatus unquam ediderit Casaubonus, *de Cura universalis Ecclesie, in primitiva Ecclesia, omnibus Episcopis communi*; ignoro planè. Illud autem mirum, quod Theodorus Bussi ad Ioan. Kirchmannum, Epist. ccii. in Gudian. p. m. 273. edit. Ultrajectin. m. dc. xcvii. in 4to scribit: *Casaubonus aliquid contra Baronii Annales adfectum habet, quod tamen in Gallia non edet, si unquam edet: ipse enim haberet animi, non tam Pontificiorum, quam sue partis hominum invidiam metuens. Sic enim autumat, se parem gratiam Genevæ, quam Romæ scriptio ejusmodi meriturum. In Angliam videtur omnino adspirare, quorum Ecclesiasti-*

*frasticam politiam magis probat, certè ab illa Hugonotarum planè abharret, quam in sententiam plurima est nobiscum locutus. Nisi per Thuanum aliosque paucos staret, jam diu abisset: ibit tamen hoc autumnò, saltem videndi Regis causâ, qui ipsum vix dimittet. Tandem invenies Ολυμπικὸν Ἀγῶνα Viri omnium seculorum memoriâ digni, B. D. Ægidii Strauchii, quem legisse non pœnitebit, cum eximia Dissertatione Historica de Serapide Ægyptiorum Deo maximo Cl. Dn. M. Johannis Lehmanni, hominis naturæ dotibus ac eruditione non spernendâ insignis. Celeberrimi Olympiadum Scriptoris Phlegontis Fragmentum non solùm habemus ex editione Joh. Meursii: sed & invenimus Pindaro præfixum, qui prodiit Oxonii M. DC. xcvii. in fol. Cui quòd integras notas, præfationes & epistolas, ipsis editoribus Anglis Pindari, in præfatione tantoperè laudati Erasmi nostri Schmidii, ut de Johannis Benedicti Commentariis Salmurii vulgatis annò M. DC. xx. in 4to nihil dicam, non adjecerint, dicere non habeo, resque aliò spectat. Hæc tantùm in præsentia volui. Vale, sequentemque hanc è lib. II. Epist. cxv. p. m. 301. f. edit. Lugdun. Batav. M. DC. xxvii. in 8t. Josephi Scaligeri ad If. Casaubonum, super hujus de Satyra librum.*

\*\*\*\* 3

&amp;

& Florentis Cyclopem Epistolam; notas vero memorati Scaligeri in Epistolis omittas in Cyclopem Euripidis ipsi illi Epistolæ in Opusculis Josephi Scaligeri Francofurti m. dc. lxiiv. in 8t. evulgatis p. m. 381. f. exstanti subjunctas coronidis vice accipe. JOS. SCALIGER. ISACIO CASAUBONO. *Nemo vivit hodie qui melius de me meruerit, quam tu. Omitto amorem tuum in me, qui aestimari non potest. De doctrina tua loquor, ex qua quotidie haurio, qui melior & doctior; καὶ κρείττω ἐμαυτοῦ ἵσταιμι. Alii, qui tua legunt, & admirantur, non ita ὀφειδαι αὐτῶν possunt, ut ego. Propterea in beneficiis tuis primus locum occupavi, & qui de scriptis tuis judicare solent, quamvis, ut debent, optime de illis sentiunt, tamen patientur se vinci à me, qui melius, quam ullus eorum te novi, & familiarius ad tua scripta admittar quotidie. Quantum enim me liber tuus de Saryra oblectaverit; quam multa me docuerit, dicerem, nisi modus epistola me in ordinem redigeret. Omnino totum devoravi: & nihil in eo desideravi, nisi quòd mecum præclarius ageretur, si longior fuisset, ut longiore bonò fruerer. Itaque nemo est, cui in literis plus debeam, quem magis suspicer, in quò bonarum literarum thesauros omnes repostos sciam, quam tu. Quò magis à te exigo, ut in Polybio pergas, quem ne-*

mo

mo, preter te, nobis talem dare potest, qualem ego exopto. Quia enim totum nobis invidit injuria temporum, id quod nobis relictum est, quis melius exornare possit, quàm tu? Scriptoris illius me studiosum fuisse profiteor. Sed quæ ad illum notavimus, in alieno libro reposita sunt, & nulla spes est recipi, & præterea non sunt tanti, ut aut editionem tuam morari debeant, aut expectationi tue satisfacere. Non solum consentus fui lectione libri tui de Satyra, sed etiam, ut honorem haberem manibus & memoria Florentis nostri, Cyclopem Græcum revisi, quæ olim, quum Genevæ essemus, in ora libri annotavimus: & quæ præterea nunc inter legendum succurrerunt, in schedion conjeci, ut te non solum magistrum, sed etiam censorem habeam. Nunc fervet Chronologia omnes hoc forum excalfaciunt. Aliquot simioli nostri hanc an-  
νόferias suas ediderunt, ἐλκτὰ πάντα καὶ οὐδὲν ὑγίης. Solus desit nugari ignoratus hæcenus Sethus Calvinus, homo Germanus, qui accuratissimum Chronicon edidit, nostrarum rationum munimentis insistens, ut ne latum quidem unguem ab illis discedat. Eum librum, propterea quod ad nundinas delatus non est, videre non potuisti, quem verò ego habeo, ipsius auctoris liberalitate ad me missus est, eleganter, ut captus Germanorum est, compactus, deauratus, puniceus. Tandem ego misellus in sterquilinio delitui, donec repertus esiste-

\*\*\* 4

bo-



*bonus & doctus vir, qui rationes nostras in lucem proferret, earumque fructum huic seculo βαρεαρίζοντι proponeret. Vives ille liber. Callisthenem illum nunquam vidi. & quia à Pseudogurionide citatur, omnino Latinum fuisse, non Græcum, quem ille vidit, necesse est. Nam Gracismi imperitum eum vincunt scripta ejus. Istiusmodi ὑποβολιμαίων scriptorum monstra olim fuerunt, in quibus Dares Phrygius, Dictys Creiensis, qui hodie Latini exstant. eos etiam Græci habuerunt, quorum fragmenta in Cedreno exstant. Quid dicas de Epitome Iliados Epica Latina, quam ridiculè Pindarum Thebanum proscripserunt? Quid Aristeas ille, quàm antiquus est, ut etiam a Josepho citetur? quod est τῶν ἐλληνιστῶν Ἰουδαίων παρεγχείρημα. Quid Ecatæus de Judeis, quem ab iisdem Hellenistis antiquitus confictum fuisse manifestò ex Origene colligitur? Quid Pseudosibyllina oracula, quæ Christiani Gentibus objiciebant, quum tamen è Christianorum officina prodissent, in Gentium autem bibliothecis non reperirentur? Adeo verbum Dei inefficax esse censuerunt, ut regnum Christi sine mendaciis promoveri posse diffiderent. Atque utinam illi primi mentiri cœpissent. Vale. Lugduni Batavorum III. Cal. Novembr. Juliani. CIO. IO. CV. Ad novam versionem Polybii ultro te hortor. Nam illa Musculi ridicula est, Perotti ad quinque libros manca. Aliam non vidi. Iterum vale.*

*QVÆ-*

## QUÆDAM IN CYCLOPEM

*Entripidis carpitim animadversu.*

ἡνίκ' ἐκ μανείας Ἡρας ὑπο) non ἐμμανής.

-- ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρα αὐτὸς λαχὼν ἔϋθυον  
ἀμφῆρες δόρυ.) τὸ ἀμφῆρες δόρυ est τὸ δίκωπον  
σκάφος, ut alibi, νεὼς μελαίνης κοῖλον ἐμβήσο  
σκάφος διπλαῖσι κώκαις τῆς δ' ἀποστέλῳ χθονός.  
ἀμφηρικὸν vocat Thucydides. Ejusmodi e-  
rant τὰ ληστρικὰ σκάφη. λαχὼν igitur, non λα-  
βὼν. & de navigio non de clavo, τὸ εὐθύνειν  
intelligendum.

παῖδες μὲν οὐ' μοι,) id est, οἱ ἐμοί.

βρομίου πόλιν εἰόκαμεν εἰς βαλεῖν.) lege εἶγμεν.  
κακῶν τε λησις) non λῆστις.

ἰδοὺ τάδ' ὑμῖν ποιμνίων βοσκήματα) non  
ποιμένων.

-- σχοινίοις τ' ἐν τεύχεσι) non σχοινίοις.

οἶμοι. πυρέσσω, συγκεκομένος τάλας.) κυριολο-  
γία. inde συγκοπή.

κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον) Ridiculè. Quo-  
modo quis vinciri potest κλοιῷ τριπήχει κατὰ  
τὸν ὀφθαλμὸν. legendum. — δῆσαντες δέ σε

κλοιῷ τριπήχει, καὶ τὸν ὀμφαλὸν μέσον  
τὰ σπλάγχν' ἐφασκον ἐξαμήσασθαι σέθεν.

ἀποδώσειν τινὶ πέτρους μοχλεύειν) Paullò an-  
te exenteratum iri dicebat, hic exenteratus  
imponitur navi deportandus ad metalla la-  
pidum, ut ibi pœnæ servus ingentia saxa

\*\*\*\*

5

mo-

moliatur, quomodo qui extenteratus fuerit? Multas ejusmodi Euripidis ἀλογιστείας deprehendimus alibi passim.

τὰ καινὰ γὰρ τῶν ἡθάρων, &c.) Ita melius, neque vulgatam damnamus.

αὐτὸς ἔχ.) Id est, εἰς κεφαλὴν σοι. Ita olim notavimus in margine libri.

πολλῷ πέποιθα, καὶ δικαιότερον λόγῳ) non λέγω.

ὀδυ. Θεοῦ τὸ πρᾶγμα.) Retrahe huc duodecimum versum, & ita continua:

ὀδυ. δύσφορὰ γ' ὀνειδή Φρυξὶν οὐκ ἐδάκαμεν.

Θεοῦ τὸν πρᾶγμα. μηδέν' αἰτιῶ βροτῶν.

Ita nos ipsi sumus, qui Trojam vastavimus. Sed non nostrum est factum, quod tot δυσφόρητα ὀνειδή Phrygibus dedimus, sed Deus in caussa est, qui ita decreverat. Quis non miretur illum versum hinc tam procul submotum?

Γεραίστιοί τε καταφυγαί, τὰ θ' Ἑλλάδος) τὰς θ' Ἑλλάδος.

ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπλίαν) ineptè: εὖ στέγων τε γαστέρ' ὑπλίαν. muniens saturum ventrem πέπλω. Tegens ventrem, ut postea dicit.

σὴν σάρκα διαφόρητον) non δυσφόρητον.

χο. εὐρείας φάρυγος) Ponendum ἡμιχ. non χο. Nam dimidium chori progressum antro jam paratis epulis Cyclopem invitat. alterum Semichorium intus relictum est.

ἐφθα

ἔφθα καὶ ὅπλ' αὐτ' ἀνθρακιᾶς. non καὶ ἀνθρακιᾶς.

μόνος μόνῳ κόμιζε πορθμίδας ἀκάφους. ) *Solus soli mihi confer hanc celocem*, ut Plautus, fortasse huic alludens, loquitur. vult eum integram famem ad has epulas adferre.

χαιρέτω μὲν αὖλις ἡδε. ) Hic præponendum alterum semichorium ἡμιχ. χαιρέτω μὲν αὖλις ἡδε. Semichorium averfatum belluinum Cyclopiſ prandium foras egreditur. Itaque inter verſiculū μόνος μόνῳ, & χαιρέτω μὲν αὖλις, canticum interjectum eſt ab iis, qui modos faciebant.

ἀποθῶμιος ἄν ) non ἄν. Alioquin non parva caligo offuſa erat.

εὐτραφέστατον πᾶχος ) non ἐντρεφέστατον.

σκύφος τε κισσῶ ) Nullus edera truncus tantus eſt uſpiam terrarum, ut ex eo pocillum palmari magnitudine confieri poſſit. Hic tamen ſκύφος κισσῶ eſt latum tres cubitos, profundum quatuor. Papæ! eſt ἐλογιστία Euripidis.

ὀβελούς τ' ἄκρους ) obſcuriſſimus & maxime inconcinuus locus. Ponam veram lectionem.

ὀβελούς τ' ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ,  
ἕιστους δὲ δρεπάνῳ τᾶλλα, πηλιούρου κλάδων.

Verua ex paliuri duriffimi ligni ramis aut ſudibus præuſtis quidem igne acumine, reli-  
quō

qνô hastili falce dedolatos. Apud Athenzum legendum κλάδων, non κλάδον. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι λέγει παλιούρου κλάδων. Qνὰm inepta sententia antea concipiebatur, qνum videretur poëta dicere, verua non falce dedolata esse, sed paliuri ramô. Hæc sunt planè delira, ut taceam inconcinnitatem versus.

παίων πρὸς ὄξυν στόνυχα.) non γ' ὄνυχα.  
- ἀνέπεσε φάρυγος ἀέρ' ἐξιείς βαρύν.) non φάρυγος αἰθέρ' ἐξιείς βαρύν.

ἐδέξατ' ἐξέσπασ' αἰμυστιν.) non ἐσπασεν.  
χηρεύομεν. τὸν δ' οὐκ ἔχομεν κατεκφυγεῖν.) non καταφυγεῖν.

ῥυσμοῖσί νιν σφίγξαι μενοινᾶς.) non ῥυθμοῖσί νιν σφάξαι.

ὀφθαλμὸν, ὥσπερ σφηκιὰν, ἐκθλίψομεν.) non ἐκτρίψομεν.

ἡμι. μακάριος.) sunt ἄσματα ἐπικώμια, qνibus ad κῶμον invitatur Cyclops satur. Beatus qvi bene satur, & appotus, odoratus nitentes capillos ad fores amicæ cantat θύραν τίς αἰξεῖ μοι;

χλιδανὴν ἔχων ἑταίραν.) Nam χλιδανῆς ἑταῖρος, qνὸd vulgatum est; ineptissimum.

μυρόχριστος λιπατρὸν.) non λιπατρός. Horatius, lib. II. Carmin. Od. vii. 7. Coronatus nitentibus malobatro Syrio capillos. μυρόχριστος ξανθὸν λιπατρὸν βόστρυχον.

γάγυμαι καὶ δαιτὸς ἥβης.) Qνὸ illud ἥβης? Scri-

Scribendum putârim, γάνυμαι δὲ δαιτὸς (αἰβοῖ.)  
 Est ἐπίφθεγμα saturorum hominum. hoc enim  
 dicens ructat. Est enim exsultantis. Aristophanes,  
 Αἰβοῖ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι  
 γλυκύτερον Scholion. αἰβοῖ, τὸ αἰβοῖ οὐ μόνον  
 ἐπὶ σχετλιασμοῦ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἡδονῆς, ὡς  
 καὶ ναῦ.

σκάφος ὀλκᾶς ὡς ) Euripideaphrasis, σκάφος  
 ὀλκᾶς. μανίας λύσσημα, in Oreste. δρομᾶς κῶ-  
 λον, in Helena Latina *victricia arma*.

χο. καλὸν ὄμμασι δεδορκῶς. ) præponenda  
 Semichorii nota. ἡμιχ. καλὸν ὄμμασι. Est enim  
 idem semichorium, quod antea, iavitans  
 eis κῶμον.

καλὸν ἐκπερᾶ ) Obscurissima sunt sequen-  
 tia, idque propter mutationem personæ se-  
 cundæ in tertiam. Alloquuntur enim Cy-  
 clopem invitantes ad amicam ἐπὶ κῶμον, ἃ  
 qua in antro ait eum exspectari, καλὸν ὄμ-  
 μασι δεδορκῶς καλὸς ἐκπέρα μελάθρων. Φιλεῖ τις  
 ὑμᾶς. Est quædam nymphe, quæ vos depe-  
 rit, ζὸν χρεῖαθ', quæ te tuumque corpus de-  
 perit, utpote τέρεινα ἐντὸς ἀντρων. Illud (λύ-  
 χνα δ' αἰμίμενα δαίει) includenda parenthesi.  
 Ita lux reddita obscurissimo loco.

κατάθες αὐτὸν ἐς μέζον) ποτὶ κάθες αὐτὸν ἐς μέζον.  
 -Θέες δὲ τὸν ἀγκῶν εὐρύθμως, κατ' ἐκπτε, ὡς περ  
 μ' ὄρᾳ, πίνοντα, χῶ(περ οὐκ ἐμῶ.) ποτὶ οὐκ ἐμῶ  
 Nam ingurgitabat se Cyclops, ita ut vinum  
 re-

redundans ejiceret. ipsum docet Silenus com-  
posito cubito paulatim bibere, ne vinum vo-  
mat.

παρεντρέπεται δ' οὐδὲν ἄλλο.) Mira verbi  
elegantia, ut παρορᾶν aliquid perperam vi-  
dere, vel potius aliquid omittere videndo,  
sic παρεντρέπειν, quum aliquid deest, quod  
apparandum erat. sic nihil hinc, nisi ~~κρυπτα~~  
desunt. οὐδὲν παρεντρέπεται πλὴν τῶν ἐπαιδῶν.

χώρει δ' ἐς οἶκον, πρὶν τι τὸν πατέρα μα-  
θεῖν ἀλλαγαμὸν. ὥς (οἱ τὰνθάτ' ἐστὶν εὐτρεπῆ.  
non ἀπαλλαγμὸν & τὰνθενδ'.

καὶ τὰδ' ὀνείατα μέτεστιν ἡμῶν κόνεως.) Bar-  
bare, & inepte. Imò καὶ τὰ δ' ὄμματα μέστ' ἐστὶν  
ἡμῶν κόνιος, ἢ τέφρας ποθέν.

πάσαι μὲν ἡδεῖ σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει.) Ἀττι-  
κῶς ἡδεῖ, ἐτετύφει, ἡδεῖν, ἐτετύφειν.

ὁ μισαρός, ὃς μοι δοὺς τὸν πῶμα κατέκαε.)  
non κατέκαυε.

καὶ δεδορκότως λέγε) Planè ita olim in ora  
libri annotatum est ante 31. annos.



NOBILISSIMO VIRO

JOHANNI DE RIEV

RUTENORUM PRÆSIDI,

*ISAACUS CASAUBONUS S. D.*



**O**BSTRICTAM tibi fidem ante aliquid annos, cum una Mompehi essemus, tuque domum ad me visendi & salutandi causâ venisses, quæ tua est humanitas, & in literas singularis amor, Præses dignissime: seriùs quidem, sed eò cumulatius jam tandem libero. Diatribam enim super Romanæ Satiræ natura atque appellatione, cum inter colloquendum de literarum studiis, in eum fortè sermonem incidissemus, tibi pollicitus: ne tam benignus creditor fortem sine aliquo fenore, longò adeò præsertim intervallò, reciperes: disputationem aliam adjeci, ut non planè ejusdem, ita nec usquequaque dissimilis argumenti. Nam qui sciremus, non mediocriter



ter solum eruditos cum vulgo credere, sed longe doctissimos etiam viros, & summæ in literis auctoritatis, docere, genus illud Latinæ poëseos à Græcorum Satyrica originem simul ac nomen traxisse: quum secus rem habere nobis persuasissemus, ne sine justa satis causâ à communi hac & omnibus ferme recepta opinione videremur discedere: facientium esse duximus, ut de utraqve poesi quæ veniebant in mentem, unâ eademque operâ scriptis mandarem. Accipe igitur, Præses clarissime, & quod sapientes haut minoris fecerint, vir doctissime, non ut sponderam, paucarum horarum diatribam: sed aliquot saltem dierum lucubrationem, tuo nomini multo etiam prius quàm nasceretur dicatam, meritissemque consecratam. etsi enim magnò & locorum & temporum intervallò dividimur: hæret tamen animo nihilominus, semperque hærebit, mutui amoris nostri iocundissima memoria: & honoris ejus grata recordatio, quem studiis meis aliquando habuisti, cum ut fructus illorum aliquis in vulgus manaret, vigiliæque nostræ publicarentur, quia Mompelii res erat propter loci conditionem difficilior, nullis parfurum te sumtibus, & verbis prolixè ostendisti, & re etiam ipsâ luculentè probasti. Equidem non sum adeo ignotus ipse mihi, ut

quæ

quæ à me fuerint profecta, tantò hòc cu-  
 jusquam, nedum tuò viri eruditissimi, stu-  
 diò digna censeam : tu tamen , quum amo-  
 re nostri aciem judicii tui præpediente, ali-  
 ter sentires: præclarè hòc pactò , quantum  
 humanitatis literis tribueres , palàm fecisti.  
 simul amentiam illorum auctoritate sententiæ  
 tuæ confutasti, quos nihil pudet exquisitio-  
 rem lingvarum & antiquitatis notitiam, ceu  
 Reip. inutilem, pietati verò etiam adver-  
 santem, differre convitiis ac diffamare. qui  
 error fanaticus cùm occultò quòdam Dei  
 judiciò per multa secula hominum mentes  
 occupasset: memoriâ demum avorum pene  
 undiqve è Gallia nostra profligatus, certo-  
 rum nunc hominum scelere immani in eam-  
 dem & universam quoque Europam revoca-  
 tur. Quid? nonne superioribus mensibus  
 facerrimus liber prodiit, quò impietatis o-  
 mnes promiscuè arcessuntur, qui post lite-  
 rarum *παλιγνεσίαν* cum aliqua laude in iis  
 sunt versati? aut quisquam dubitet melioris  
 literaturæ pernitiem eos moliri, qui nefariò  
 ausu in doctissimum quemque nostræ ætatis,  
 & de rep. literaria optimè meritum tanta cum  
 petulantia atque impudentia invehuntur? sal-  
 tem si maledicere volebant, portentis men-  
 daciorum abstinere: si scribere gestiebant,  
 Latine scriberent. nam quis barbarissimos,

\*\*\*\*\*

so-

solœcismos, scribilingines eorum enumeret, aut patienter feret? Non hortabor te Praeses integerrime, ut certo huic istorum malè conciliatorum furori te opponas, quod in te fuerit: ne prudentiæ & constantiæ tuæ in amore literarum videar diffidere. gratulabor potius bonitati naturæ tuæ, quæ neque in ratione studiorum, neque in administratione Reip. à recto tramite & via regia deflectere unquam se sivit. Quamobrem, qui & bonas artes semper ornâris, & bonas partes fortissimè semper defenderis, magnumque ex ea re nomen tibi pepereris: pulcherrimam hanc laudem illibatam ad extremum te conservaturum, omnes speramus, qui excellentem virtutem tuam habemus notam: atque adeo ut ita facias, ex animo optamus. Vale. Lutetiæ Parisiorum 14. Kal. Sept. 1655.

# I N D E X C A P I T U M

Q V Æ

Duobus hisce libris continentur.

LIBRO PRIMO.

CAPUT PRIMUM.

DE SATYRICÆ poëseos origine, & appellationibus. ἀρχέτυπον σημεῖον γενέσεως omnium inventorum. Poëtices principia ὑπ' ἄλληλα tria: ἡ φύσις, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, ἡ τέχνη. de his accommodatè ad propositum argumentum ordine dictum. Festorum dierum origo & causæ: quomodo & per quos gradus inde nata SATYRICA cum Tragœdia & Comœdia. τραγωδία sive τραγωδία commune nomen. Athenai locus emendatur. Σατύρων προεισαγωγή. Σάτυροι & Σάτυρος pro fabula Satyrica: item Σατυρικόν. locus Xenophontis illustratus. Satyri & Satyrica apud Latinos. Error eorum, qui Satyricam Græcam vocant Satyram. Donati locus. Satyra Græcorum, οἱ ἄλλοι πῶν ἡ σατυρική.

\*\*\*\*\* 2

CAP

# I N D E X

## C A P. II.

*Illustratur SATYRICÆ definitio ὀνοματώδης. cur Satyri initio in hanc poësim inducti, varia causa afferuntur, eaque ordine expositæ. De choro Bacchi duplici: vetustiore è Nymphis & Musis: recentiore, additis Satyris, Silenis, aliis. Orpheus illustratur & corrigitur. Satyri qui, quàm vetusti, quò genere orti. Δευκαλίδαι & Δευκαλίωνες. error credentium exstare in rerum natura Satyros. historia hominis cornuti. Satyrorum & Silenorum veriloquium variè expositum. σεσημέναι. σατυρός, libidinosus. Σατύρα proprium nomen. σάτης & διασάτης voces Dorum. Φῆγες & Φηέες Satyri Atticis & Ionibus. locus Suida animadversus. Appellationes communes Baccho & ejus ministris: Sabus, Satyrus, Lenæus, Bacchus. Βακχέχορος vox Orphei. is poëta pluries emendatus. De recondita Satyrorum & Silenorum sapientia. Silenus à Midâ captus. Silenus Virgilii. Socrates Silenus dictus. Mos artificum statuariorum Athenis. Μαρσύας ἐπὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ θαυμάζομενος. De figura Satyrorum & Silenorum: sint ne iidem Satyri & Sileni. Gemma pulcherrima Bacchi chorum ob oculos ponens, & ejusdem dilu-*

## C A P I T U M.

*dilucidatio. Mos pingendi ludos. Δευδρεφο-  
ρίαι Bacchi & aliorum deorum. Bacchus  
κέρπιμος idem variè depictus. Sileni ejus Ε-  
ταῖοι: Satyrorum epistata, loci aliquot Or-  
phei correcti. varia forma Silenorum, &  
calvities ac barba. Satyrorum vultus: lo-  
cus Aristotelis emendatus. σατυριασμός tripli-  
cis morbi nomen. tumor circa aures Satyro-  
rum. Φηρεῖα. Satyriaseos & priapismi diffe-  
rentia. Avisenæ locus animadversus. can-  
da Satyrorum. Tityri. cornu Amalthea  
inter Bacchi πομπή: item cantharus, &  
personæ. Δύστος & ὠρεθῆξ. Baccharum ludi-  
era. περισφύριον. tibiae binæ.*

## C A P. III.

*De perfecta ab arte SATYRICA. Genus il-  
lius investigatur à partitione poëseos, quæ apud  
Platonem & Aristotelem. locus Aristotelis  
illustratus & emendatus. ὅτῃ μὲν, non se-  
quente ὅτῃ δὲ. differentia inter μιμεῖσθαι δρῶν-  
τας & μιμεῖσθαι δρῶντα. Δραματική &  
δράματα, unde sint dicta. locus insignis  
Aristotelis illustratur & ter quater emen-  
datur. πρώτῃ pro tragœdiam componere.  
Fabula unde dicta. Diomedis locus animad-  
versus. Dramatica poëseos species variè  
recensita veteribus. nova earundem divisio.*

\*\*\*\*\*

3

*Finis*

# I N D E X

*Finis dramatica.* οἱ διδάσκοντες. οἱ τοῦ γέλωτος ποιηταί. μίμοι γελοίων: *mimorum species*, παίγνια, & ὑποθέσεις. *Satyrice media inter tragœdiam & comœdiam.* τραγωδία *pro Satyrice: Horatii locus illustratur.* *Affinitas Satyrice cum tragœdia: item differentia.* *Affinitas Satyrice cum comœdia.* *L. Sulla* σατυρικά κωμωδία. σατυρίζειν, & κωμωδεῖν. σατυρικός φίλος, κωμικός, τραγικός. *Propria Satyrice: chorus è Satyris: item persona ridicula.* *Burris brevis fabula & simplicitas: dicacitas hilaris potius quàm palam obscena: character versuum Satyricorum: Satyrice tragicis dramatis interjecta aut subiecta.* *Mos tragicorum poetarum, quaternis fabulis certandi.* τετραλογία τραγικῶν & τριλογίαι. *Colligitur definitio Satyrice. varia tragœdia παρεμβάσεις.*

## CAP. IV.

*De nonnullis quæ SATYRICÆ extrinsecus accidunt. artes subsidariæ poëseos dramaticæ: partes dramaticæ ὅψεως κόσμος, & μελοποιία.* *De personis Satyricis & earum ornamentis. locus Pollucis illustratus.* πάππος, παππίδιον, παπποσείληνος. ἰζάνη, ἰσάκη, ἰθαλή. *locus Hippocratis jam olim ditlographούμενος. φόβαι ὀρεθότριχες, in capitibus Saty-*  
ty-

# C A P I T U M.

*tyrorum.* παρδαλὴ ὑφασμένη. Θύραιον Διονυσιακόν. χλαῖνις ἀνδρῶν *Satyrorum.* χορταῖοι χιτῶνες *Silenorum.* *Apparatus scene Satyricæ.* *De saltatione Satyrica.* σόβοι. σόβαι *in manibus Satyrorum.* σοβάς. κονίσσαλος. σκινυῖς. σικυννιστάι. *Athenæ & Plutarchi loci emendati.* *Pyladis & Bathylli saltatio.* ὑπόρχημα διατίθεσθαι. Κῶμος, & de eo obiter nonnulla.

## C A P. V.

*De poëtis SATYRICARUM fabularum.* Σατυρογεῖται. *Quando cœperint Satyrice componi, primus auctor Thespis, aut Pratinas. eorum dramata.* Cratinus malè pro Pratinæ. *Aeschylus & Chœrillus antagonista Pratinæ. agonum scenicorum institutio.* Mos certandi πᾶσιβυς dramatis. τετλογίαι & τετραλογίαι tragicorum. *Liberalia trina Athenis.* Panathenæa ibidem, & Chytri. *Mos poëtarum in tetralogiis componendis.* Orestia Aeschyli, & Philoclis Pandionis. *Catalogus poëtarum hujus generis, & Satyricarum, quæ apud veteres nominatæ reperiuntur, post Thespidem & Pratinam.* Aeschylus quot Satyricas scripserit: quæ illa: loca animadversa in vita Aeschyli & veteri catalogo fabularum ipsius. Cercyon. Obi-

\*\*\*\*\*



# I N D E X

ter *quaesitum de olympiade, quâ natus & de-*  
*natus Aeschylus. ejus Σατυρικόν. Ionis μέ-*  
*γα δράμα. Phrynicius tragicus. Sopholis Sa-*  
*tyrica fabula: item Achæi: Euripidis: Xe-*  
*noclis: Philoclis: Astydamantis: Iophon-*  
*tis: Platonis. item Lycophronis, Bionis,*  
*Demetrii. Comici, qui Σατύρους scripserunt.*  
*enigma de loro, quò appensa ampulla. O pro*  
*ΟΥ. οὐ γὰρ; ἐκπίπτειν. non stare. πῶλος &*  
*παρθένος pecunia nomina. poëta οἱ Ταρσικοὶ*  
*λεγόμενοι. Tarsensium extemporalitas. Lo-*  
*ca multa apud Athenæum, Aelianum,*  
*Diogenem Laërtium, Pollucem, Hesychium*  
*& Græcos scholiastas corriguntur atque ex-*  
*plicantur.*

## CAP. VI.

*Corollarium hujus libri, siue in Cyclopem fa-*  
*bulam Satyricam notæ. Euripidis esse osten-*  
*ditur. κώπης ἀνάξ. ἀναπίπτειν. Athenæi lo-*  
*cus animadversus. Satyricam esse probatur,*  
*ex choro, scena, ornatu, tempore, quò docta*  
*fuit. veris principium in Anthesterione. alia*  
*argumenta ex natura ipsius fabula. exitus*  
*illius, tristis an latus sit censendus. observa-*  
*tio super inscriptionibus dramatum. hanc fa-*  
*bulam esse ἡθικὴν. joci in ea multi illustran-*  
*tur. βλέφ' ὧδε. ἀνὴρ κρόταλον. διακροτεῖν.*  
ἐκπα-

# C A P I T U M.

ἐκπατάσσειν. διακαιάσσειν. *Metra satyrica.*  
*loca aliquot hujus fabula emendantur.* συν-  
 ασπίζειν εἰς δόμους. ἀποθλίβειν. ἀποδρύπτειν.  
 αὐτὸς ἔχε. ἀποχναύειν. βρύκειν. Δαναΐδες  
 νύμφαι. λελημμένος πτέρυγος. ῥυσμός. δεδορκό-  
 τως.

## LIBRO SECUNDO.

### CAPUT PRIMUM.

*SATIRÆ Romanae forma pro temporibus di-*  
*versa: parum hætenus cognita. præcipua*  
*capita hõc librò tractanda. Antiquissima*  
*poësis Latina, Saturnii versus, Fescennini,*  
*& Satira. quæ illa. initia rei scenica apud*  
*Romanos. item incrementa per Livium An-*  
*dronicum. Satira spreta postquam fabula*  
*doceri cœpta. eadem redit in scenam: sed*  
*aliter atque olim. exodiarius. Atellanarum*  
*exodia. εἰσόδιον. ἐξόδιον. Atellanum canticum.*

### CAP. II.

*De Satira Ennii & Pacuvii, ea cuiusmodi fue-*  
*rit. varietas metrorum in illis: item argu-*  
*mentorum. quadrati versus, non soli jam-*  
*bici. L. Pomponii Satira. Greci qui poëma-*  
*ta ex diversis metris composuerunt. Home-*  
*ri*

# I N D E X

*ri Margites: Chereemonis Comantus. Satira Enniana Græcis incognita. Loetus Horatii in eam rem correctus. De Varronianâ Satira quomodo prior Lucilianâ: qualis illa, & quàm multiplex in ea varietas. locus Ciceronis animadversus. Menippus & Meleager duo scriptores σπουδογελοῖοι. Strabo ex conjectura correctus: Varro Menippum imitatus. ejus Satira Menippea dicta & cynica. ipse quoque Menippus cognominatus. Probi error super Satiris Menippi. character dicendi Menippus. παρωδία in legitima scriptione vitiosa: παρωδείν pro convitiari. differentia inter Menippi scripta & Varronis Satiras. Juliani Casares. Luciani stilus. Seneca Apocolocyntosis. Petronii Satiricum: item Martiani. Boëtii liber De consolatione, Satira similis.*

## CAP. III.

**DE SATIRA LUCILIANA:** quomodo Lucilius ejus inventor. quâ differat ab Enniana. varia metra apud Lucilium. materia hujus Satira: imitatio prisca comœdia in libertate maledicendi. Stilus populo accommodatus. pedestre eloquium. Sermo & sermocinari de comicis, Græca mixta Latinis à Lucilio. Error Isidori, quâ Satiram facit speciem comœdia, quomodo tota Roma-

# C A P I T U M.

*mana. Error eorum qui Satiram cum Saty-  
rica confundunt. quid differant. Simili-  
tudo Satira cum Sillis. Timonis Silli: &  
Xenophanis. locus Apulei correctus. Recen-  
sus poetarum qui post Lucilium Satiras scri-  
pserunt: & de titulis Satirarum Horatiana-  
rum nonnulla. item aliquot locorum emen-  
dationes.*

## C A P. IV.

**DE SATYRICA** poësi Romanorum. *Atella-  
na cum Satyrica Græcorum comparata. non  
tamen propriè erant Satyrica. Sulla Σατυρι-  
κὰ κωμῳδία, quæ. verè Satyrica carmina  
apud Rom. obscura. Montanus poëta. De  
nomine SATIRA disputatio. opinio eorum  
qui à Satyrica Græca deduxerunt, & per  
y scribere instituerunt. σατυρίζειν, σατυροῦν,  
σατύρωμα. Satyroma. confutatur posita sen-  
tentia variis argumentis. religio Romanorum  
in derivatione vocum Græcarum. antiqui-  
tas vocis hujus apud Rom. Ostenditur error  
ex sola dictionum similitudine ortus. cautio  
necessaria in rimandis vocabulorum origini-  
bus. varia scriptio hujus dictionis. u & i  
promiscuè poni in multis. Saturæ & Satira  
idem. quid propriè Saturæ. varie illius vocis  
translationes: lex Saturæ. per saturam ex-  
qui-*

# INDEX CAPITUM.

*quilita sententia. ejusdem vocis usus in librorum inscriptionibus. Historia per satiram. Ηίναξ. quomodo variis poëseos generibus ante expositis, idem nomen conveniat, singillatim declaratur. farrago. Satiricum. Satyricon.*

## CAP. V.

**COROLLARIUM** *hujus libri : quò discutiuntur dua ab Horatio propositæ quæstiones : AN SATIRA SIT POEMA. &, AN SIT JUSTUM POEMA. Platonis item & Aristotelis placita supernatura poëseos expenduntur.*

---

## ADDENDUM.

In p. 204. & 206. habet Casaubonus, Juliani Saturnalia sive Symposium in veteribus codicibus ita, malè verò *Cæsares* inscribi. *Nec tamen*, inquit, lib. LX. Adversarior. c. II. col. 2840. C. Barthius, Cæsarum *Titulum* ego spreverim, ut quem agnoscant clarè Socrates in Ecclesiastica Historia, Suidas & Zonaras.

ISAA-

ISAACI CASAUBONI  
DE  
SATYRICA  
GRÆCORUM POESI,  
ET  
ROMANORUM SATIRA  
LIBER PRIMUS.

CAP. I.

DE SATYRICÆ poëseos, origine, & appellatio-  
nibus. ἀρχέτυπον σημεῖον γενέσεως omnium in-  
ventorum. Poëtices principia ὑπάρχοντα τρία: ἡ  
Φύσις, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, ἡ τέχνη. de his  
accommodatè ad propositum argumentum ordine di-  
ctum. Festorum dierum origo & causa: quoma-  
do & per quos gradus inde nata SATYRICA cum  
Tragœdia & Comœdia. τραγωδία sive τραγωδία  
commune nomen. Athenæi locus emendatur. Σα-  
τύρων προεισαγωγή. Σάτυροι & Σάτυρος pro fa-  
bula Satyrice: item Σατυρικόν. locus Xenophon-  
tis illustratus. Satyri & Satyrice apud Latinos.  
Error eorum qui Satyricam Græcorum vocant Sa-  
zyram. Donati locus. Satyra Græcorum, αἰσχρο-  
λοί, non ἡ σατυρική.



SATYRICA Græcorum poësis cum  
Tragœdia & Comœdia atque univer-  
sa dramatica Scenicorum sive Musi-  
corum ludorum propria olim fuit.  
hi dierum festorum maximè causa  
sunt

sunt inventi: res enim tota *ἐορτασική*. Celebratio festorum duas præcipuè causas habuit: honorem divini numinis, & hominum à consuetis laboribus suis cessationem: cui postea adjunctus est lusus & jocus: quia, ut ait Aristoteles, *ἀναπαύσαι ἔοικεν ἡ παιδία*. Utraque causa à natura est, ut & omnium nobilium inventorum. natura enim, quod ait verè & doctè Longinus, *πρώτον τι καὶ ἀρχέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκε*: neque ulla res memorabilis à mortalibus est unquam inventa, cujus ingenta animis principia, & ab initio impressa non extarent: quæ Longinus appellat *ἀρχέτυπα στοιχεία γενέσεως*, sive elementa generationis, unde hominum inventa manant. Horum veniat in mentem necesse est, quoties alicujus scientiæ aut artis originem quaerimus. idè sapientissimus philosophorum Aristoteles, cum poëticae universæ ortum scrutaretur, hæc viâ & methodo usus, tria hæc illius *ὑπάλληλα* principia proposuit, *τὴν φύσιν, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, τὴν τέχνην*: naturam, initia rudia sine arte, artem ipsam. hanc viam & nos insitemus, dicemusque ordine de his tribus dramaticæ poëseos, quæ Sætyricam complectitur, principijs. non enim veterum aut recentiorum Grammaticorum placeat exemplum: qui de proposita quaestione hoc solum fermè nos docent: Sætyricam poësim à Sætyris esse denominatam: & auctorem illius primum fuisse Pratinam; aut nescio quem alium: de quo postea videbimus: sed prius quem instituitis sermonem persequamur: ac quoniam jucundissima est in tractatione rerum antiquarum

ἡ με-

ἡ μεταστροφή τοῦ ἀληθοῦς, καὶ παύσις αἰσῶν ἀπὸ τοῦ  
 πρὸς τὸν θεὸν ἀποστρέφεται. Celebrationem igitur Fe-  
 storum \* esse hominū naturalem, quod antea di-  
 cebamus, etiam a veteribus sapientibus admo-  
 nemur. Strabo, lib. x. † Κοινὸν τοῦτο καὶ τῶν  
 Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων ἐστίν, τὸ τὰς ἑορτοποιίας  
 μετὰ ἀνάγκης ἐορταστικῆς ποιεῖσθαι, τὰς μὲν μετὰ  
 ἐκθουσιασμοῦ, τὰς δὲ χωρὶς· καὶ τὰς μὲν μετὰ  
 μουσικῆς, τὰς δὲ μὴ· καὶ τὰς μὲν μυστικὰς, τὰς  
 δὲ ἐν φανερῷ. καὶ τοῦθ' ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει.  
 Festorum dierum causas facit, ἑορτοποιῶν, sacro-  
 rum curam, ad honorem deorum: & αἰεσιν,  
 hoc est, laborum intermissione: atque hoc in-

\* Festorum.] De Festis leguntur integri Tractatus Ho-  
 spiniani, Dresseri, Castellani, Meursii & Bakhami Mei-  
 sacri.

† Laudat & hunc Strabonis locum: p. 467. Job. Mar-  
 shamus, Anglus, Eques auratus in Canon. Chronic.  
 Secul. ix. p. m. 193. edit. Lipsiens. m. dc. lxxvi. in  
 4to. quā prae ceteris non ab re utor; addens, ab omni  
 populo ab omni tempore factum est. Longe vetustissimus mos  
 fuit dies sacros celebrare, & fastos à profastis distinguere;  
 ejusque origo à primis fuit agricolis, qui (conditis in hor-  
 reum frugibus) collectionem primitiae Deis offerre solebant;  
 Et quum daretur feriandi occasio (post exactos ventantis an-  
 ni labores) conventus celebrabant; ut relaxarent animum &  
 hilaritati indulgerent. Hinc Aristoteles, ad Nicomach. viii.  
 c. xi. (leg. ix.) Αἱ ἀρχαῖαι θυγαῖ καὶ συνέδοι φιλοπονοῦν-  
 τήσιν μετὰ τὰς τῶν κατὰ τὴν συγκομιδὰς, αἰὲρ Ἀπαρχαί-  
 μολαίαν γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καίροις, i. e. Pri-  
 sca sacrificia & conventus post fructuum collectionem  
 fieri videntur, ut Primitiae. His enim temporibus ma-  
 xime cessabant à labore. Hæc Marsh. Vide infra p. 9.



inventum, non tam ab ingenio hominum esse profectum ostendit, quàm ab ipsa natura suggestum: neque Græcorum proprium esse, sed Græcis commune cum aliis omnibus orbis terrarum gentibus: id enim est, τῶν βαρβάρων. rectè quidem istud prudentissimus Strabo: sed virum πολυμαθέστατον fugit, quod erat præcipuum & momenti maximi. hic enim tantus omnium, ut ait, gentium consensus, non solùm ab instinctu quodam communis naturæ est profectus: verùm etiam à Dei ipsius, qui naturæ auctor, institutione ac jussione. dierum enim distinctio in ἐργασίμους καὶ ἑορτασίμους, festos & profestos, non hominum est inventum, sed illius qui & hominem & omne hoc solus esse jussit, & jubendo fecit. quod cùm nobis ex literis sacris liquiddò constet: operæpretium est animadvertere, quomodo partim retinuerunt, partim stultissimis inventionibus divinum institutum nationes universæ præter Hebræorum τὸν περιούσιον λαόν, depravârunt. Quod igitur finem rectè designârint honorem numinis & quotidianarum curarum intermissionem cum hilaritate quadam ac voluptate: memoriam in eo primævi instituti agnoscimus. Itaque etiam Hebræorum magistri, dierum ἑορτασίμων, & omnium solennitatum quas ille populus observavit, causas simillimè afferunt, non solùm istas: מִשְׁבַּת אָנָּפִינִי καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκεχειρίαν, ut ait \* Josephus lib. I. c. II. de sabbati institutione loquens: & תַּעֲנִית

\* Idem, lib. III. Antiqv. c. x. fol. m. 93. F. edit. Coloni. M. DC. XCI. in fol. Ἔστι, inquit, δὲ οὐδὲμία τῶν ἑορ-

DE SATYR. POESI Lib. I. c. I.

**תענית** five תענות ac **מספר** peccatorum expiationem per jejunia, luctum, & similes κακουχίας ritus, quos etiam gentium superstitio agnovit & variè est imitata: verum etiam **תענוג**, id est εὐφρασίαν & hilaritatem ac jocundioris vitæ usum: unde etiam lætos illos dies vocârunt. **יומים טובים** ἀγαθὰς ἡμέρας: de quorum læticia multa sunt præcepta in Talmud parte secunda, tam in capite **מער כטן** quàm in aliis: & in Jad Rambam, in eo tractatu qui inscribitur **יום טוב הלכות שביתה** itemque in libro R. Moſis Mikkoſi quò Præcepta vetantia jubentiaque, five ut ipsi dicunt, negativa atque affirmativa, & fusiùs persequitur, & diversò ordine quàm ipse Rambam, aut alii. Instituti hujus auctorem pronunciat Plato in secundo De legibus, non solum naturam, ut Strabo, sed verò etiam Deum. unde & istud in Græcorum moribus remansit, quòd omnium suorum ludorum, solennitatum, oblectationum, atque adeò πάσης εὐωχίας, ut ait Athenæus, τὴν αἰτίαν εἰς τὸν θεὸν ἀνέφερον. Sed qui veri Dei notitiam, amiserant, & modum primitùs institutum festos dies

ἐορτῶν, καὶ ἢ εὐχὴ ὀλοκαυτοῦσιν, οὐδὲ τῶν πόρων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις αἰεὶ οὐ διδῶσιν. i. e. nullum agitur festum sine holocausto, & laborum vacatione. Scilicet, subjiciente Marſhamò, locò paullò antè cit. p. 192. dua sunt Festorum causæ; Dei honor, & Laborum intermissio. Quotidianorum laborum intermissionem secuta est Hilaritas, & jucundioris vitæ usus. Quod apud gentes notissimum, etiam ab Ebrais observatum est. Præcepta enim multa sunt apud Magistros de lætitia dierum illorum, quos Bonos dies vocant.

ies agirandi erant obliti, tantum in utroque delirarunt, quantum à prima antiquitate recesserunt. Deos igitur cum alios fuit commenti, tum in primis Liberum patrem: quem cum non solum ut vini largitorem venerarentur, sed ipsam etiam intermissione[m] laborum, καὶ τῆς συντομῆς ἀνάπαυσιν, ut ait Aristoteles, ferrent illi acceptam, ut primo festivitatis omnis auctori, Lyxum, Methymnaumque propterea eum dixerunt. Athenaeus, libro ix. τὰς εὐαυχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἣ ἐστὶ τρυφή, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ ταύτας εὐ ἔχειν. εἰς αἷς δὲ συνμόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀνεσιν αὐτοὺς μεδιέυτες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο θεωρησάμενον θεὸν μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον, καὶ Εὐῖον, καὶ Ἰήμιον προσηγορευον. Plato verò paulò aliter: qui huius rei institutionem: ad potiores deos refert: Bacchum verò cum Apolline & Musis, quasi ministros munere deorum concessos hominibus, festorum dierum exhilarandorum causâ. sic enim ait: οἱ θεοὶ αἰκτεῖραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο, τὰς τῶν ἐρῶντων ἀμματα τοῖς θεοῖς καὶ Μούσας, Ἀπόλλωνα τε Μουσηγέτην καὶ Διόνυσον ξυνεορταστάς ἔδσαν. Sed enim omnis vetustas principatum huius honoris Baccho semper detulit: huic scenicos ludos consecrarunt: huic dramaticam poësim, & universam θεατρικὴν μουσικὴν dicarunt, quam antiquissimi homines eam ob causam τρυγωδίαν appellarunt, sicut postea cum nomen commune in plures ideas est divisum, Saryrica & Silli à Bac-

Bacchi comitibus Silenis & Satyris appellatio-  
nem inueniunt. scenici quoque histiones uni-  
versâ propereâ Græcis *Διονυσιοὶ τεχνῖται* arti-  
fices Bacchi semper sunt dicti. Satyricæ igitur  
poëtas non secus ac tragœdiæ & comœdiæ ori-  
go prima ab illis repetenda conventibus, quos  
veneratissimi mortales collectis fragibus cogere so-  
liti, ut gratias deis acturi sacrificiis operarentur,  
& laborum quos sustinuerant memoriam positu-  
ri, animum relaxarent ac iucunditati se darent.  
ibi tùm homines curis soluti, & genio indub-  
gentes ac vinô pleni, cœdendi visus gratiâ, dicta  
dicere, aliisque in alium scommata jacere, &  
sua sibi vitia aut inhonesta facta obiectare. om-  
nia enim etiam acerbiora dicta licentia epula-  
rium & temulentia excusabant. τὰ γὰρ τ' ἐνα-  
θήματα εἰσὶν αὐτῶν, ut ait poeta. quò respexit Pro-  
metheus apud Lucianum, cùm Jovem alloquens  
& frandem excusans, quâ illi inter epulas illu-  
serat, in jocorum subfannandique licentia om-  
nium conviviorum venustatem & præcipuum suu-  
m contendit esse possum. ἢν ἀφέλη τις, in-  
quit, τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπά-  
την καὶ σκώμματα, καὶ τὸ διασιδαινεῖν καὶ ἐπι-  
μελᾶν, τὸ καταλείπομενόν ἐστι μέθη καὶ κόρος  
καὶ σιόπη, σκυθροπὰ καὶ ἀταρπῇ πράγματα,  
καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα. ita paullatim ab  
istis principiis mox auxit in festorum dierum so-  
lennibus: successu ipsò & voluptate, quam ex  
hoc omnes percipiebant, studia elegantiorum a-  
lente atque aciente: cùm interea artem adhibe-  
rent per diu nullam: sed solò naturæ impulsu,  
& singuli singulos, & plures confertim multos,  
tam inter epulas quàm post epulas, suæ atque a-

liorum oblectationis causâ liberioribus istiusmodi dictis lacefferent: simul etiam ad numeros inconditos pedes moverent, veriùs quàm saltarent. unde tandem nati sunt chori, saltationesque ad numerum; atque adeo poësis ipsa: naturâ paulatim eò ducente, ut & verba; quæ dicebant, & pedes, quos movebant, numeris astringerent. per numeros intelligo μέτρα, ῥυθμὸν καὶ ἀρμονίαν: de quorum origine \* & cum animis nostris cognatione non est hic locus plura dicendi. Rem esse vetustissimam inde parer, quòd ex omnibus conventibus qui honoris deorum causâ cogi soliti, vetustissimi illi sunt, quos conditis in horreum frugibus rustici celebrabant: nam & collectarum frugum primitias † diis offerre moris fuit semper: & eò potissimum tempore feriandi erat occasio, post exactos vertentis anni labores rusticos.

\* Habebis aliquid de hac in Isaaci Vossii erudito libro de Poëmatum cantu & viribus Rhythmi, Oxonii M. DC. LXXIII. in 8t. edito; quem fortè cum aliis eò pertinentibus propediem, si Deus dederit, de novo publicabimus.

† *Primitias*] Donatus, Not. in Virgil. XI. Æn. v. 16. col. m. 1556. C. edit. Basileens. M. DC. XIII. in fol. *Primitiæ propriæ*, inquit, *dicuntur, quæ obferuntur diis, de fructibus novis, aut sætibus gregum.* Fecerunt id Ægyptii, Græci & Romani. De Ægyptiis testatur Diodorus Siculus, lib. 1. Biblioth. Hist. p. 13. eorum ceremonias Isidis in festo referens, quòd κατὰ τὸν θρησκευτικὸν τοῦ πρώτου ἀμηνόεντος σταχυς κτλ. *Mæsis tempore oblatis spicarum primitiis; juxta manipulos Isidem invocare solent.* Græci τῇ Δημήτρει vel Cereri, quæ secundùm Herodotum lib. 11. c. LIX. cum Iside eadem, post comportatas fruges, θαλυσίας, i. e. τὰς τῶν καρπῶν ἀπαρχάς, sive primitias, cæcâ tribuerunt gratitudine. Unde & festum cum primitiarum

cos. utramque causam philosophus tangit lib. viii.  
 Nicomacheorum: αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι, inquit καὶ  
 σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν  
 συγκομιδὰς, ὅσον ἀπαρχαί. μάλιστα γὰρ ἐν τού-  
 τοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. atque hæc ratio est,  
 cur ab hominibus rusticis & tragoediam & co-  
 mœdiam esse inventas constanter affirmant vete-  
 res: quod & comoediæ \* appellatio ipsa arguit,  
 ut est apud philosophum. Satyricam quoque I-  
 facius Tzetzes scribit esse γεωργῶν καὶ εὐτελῶν  
 ἀνθρώπων inventum. hoc nempe significare vo-  
 luerunt: priusquam homines urbes incoherent  
 cum pagatim adhuc habitarent, & ut Atheni-  
 enses loquebantur, κατὰ δῆμους, aliqua drama-  
 ticæ poëseos initia jam tum fuisse nota. Aristoteli  
 hæc sententia est, cum de universæ poë-  
 seos orru primo disputat: quia imitandi studium  
 & harmoniæ amorem à natura homines accepe-  
 rint, pene cum ipso humano genere poëseos quæ-  
 dam rudimenta cepisse: κατὰ φύσιν, inquit, c. iv.

ὄντος

tiarum oblatione conjunctum, θαλύσια nomen accepisse  
 in quarto Græciæ feriatæ, p. 142. perhibet Meursius.  
 Cui adfuit festum erat Ὠρεία dictum. Nam Ὠρεία  
 θύειν, inquit Hesychius, τελετή τις, ἐν ᾗ τῶν Ὠρείων ἀπάν-  
 των ἐγένετο ἀπαρχαί. De Romanis non finit nos dubi-  
 tare Titus Calphurnius Siculus, cujus hæc sunt Ecl. iv.

--- Ut primas Cereri dare cultor aristas

Possset & intacto Bromium (Bacchum) persundere vino.

\* Comœdia.] Nimirum dicta nonnullis à κῶμη & ᾠδή,  
 quod in vicis istiusmodi Poëmata decantarentur: licet &  
 non desint, qui à κωμάζειν & ᾄδειν, hoc est, per vicos  
 vagando, comissando & canendo derivent. Vide Scali-  
 gerum in 1. Poëtices, c. v. p. 24. f. Adde & Interpre-  
 tes Comicorum in Prolegomen.

A 5

\* Vide

ὄντες ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ τῆς ἀριστερίας καὶ τοῦ ῥυθμοῦ (τὰ γὰρ μέτρα, ὅτι μόρια τῶν ῥυθμῶν ἐστί, φανερόν) ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μικρὸν προάγοντες ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, *appellat philosophus αὐτοσχεδιάσματα*, \* *numeros innumeros eò tempore fundi solitos & sine arte, qui ante inventam poësin pro poësi fuerunt cascis illis hominibus: quales ferè apud vetustissimos Latinos versus Saturnios legimus fuisse.* Maximus Tyrius αὐτοσχεδία ᾠσματα *similiter nominat in sententia planè gemina: nam ut Aristoteles ait de poësi in universum disputans, ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων eam esse prognatam: sic scribit Maximus, scenicæ & theatriali poësi incondita veterum cantica originem dedisse.* Ἀθηναίοις, inquit sermone *xxi.* ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα χοροὶ παίδων οὔσα καὶ ἀνδρῶν, γῆς ἐργάζεται κατὰ δήμους συνιστόμενοι ἄρτι ἀμνητοῦ καὶ ἀρότου κεκονιμένοι, ᾠσματα ᾄδοντες αὐτοσχεδία. μετέπεσε δὲ ἡ ψυχὴ ἐπὶ τέχνην ἀκορέστον χάριτος ἐν σκηνῇ καὶ θεατροῖς. *hæc ita Horatius in epistola I. ad Augustum, libr. II. v. 139. f. penè ad verbum:*

*Agricolæ prisca, fortes, parvòque beati  
Condita post frumenta, levantes tempore festo  
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem*

*Cum sociis operum, & pueris, & conjuge fida,  
Tellurem porcò, Silvanum lacte piabant;  
Floribus & vinò Genium memorem brevis ævi.*

*Et*

\* Vide Crescoll. lib. III. Theatri Rhetor. c. xx.

† Di-

*Falsissima per hunc inventa licentia moram  
Versibus alternis opprobria rustica ludit.*

Duo genera vetustissimæ poëseos & adhuc nascentis commemorat hic Horatius: alterius quæ utebantur in deorum laudibus: alterius quæ usurpabant cum per ludum & jocum convicia sibi dicebant. hoc ipsum est quod philosophus nos docet: ἐπὶ ἢ heroica metra & ἱάμβους fuisse primum in usu: illa usurpasse viros graviores cum deorum laudes canerent, & honestas heroum actiones imitarentur, aut casus illorum narrarent: jambis usos sequioris ingenii homines, quibus volupe erat perperam facta ab aliis imitando, probra illis dicere. καὶ ἐν ἑνὶ ποίῳ, inquit, τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωικῶν, οἱ δὲ ἱάμβων ποιηταί. idcirco gravissimi scriptores cum de antiquissima poësi loquuntur, duo illius genera commemorant: alterius ἐναγώνιαι καὶ κατὰ σπουδασμένης, quæ tota seria, tota severa: alterius κερκόμου καὶ τωδαστικῆς, quæ tota jocularis & ridicula. ad prius genus pertinere dithyrambi † Liberi patris, genus carminis vetustissimum

† *Dithyrambi.*] *Dithyrambus* dicebatur hymni genus, quod Baccho cani solebat. Nam quod à quodam Thebano, qui item *Dithyrambus* dictus fuerit, idque invenit, dictum volunt nonnulli, adprobari satis non potest. Nam si se res ita haberet, Pindarus certè ceteras inter laudes patriæ suæ hoc inventum non tacuisset, quæ vel magnificè extulisset. Nunc verò tantum abest, ut unquam inmeminerit, ut laudem & inventionem *Dithyramborum* potius Corinthiis disertè adscribat, quod & Proclo notatum in Chrestomathia, p. m. 8. edit. Hanovienf. M. DC. XV. in 4to. Arioni Poëtæ pariter ac Citharædo tribuit illos



stissimum : hymni deorum aliorum , & heroum  
en-

los Aristoteles , ut ibidem auctor est Proclus. Est verò hic Arion , insulâ Lesbios , urbe Methymnus , seu historiâ , seu fabulâ de delphino vectore nobilis. Quem primum dithyrambos Corinthi docuisse , multò ante Aristotelem prodiderat Herodotus in Clio. At alii hanc gloriam adsignant Philoxeno Cytherio ; ut auctor est Pindari Scholiastes. Carmine hic lyricò genealogiam Æacidarum scripsit ; teste Suidâ. Sed præterea quatuor & viginti dithyrambos reliquisse , idem Suidas observat. Addit inter alia , quæ apud eum legi malim , Euletidæ fuisse filium , patriâ autem Cytherium : à Callistrato tamen credi Heracleæ Ponticæ natum. De patria Suidæ assentit Isacius Tzetzes : διάσημος ποιητής , Φιλόξενος ὁ Κυθήριος , ὃς διθύραμβον , ἥτοι κυκλικὸν χορὸν , ἐν Κορίνθῳ πρῶτον ἔστησεν. Insignis poeta , Philoxenus Cytherius , qui dithyrambum , ac chorum cyclicum , primus instituit Corinthi. Andr. Schottus , notis in Procli Chrestomathiam , superiora Tzetze verba ita interpretatur , quasi & quidam fuerit dithyrambicus poeta Diasemus. Sed Philoxenus est is , qui διάσημος , sive illustris poeta , nuncupatur. Meminit hujus Philoxeni quoque Aristoteles in Poëtica , Dionysius Halicarnass. περὶ συνθέσεως ὁνομάτων , & Zenobius Proverbiò ; Οἶω με ὁ δαίμων τέρατι συνκατιῆξεν. i. e. Quali me monstro Deus , hic incluserit. Sed quid sibi ibidem volunt hæc Tzetze verba : Δεύτεροι δὲ Λάσσης , Λαβρίνης , Ἑρμιονεύς. Siquid video , ait Vossius in 111. Instit. Poëtic. c. xvi. p. m. 37. librarii , vel Tzetze , manifestus est error. Nam unus idemque est poeta , Λάσσης Χαβρίνου Ἑρμιονεύς. i. e. Lassus Chabrimi vel Chabrie filius ex Hermione , Achajæ urbe. De quo vide Suidam. Sanè id cum non videret doctissimus Schottus , loc. cit. semel iterumque ex uno tres nobis fabricat poëtas , Lassum , Labrinum , & Hermioneum. De eodem sic Clemens lib. 1. Σπώματ. Διθύραμβόν ἐπιείηται Λάσσης Ἑρμιονεύς. i. e. Dithyrambum excogitavit Lassus Hermioneus.

encomia : ad posterius † jambi illi vetustissimi re-

neus. Hujus Lasi, sive Lassi, meminit quoque Ælianus, lib. vii. Histor. Animal. c. xlvi. Telestæ dithyrambos ab Harpale dono missos esse Alexandro Regi, unâ cum Tragicis Æschylo, Sophocle & Euripide, narrat in ejus vita Plutarchus. De quibus etiam tragædiæ principibus, ut hoc obiter admoneam & Schotto, Ptolemæo Ægypti Regi Alexandriam magni muneris locò missis, legant Poeticæ Studiosi Galentum, Commentat. in libr. iiii. Ἐπιδήμ. Hippocratis, ut quòd in pretio haberi debeant, hîc discant. Fit quoque Telestæ mentio apud Athenæum, à quo Dithyramborum Scriptores hi ferè nominantur. Alcymnius Chius, Amphibis Comicus, Anaxandrides, Choniens Rheginensis, Lamprocles, Melanippides Milesius, Philoxenus Cytherius, & Telestes. Sanè Melanippides Milesius Dithyramborum reliquisse libros, quos & Xenophon sit admiratus, ab aliis quòdque dicitur; & Pericles Lesbios primus concinuisse. Pindarus quoque in his excelluit, ut auctor est Scholiastes & Flaccus, sed interciderunt omnia. Diagoram etiam Melium primum Dithyrambicum fuisse Sextus Empiricus libr. πρὸς μαθηματικούς refert. Sicut enim elegans ille scriptor libr. viii. Διαγοράς δὲ ὁ Μήλιος διθυραμβοποιὸς, ὡς φασί, τὸ πρῶτον γεγόμενος, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δευσιδάμων, ὅς γε καὶ τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ κατήρξατο τὸν σφόδρον τοῦτον. Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται. Ἀδίκαια δὲ ὑπὸ τινος ἐπισηκῆσαντος, καὶ μηδὲν ἔτι καὶ τοῦτου παθόντος, μεθερμώθητο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. Quæ ed libentius Græcè, hoc est, suâ, quàm alienâ, linguâ loquentem, induxi, ut videant, quantò eruditionis fructu careant, qui Græcarum litterarum inscientiâ non contenti, ab hac etiam & abhorreant vehementer, & alios improbè deterreant, subjicit doctiss. Schottus, Not. in Chrestomath. Procli, p. 35. A Latinis hoc Carminis genus minùs fuit celebratum, etsi contrarium dicere videtur Cicero, in libri de Optimo genere Oratorum principio. Poëma-

tis

referri debent, de quibus modò dicebamus ex  
Ari-

stis Tragici, Comici, Epici. Melici etiam, ac Dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis suum quodvis est diversum à reliquis genus. Sic enim est in Codicib. vulgaris: ac retinent eam lectionem Adrian. Turnebus, lib. 1. Adversar. c. 1v. p. m. 3. Gulielmus & Gruterus. Sed non dubium, quin verius sit, quod Vossius, 11. Institut. Poëticar. c. 1. §. 7. p. 4. & lib. xii. c. xvi. §. 8. p. 89. dixit, placuisse Romulo Amasio & Dionysio Lambino: quod minus (ita enim in Vossii posteriore loco promissum est: est legendum, quod vel memoria ipsius auctoris vitio, vel typographi irrepsit) est tractatum à Latinis. Vel legendum, quod minore vi: ut sæpius laudatus conjectat Schottus cit. locò. Non audiendus igitur Jo. Antonius Viperanus, qui lib. 111. de re Poëtica, c. xxi. vulgari lectione deceptus, mirari se, ait, negari à nonnullis, dithyambos fuisse in usu Latinis, cum Cicero dicat magis id carmen tractatum esse à Latinis. Nec solum Ciceronis avò, atque antea, sed post etiam neglectui fuit. Hodie quidem nihil putant ejusdem extare. Meminit eorumdem rursus Cicero, in 111. de Oratore ad Quinctum Fratrem, c. XLVIII. Etenim sicut ille suspicatur, & ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapestus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior, & divitior fluxit dithyrambus: cujus membra, & pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusi. Ceterum erat hoc Carminis genus ita compositum, ut inventionem, dictionem & numeris, à castigata ratione abiret longius, & miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, ut non tam à sanis & sobriis, quam concitatis furore Bacchicò videretur scriptum Lyricis, naturamque illius dei, cujus honori dedicatum erat, imitaretur. Quare & initium inter pocula cepisse dithyambos in rusticorum conviviiis & lussibus, memoratus in Chrestomathia testatur his verbis Proclus, p. 9. Εἰς οὗτοι οἱ μὲν δithyambos ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς αἵψε υἱ;

Aristotle, & ττ τὰ Φαλικά: est hoc antiquissimum

αἰγρὸν παιδίον, καὶ τῆς ἐν ταῖς πότεσι εὐφροσύνης, ἰδρωθῆναι. Videtur dithyrambus in rusticis lusibus inter pocula, & hilaritates, esse inventus. Itaque deinceps etiam in dithyrambo fuere, ut idem ibidem ait, μέθη, καὶ παιδία, temulentia, & lusus. Ac, ut apud Athenaeum legas lib. xiv. p. 628. edit. Commel. Φιλόχορος φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες, οὐκ αἰεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλ' ὅταν σπένδουσιν τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴῳ καὶ μέθη· τὸν δ' Ἀπόλλωνα μετ' ἰσχυρίας καὶ τάξεως μέλποντες. Philochorus ait, veteres, cum libarent, non semper esse usque dithyrambis; sed vinò madidos, & temulentos, & Libertum si patrem invocarent: sin Apollinem; placidè & ordine cecinisse. Subjicit deinde Archilochi illud: ὦς Διόνυσοιο ἀνακτος καλὸν ἐξάρεξαι μέλος οἶδ' ἀδιθύραμβόν, εἴω συγκρατύνειν φρένας. Bacchi regis canticum elegans dithyrambicum auspicari scio, vini fulmine percussâ mente. Item hoc Epicharmi in Philoxete:

Οὐκ ἴσσι διθύραμβος ὄνχ' ὕδωρ πίης.

Dithyrambus haut futurus est, si aquam bibas.

Hinc proverbium:

Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἰλαέσσοι.

Habere, quam dithyrambici, mentis minus

Furois dithyrambici meminit & Proclus in Chrestomathia, cum p. 9. ait: Ἐστὶ δὲ ὁ μὲν διθύραμβος κεκνημένος, καὶ πολὺ τὸ ἐκδοσιῶδης μετὰ χορείας ἐμφαίνων, εἰς πᾶσιν κλισιακισμῶδες, τὰ μάλιστα οἰκεία τοῦ θεοῦ. (ἀτὶ θεῷ) Est vero dithyrambus incitatus, & multum furoris cum saltatione ostendens, atque ad ciendos affectus comparatus; inprimis eos, qui huic deo conveniunt. Hinc & διθυραμβεῖν, pro furere. Multibus hoc argumentum pertractant Jul. Cæsar Scaliger; lib. i. Poëticae, c. xlv. p. 126. f. Eruditissimus Erasmus Schmidius in peculiari Diatriba de Dithyrambis, quam Pinclari subjunxit Commentario; B. Olaus Borrichius, Dissertat. i. de Poëtis, §. xxi. p. m. 26. f.

† Jam-

mum quoque genus infamæ licentiæ versuum  
jam-

† *Jambi*] Quamquam etiam in Dramatis adhibeantur Jambi: extra tamen Comœdiam Tragœdiamque usurpare non raro veteres; quod vel Archilochus Paris Poëta doctus, sed dentatus; florens, ut ex Eusebii colligimus Chronico, circa XXI. Olympiadem, suò docuerit exemplò, qui ut ingeniosius convitiaretur, jambum excogitavit, si verus Alexandrinus Clemens, eodemque sine dramate usus est. Ἀλλὰ γὰρ, inquit Proclus in p. 7. Chrestomath. καὶ τὸν Ἰάμβον τάττεισθαι μὲν ἐπὶ λοιδορίας τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ τὸ ἰαμβίζειν κατὰ τὰς γλῶτταν, λοιδορεῖν ἔλεγον· οἱ δὲ ἀπὸ τινος Ἰάμβης θειά-  
πανίδος θριάττης τὸ γένος· i. e. Jambum similiter ad convitiandum olim ait comparatum. Ἰαμβίζειν enim lingua quâdam proprietate contumeliam dicere significabat: alii ex Jambe ancilla, genere Thressa derivant. Alii παρὰ τὸ ἰάττω: quidam à θειάμβῳ, hoc est, Baccho triumphante, alii aliunde. Hephæstionis Grammatici Græcus interpres dissemè hæc omnia: sed quia liber Turnebianæ editionis perpaucoꝝ manibus teritur, vehementerque hæc illustrant, integra appendam: Ἰάμβος, ἐκ βοαχίας καὶ μακρῶς συγκείμενος. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἢ ἀπὸ Ἰάμβης τῆς Κελιδῆς θειάπανης, ὅτι ἡ Δημήτηρ περιέλυτο ὅσα ἐπὶ τῇ ἑρπαιῇ τῆς εἰαυτῆς θυγατρὸς, καὶ πλατυμένη παρεξινήθη ὑπὲρ ὀνόματι Κελιδῶ, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμητῇ Νῆρι, καὶ τοῦτου ἡ θειάπανα, ἡ καὶ Ἰάμβη καλουμένη, ὡς ἔφαμεν, παρεμυθίσασθαι τὴν Δημήτρεα ἐρχομένην, καὶ ἄσμεναι ἐν τοιαύτῳ ῥυθμῷ ὡς οὐνεγκοῦσα. ἢ ἀπὸ Ἰάμβης ἑνὸς κόρης αἰσχρῶς ὑβρισθείσης καὶ διὰ τοῦτο ἀγχοῇ χρησαμένης. ἢ ἀπὸ γράφου Ἰαμβῆς καλουμένης, ἢ πλουτοῦσιν συνιχνῶν ὁ Ἰππῶναξ, καὶ ἀψάμενος τῆς σκάφης, ἐφ' ἧς ἐπλυνεν ἡ γράφς τὰ οὖρα, ἤκουσε λεγούσης, Ἀνθρῶπ' ἀπέλθε τὴν σκάφην ἀναλείψεις. ἢ ὅτι τὸ λοιδορεῖν ἰαμβίζειν ἐλέγετο, ἀπὸ τοῦ ἰσάζειν τοῦτ' ἔστι λόγους μετὰ πικρίας λέγειν. ἔστι δὲ τὸ μέγιστον λοιδορικόν. Nos maledicere dicimus Latine. Vide Aristotelem.

ex

jambicorum, quos tum usurpabant, cum Phallogia dictam Bacchi impurissimam solennitatem agitabant. Ut hæc rudia αὐτοσχεδιάσματα progenita erant, teste philosopho, ἀπὸ φυσικῆς ἀρχῆς: sic ars, auctore eodem, ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς. nam qui soliti erant in sacris conventibus & ludorum solennitatibus deos aut heroes laudare, levi quâdam operâ, & non admodum operosa eorum imitatione, quæ fuerant ab illis gesta, rem in majus, ut fieri amat, augentes, fabulas & dramata cepere componere: quæ postea appellârunt tragœdias: qui autem jocularis versus funditare soliti, ut phallica, & id genus

ex quo Strabo desumpsit. Inde & nostrum jacere παρὰ τὸ ἰσὶν ἄχος, inde jacere maledicta apud Livium: jacere contumeliam, atque etiam injuriam apud Ciceronem; ex quo ad eandem notionem obijcio compositum putat Julius Scaliger, libr. I. Poëticæ. cap. XII.

†† Τα φαιδικά] Convenit dithyrambicum Carminis genus in hoc cum Phallico, quod utrumque fuerit in honorem Bacchi: utrumque etiam antiquissimum, cum ex illo Tragœdia, ex hoc Comœdia enata sit. Quamvis non negem adulatione Græcanicâ etiam in hominum quorundam honorem compositum. Quale illud, quod à Choro cantatum Athenis, cum obviam iretur Demetrio Poliorceta, post sublatam Cassandri tyrannidem, & libertatem ab eo urbi restitutam. Quod carmen è Duride Samio in VI. Athenæus refert. Sed prius ita latuit, ut non agnosceretur. Ut nunc agnoscat, debemus nostro I. Casaubono in Animadversionib. Est nomen Phallicis & Ichthyphallicis ex eo, quia cum Carmen hoc caneretur in honorem Bacchi, φαλλὸς ἰχθυόφαλλος, i. e. penis erectus, peticæ gestaretur impositus. Vide Celeberr. Ger. Joan. Vossium, in III. Institution. Poëticar. c. XVII. p. 92. f.

mus alia: adhibita arte & fabulis, integris compositis, comœdiam ediderunt. Aristotelis verba sunt c. iv. ἐγένετο οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ ἡ τραγωδία καὶ ἡ κωμωδία. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὴν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φιλικά, αἵ ἐτι καὶ νῦν ἐν ποικαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ἠυξήθη. Artis præcipuum opus fuit ἐν τῇ συστάσει τῶν πραγμάτων καὶ μύθων, ut ait philosophus, c. vi. id est, in contexendis argumentis, quæ justæ fabulæ magnitudinem implerent, non excederent. nam dum ars, adhuc ignotabatur, captum multa perstringi solita: fabulam verò componere neque moris erat, neque pro captu eorum seculorum: deinde condicere fabulæ, sed minutæ, & imperfectæ. hæc erant artis nascentis rudimenta quædam. itaque scribit philosophus, c. iv. τραγœδιæ τὸ μέγεθος, παρὰ τὸ εἶναι ἐκ μικρῶν μύθων: cum τραγœdiam desinit, ante omnia illud ponit, ut justam magnitudinem fabula habeat. vult enim esse μίμησιν πράξεως τελείας, μέγεθος ἐχούσης. c. viii. multas autem τραγœdia mutationes est passa, priusquam perfectionem adeptæ conquiesceret: πολλὰς, inquit philosophus, c. iv. μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγωδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχεν τὴν ἑαυτῆς φύσιν. Ac quamvis gravissimum sit τραγœdia & plenum majestatis genus poëseos, initia tamen illius non solum humilia, sed etiam cum lascivia ac petulantia conjuncta. principiò enim chori Satyrorum instituti, qui parvas illas quas dicebamus fabulas apparatus modicò cum saltibus, & conveniente Satyrorum lasciviæ petulantia orationis, agerent, hoc illa Aristotelis, c. iv. nos docent:

τὸ

τὸ μέγεθος τῆς τραγωδίας ἐκ μεγάλων μύθων καὶ  
 λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν,  
 ἀφ' ἧς ἀπεσεμνώθη. & statim addit: ad scribendas  
 tragœdias initiò tetrametra adhiberi solita, quòd  
 esset tota illa poësis σατυρικὴ καὶ ὀρχηστικὴ ἔρα.  
 & constat vetustissimos choros è Satyris compo-  
 ni solitos. idem alibi: τὰ πολλὰ αἱ χοροὶ ἐκ τῶν  
 Σατύρων συνίσταντο. ex his discimus Satyricæ poë-  
 seos tantam esse vetustatem, ut etiam prior fue-  
 rit. verà tragœdiā, & quasi mater illius. tragœ-  
 diam autem multò antè quàm comœdiam fuisse  
 exultam, ostendit multis Aristoteles. postea ve-  
 rò quàm novis inventionibus ἀπεσεμνώθη prior  
 poësis, suntque argumenta gravia & integra sin-  
 gulis fabulis deputata, constitutaque est ars hi-  
 strionum ὑποκριτικῆς, mutatò etiam genere ver-  
 sum: quæ hæcenus simplex fuerat, duplex re-  
 perta est: ejusque alteram ideam Satyricam di-  
 xerunt, alteram Tragœdiam. Habet igitur Sa-  
 tyrica Græcorum poësis, quòd ex dictis apparet,  
 communem cum tragœdia originem: cui & ad-  
 hæsit semper: nam iidem poëtæ qui tragœdias  
 edebant, etiam Satyros docebant: sunt eidem &  
 eum veteri comœdia multa communia: de qui-  
 bus omnibus, cum illius naturam declarabimus,  
 accurate sumus dicturi. constat sanè, primis tem-  
 poribus ignoratum fuisse discrimen inter tragœ-  
 diam & comœdiam: cum quidem communino-  
 mine omnes ejus generis δραματικαὶ μιμήσεις,  
 vocarentur τραγωδαὶ sive τραγωδίαι Athenar-  
 us, librò II. Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμωδίας καὶ  
 ἡ τῆς τραγωδίας εὐρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀπλικῆς εὐ-  
 ρέτη, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τραγῆς κωμῶνι ἀφ' αὐ-



δὴ καὶ τραγωδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη καὶ κωμωδία.  
 Lego, ἐκλήθη καὶ ἡ τραγωδία καὶ ἡ κωμωδία.  
 nam & τραγωδία & τραγωδία, primitivè nomen  
 fuit commune, quod postea διεσπάρθη, ut ait  
 Aristoteles, & veteres critici testantur. idem :  
 τραγωδία τὸ παλαιὸν ἦν ὄνομα κοινόν, καὶ πρὸς  
 τὴν κωμωδίαν ὕστερον δὲ τὸ μὲν κοινὸν ὄνομα ἔσχεν  
 ἡ τραγωδία ἡ δὲ κωμωδία, ἴδιον. Non desunt  
 ex antiquis Grammaticis, qui hujus poëseos ori-  
 ginem paullò aliter, hòc modò narrent. Ajunt,  
 fuisse morem initiò, ut in Bacchi sacris chori  
 dithyrambos ad honorem ipsius canerent. deinde  
 consuetudine hâc neglectâ, cepisse poëtas Bacchi  
 vicem Ajaces, Centauros aut alios sive deos, si-  
 ve heroas, celebrare : quod cum videretur spe-  
 ctatoribus ridiculum, hòc illos disteriò excepisse :  
*Nihil hoc ad Bacchum* : quod postea proverbii lo-  
 cum obtinuerit. hanc reprehensionem ut effuge-  
 rent poëtæ, istum postea morem instituisse, ut  
 ceteris quæ docere vellent introductione Satyro-  
 rum præluderent : ne quis ipsos calumniaretur,  
 quasi Dei oblitos cujus causâ convenissent. Di-  
 dymus sive Tarræus : τῶν χορῶν ἐξ ἀρχῆς εἰθι-  
 σμένων διθύραμβον ᾄδειν εἰς τὸν Διόνυσον, οἱ ποιη-  
 ται ὕστερον ἐκβάαντες τὴν συνήθειαν ταύτην, Αἴαν-  
 τας καὶ Κευταύρους γράφειν ἐπεχείρουν. ὅθεν οἱ  
 θεώμενοι σκώπτοντες ἔλεγον, Οὐδὲν πρὸς τὸν Διό-  
 νυσον. διὰ γοῦν τοῦτο τοὺς Σατύρους ὕστερον ἔδο-  
 ξεν αὐτοῖς προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλαν-  
 θάνεσθαι τοῦ Θεοῦ. est autem Σατύρων προεισα-  
 γαγή, dramatis Satyrici introductio ante aliam  
 fabulam, puta tragœdiam aut comœdiam : sed  
 de

de tragoedia potius accipiendum : nam Ajaces & Centauri & similes historiarum tragicarum sunt hypotheses non comicarum. Satyricas fabulas Græci vocant modò Σατυρικὴν ποίησιν, aut Σατυρικὰ δράματα : modò simpliciter, ut heic, Σατύρους \*\*: quia semper hujusmodi fabularum chori constabant

\*\* Σατύρους] Σάτυροι scil. significabant etiam ipsa dramata Satyrica. Sic è quatuor illis dramasi, quibus certabant olim Poëtæ, quartum erat Σάτυρος, ut ostendit Joannes Jonsius Holsatus in erudito libro & à solis eruditis æstimato, de Scriptorib. Historiarum Philosophicarum, lib. I. c. XVI. p. m. 86. f. *Κὺν Σατύρους docέbis voca me* inquit ille apud Aristophanem *Θεσμοφ*: *Αθηναίους*, lib. X. c. V. *μαρτυρεῖ πρὸς τούτων λυκόφραν ὁ χαλκιδεύς γράψας Σατύρους εἰς Μενέδημον*. Drama autem quod hic Σάτυρος dicitur, idem σατυρικὸν δράμα nuncupatur eidem, lib. II. c. XIV. *λυκόφραν ὁ Χαλκιδεύς ἐν σατυρικῷ δράματι ὃ ἐπὶ καλαμακῆται ἔγραψεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον*. Laërtius lib. II. c. cxl. drama illud σατύρους adpellat, sed ἐγκώμιον Philosophi fuisse indicat : infectatus enim est Menedemi nimiam frugalitatem, quam in laude ponendam duxit Laërtius. Scripsit & Timon Σατύρους, teste Laërtiō, lib. IX. c. cx. *Tim.* & Ecphantides, teste Athenæō, lib. III. c. XVII. Ejusmodi σάτυρος fuit *Omphale* Achæi poetæ Eretrien-sis ætate Euripidis apud Laërtium lib. II. *Mened.* c. cxxxiii. extr. Ejusdem *Æthon* apud Athenæum, lib. VI. c. XX. lib. IX. c. I. IV. lib. X. c. VII. quem Cæcilius suum fecit, citante Festō *Numero*, *Ore*, *Sentinare*, ubi pro *Æthione* legendum *Æthone*, uti è Menandro idem Cæcilius plerasque vertit, observante Clein. Alex. Strom. VI. *Æthon* autem dicebatur *Erisichthon* Myrmidonis Fil. ob famem illam inexplebilem, quā à Cerere puniebatur. Vide Ovidium, *Metam.* lib. VIII. Athenæum, lib. X. c. IV. Meursium ad *Lycophrona*, p. 337. Erat

B 3

qno

bant ἐ Satyris & Silenis. Diogenes Laërtius in Menedemo, c. cxxxi. Αἰχμῶ πὸ δευτερείων ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. *vertere debes in satyricis fabulis.* est tamen ubi ei Σάτυροι, apud Græcos non plures fabulas, sed unam solum significat. Athenæus, librὸ κ. μαρτυρεῖ δὲ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ χαλκιδεὺς, γράψας Σατύρους ΜΕΝΕΔΗΜΟΝ ἐν οἷς φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους. nam ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ Lycophronis unica fuit fabula. Laërtius, lib. ii. c. cxl. ἃ πάντα φησὶν ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς πεπονημένοις Σατύροις αὐτῷ, οὓς ΜΕΝΕΔΗΜΟΝ ἐπέγραψεν, ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δράμα. sed & numero unitatis singula dramata designarunt: etsi contra rationem id quidem: cum nunquam singuli producerentur Satyri, sed plures semper, cum epistata Sileno. Demetrius Phalereus, aut quicumque est ille scriptor, ἐνθα μὲν γὰρ γέλωτος τέχναι καὶ χαρίτων ἐν Σατύρῳ καὶ κωμωδίαις. & statim, οὐδὲ γὰρ ἐπινοήσειεν αὖν τις τραγωδίαν παίζουσαν· ἐπεὶ Σάτυρον γράφει ἀντὶ τραγωδίας. *Satyrum manifestò dixit pro Satyrico dramate: nisi scripserat ἐν Σατυρικῷ: &, ἐπεὶ Σατυρικὸν γράφει· alioquin subabsurda*

VOX

quoque Æthon nomen equi Solis, Plutonis, Hectoris, Pallantis. Porro Achæi Ἀλκμαίων Σατυρικὸς laudatur Athenæo, lib. v. c. xxi. Ἡφαιστος Σατυρικὸς & Ἰεὺς Σατυρικὴ eidem. Astydamanthis Tragici Ἡρακλῆς σατυρικὸς eidem, lib. x. c. i. Pythonis Caranensis Ἀγὴν σατυρικὸς eidem, lib. xiii. c. vi. Æschyli κῆρυκες σατυρικὰ Polluci Onomast. lib. x. c. xlix. Euripidis Autolycus eidem, lib. x. c. xlv. i.

vox fuerit, propter rationem, *quandiximus*. Σα-  
 τυρικά autem dicebant ἀπλῶς cūm Satyricas fa-  
 bulas vellent intelligi. Xenophon in Convivio,  
 p. 515. edit. Steph. ἢ τούτο, ἔφη Σωκράτης. ὡς  
 γὰρ καὶ ἐμοῦ καλλιῶν ὧν ταῦτα κομπάζεις. νῆ Δι.  
 ἔφη ὁ Κριτόβουλος. ἢ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν  
 τοῖς Σατυρικοῖς αἰσχιστός ἂν εἴην. *cruditissimus*  
*vir & de literis optimè meritis, qui Xenophon-*  
*tis opera omnium novissimus Latina fecit, po-*  
*strema verba sic vertit: ceteroquin omnium Sileno-*  
*rum Satyricorum essem turpissimus.* certum est, non  
 esse affectum, quid illa sibi vellent, τῶν ἐν τοῖς  
 Σατυρικοῖς: esset aliquid si dixisset, *omnium Sa-*  
*tyrici generis Silenorum.* sed aliud verba Xeno-  
 phontis postulant. quare vertendum τῶν ἐν τοῖς  
 Σατυρικοῖς, *qui in Satyricis fabulis spectari solent.*  
 in quinto Athenæi, ubi locus Xenophontis, sine  
 damno sententiæ, hæc verba prætermissa sunt.  
 Apud Platonem in extremo Symposio, Σατυρι-  
 κὸν δῶμα ἢ Σιληνικόν, ponitur παροιματικῶς  
 pro fictione & oratione figurata, cūm aliud iñ  
 speciem simulatur, quàm quod intendit qui lo-  
 quitur. affert & illustrat eum locum Dionysius  
 Halicarnassensis in Arte: ubi figuratæ orationis  
 quartam speciem facit, quàm vocat βυθύτατον  
 σχῆμα, τὸ δὲ ἄλλων πῶρενόμενον, ἄλλην περαινείν.  
 idquæ esse, δῶμα Σατυρικόν aut Σιληνικόν. La-  
 tini scriptores cūm de fabulis Satyricis Græcorū  
 loquuntur, non aliis appellationibus utuntur,  
 quàm Græcorum. Horatius in Arte, v. 221.  
*Mox etiam agrestis Satyros nudavit.*  
 Deinde, v. 225.

*Veram ita rixores ita commendare dicaces,*

B 4

Con-

*Conviniēt Satyres. —*

Aliquanto post, v. 233.

*Intererit Satyris paullum pudibunda protervis.*

Et statim, v. 235. *Satyrorum scriptor.* Hisce omnibus in locis Satyros posuit Horatius pro fabulis Satyricis Græcorum: de illis enim loquitur, non de Romana Satira: quæ & ratione nominis & definitione τῆς οὐσίας, diversissimum poemā est à Græcorum Satyrica poësi: ut non ferendus sit eorum error, qui cum de dramatis Satyricis Græcorum verba faciunt, Satirarum appellationem illis tribuunt. quæ prorsus insignis est doctissimorum etiam virorum hallucinatio. & tamen vix aliquem invenias, qui errorem hunc non erraverit, etiam illorum, qui ex professo de poetica libros ediderunt. Caveant verò sibi tirones ab hoc tanto errore, & cum loquentur, & cum neotericorum scripta legent. est enim, ut diximus, insignis & ridicula hallucinatio. Non nescimus auctoritate aliquot Latinorum Grammaticorum novitium hunc errorem posse defendi: nam ut nihil dicam de Horatii interpretibus, Donati †† ipsius verba sunt in Prolegomenis Terentianis: *Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est, Satyra sumsit exordium: quæ à Satyris, quos illotes semper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est. Et si aliunde nomen traxisse pravè putant alii. Hæc, quæ Satyra \* dicitur, ejusmodi fuit, ut in ea, quamvis duro & veluti agresti loco † (scribe joco: sic παιδιαν δυσάρεστον \*\* tribuit*

†† Sive Euanthii.

\* I. e. Satyrica.

† In edit. veteri Tarvisina anni cld cccc lxxvii. Stephani, Parisina 1552. in fol. p. m. 38. b. est modo, sicuti & in Aldi Veneta, M. D. LV. in 8t. item Basileensi

buit Satyris Ælianus. †) *de vitiis civium* (tamen) *sine ullo proprii nominis titulo carmen esset.* appellatione *Satyræ* Græcorum satyricam heic intelligi nullum esse potest dubium. nos infra suò locò clarè probaturi sumus, contra omnem analogiam & rationem esse, ut à Satyris Satyra sit dicta. quod etymon satis etiam & res ipsa & historia confutat, sicut ostendemus. Quare aut scripsit Donatus utròque locò *Satyrice* non *Satyræ*, quæ nihili vox est: aut imperitè fecit cum hic Grammaticus, tum omnes alii, quando diversissima poëseos genera Græcæ & Latinæ, sub nominis unius ambitu putârunt posse comprehendî. si virum doctum excusare malumus, admissâ, quam proposuimus, emendatione, inducenda mox erunt ista necessariò: *et si aliunde nomen traxisse pravè putant alii.* nam Σατυρικὴ Græcorum nemo unquàm dubitavit, aut potuit dubitare, aliunde quàm à Satyris nomen invenisse: Romanæ vero Satiræ nomen variè & inconstanter prodiderunt Latini critici. iidem tamen quoties de Græcis sermo esset constanter cum Græcis locuti. Marius Victorinus, De metrorum ratione, librò IV. *hoc genus versuum apud Græcos comædiarum veterum scriptores plurimum est: & magis apud eos qui Satyrice scripserunt.* hoc est Satyrice dramata: ut apud Xenophontem ἀπλῶς dictum monebamus, ἐν τοῖς Σατυρικοῖς. Diomedes Grammaticus, lib. tertio: col. 488. *Satyrice*

ca

si M. DC. XVI. in 8t. ut & in Antverpiana, M. D. XXV. in 8t. Ego sanè in nullo exemplari loco, unde joco commendat Noster Casaubonus, invenire potui.

\* \* I. e. *lufum displicentem, atque ingratum.*

† Lib. III. Var. Hist. c. XI.

B 5

ca est apud Græcos fabula, in qua itom tragici poëte, non reges aut herodas, sed Satyros induxerunt ludendi causâ jocandique simul. omisso similes locos. Horatii interpretamenta ψευδέν, παρὰ esse & magis ineptissimis plena, nemo eruditiorum ignorat: quare ratio illorum nulla haberi debet. Melius scriptor eruditissimus Apulejus, qui Satiræ appellationem Græcorum Sillis, non autem Satyrice poëti attribuit, et infra dictari sumus. Atque de origine & appellatione Satyrice Græcorum, habentis.

## C A P U T II.

Illustratur SATYRICÆ definitio ἐνδυμῶδης. cur Satyri initio in hanc poësim inducti variae causæ afferuntur, eæque ordine expositæ. De choro Bacchi duplici: veracioris è Nymphis & Musis: recensioris, additis Satyris, Silenis, aliis. Orpheus illustratur & corrigitur. Satyri quæ, quàm vetustis, quò genere orti. Δευκαλίδαι & Δευκαλίωνες. error credentium extare in rerum naturâ Satyros. historia hominis cornuti. Satyrorum & Silenorum veriloquium variè expositum. σεσηγέναι. σατυρός, libidinosus. Σατύρα proprium nomen. σάτηρ & διασάτηρ voces Dorum. Φῆρες & Φηρέες Satyri Atticis & Ionibus. locus Suidæ animadversus. Appellationes communes Baccho & ejus ministris: Sabus, Satyrus, Lenæus, Bacchus. Βαχχέχογος vox Orphei. is poëta pluries emendatus. De recondita Satyrorum & Silenorum sapientia. Silenus à Mida captus. Silenus Virgilii. Socrates Silenus dictus. Mos artificum statuariorum Athenis. Μαρσύας ἐπὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ δαυ-  
μα-

παῖδες. De figura Satyrorum & Silenorum  
sunt ne iidem Satyri & Sileni. Gemma pulcher-  
rima Bacchi chorum representans, & ejusdem  
dilucidatio. Mos pingendi ludos. Δευδροφορία  
Bacchi & aliorum deorum. Bacchus χαρπυῖος  
idem varie depictus. Sileni ejus Βασιῖλοι: Sa-  
tyrorum epistata. loci aliquot Orphei correcti. va-  
rie formæ Silenorum, & calvitias ac barba. Sa-  
tyrorum vultus. locus Aristotelis emendatus. σα-  
τυρίασμος triplicis morbi nomen. tumor circa au-  
res Satyrorum. Φηγεῖα. Satyriaseos & priapismi  
differentia. Avifene locus animadversus. cauda  
Satyrorum. Tityri. cornu Amalthæe inter Bacchi  
πομπεῖα: item cantharus, & personæ. Δύσσοι  
& νάρθηξ. Baccharum ludicra. περισφύριον.  
tibiæ binæ.

QVUM igitur SATYRICÆ definitio ὀνομα-  
τιάζουσα ex iis quæ dicta sunt eliciatur hujus-  
modi ποῖεος speciem esse à Satyris ita nomi-  
natæ, quod Satyros in scenam induceret: prius-  
quàm ulterius progredimur quædam sunt de his  
dicenda. Ostendemus autem, cur ab initio in  
hanc poësim Satyri fuerint inducti, varias exti-  
tisse causas. ante omnia illud fuit, quod Bac-  
chi † comites & συγχορευταί, vocantur Æ-  
liano, lib. III. Var. Hist. c. XL. vixit cense-  
tur.

† Bacchi comites] Qui cum Dionysio, inquit Cæli. Rho-  
diginus, lib. XIX. c. XXV. p. m. 755. princip. per tri-  
pudia & festos lusus pleraque terrarum obidre, nunc saty-  
ros nuncupant, quandoque & Tityros, puto de cantuum  
lascivia, quæ περιτομαστὰ dicunt, quibus id genus duci ma-  
gnâ parte, animadvertitur. Satyros autem ἀπὸ τοῦ σιτη-  
γίνας



bantur. itaque convenientissimum erat, ut ubi præsens Bacchus putaretur esse, eodem & chorum illius advocarent. accedit quod occultam quandam sapientiam Satyrico generi, maximè autem Silenis inesse sibi persuadebant: cum tamen formam illis ridiculam ac turpem vetustas tribuerit: & hoc amplius, mores lascivos, petulantes, dicaces. ut hæc de eorum sapientia opinio ad παιδείαν & docendum ac præcipiendum de disciplina morum, personam illorum aptam reddebat: ita quæ de forma & moribus diximus, ad παιδιάν & ciendum risum plurimùm valere, omnes intelligunt. Hæc ut clariùs demonstramus, ordiamur à Bacchi choro. Prima chori Bacchici institutio simplicior quam postea fuit: è solis enim ipsius nutricibus constabat. Διονυσιακοῦ χοροῦ ejusmodi meminit poëta Ἰλιάδ. Z. v. 132. de Lycurgo Thrace loquens:

Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσσοιο τιθήνας

Σεῦε κατ' ἡγάθεον Νυσσήιον. αἱ δ' ἄμα πᾶσαι.

Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν.

nulli heic Satyri, aut Sileni, sed nutricula tantum. ex autem erant Nymphæ, quas Bacchum infantem esse nutritas nugabantur. Homerus, five

γῆναι vocitatos opinantur. Plutarchus hos Satyros adulatores potiùs ὀνυσσίου fuisse censet. Vide eum in lib. de Adulat. & comici discrimin. & Lucian. περὶ ὀρχήσεως. At rectius per Satyros intelligimus illos de plebe deorum infima, quos conlusores & thiasotos Baccho dedit Gentilium vanitas. Ælianus, quem Casaubonus adducit, vocat locò, quem nos adscripsimus, συγχορευτὰς Βάχχου, qui lusibus, choreis, jocis, habitu, motuque corporum ad risum compositò deastrum obletabant.

sive Homericidarum aliquis, poëta vetustissimus, in posteriore Bacchi hymno xxv. 3.

Ὁν τρέφον ἡύκομοι Νύμφαι παρὰ πατρὸς ἀ-  
νακτος

Δεξάμεναι κόλποισι.

Orpheus, cujus hodie extant hymni, poëta & ipse proculdubio perantiquus, etsi non est, quod facile probari queat, theologus ille vetustissimus, de quo tam multa Græci: is igitur in hymno Nympharum,

Κρυψίδρομοι, Βάκχοιο τροφοί, χθόνιαι, πα-  
λυγηθεῖς.

ita scribendum, non ut editum est κρυψίδρομοι. nam respicit Nympharum antra, in quibus plurimum habitare credebantur. præcedunt ibidem ista: γαίης ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσai. & postea quoque ἀντροχαρεῖς nominat. amat enim poëta ille rem eandem verbis diversis sæpius repetere. idem vates alibi nutricem Bacchi nominatim celebrat nympham Hippam:

Ἰππᾶν κικλήσκω Βάκχου τροφὸν, δῖάδᾳ κού-  
ρην.

item Leucotheam in ipsius hymno:

Λευκοθέαν καλέω Καδμήϊδα δαίμονα σεμνήν,  
Εὐδύνατον, θρέπτειραν εὖστεφάνου Διούσου.

sed veteres, non ut in ceteris suis diis, uni aut alteri solum è Nymphis, verum pluribus simul Liberi patris educationem attribuerunt: cujus rei causam affert Plutarchus, quod pluribus a-  
quæ mensuris, (hanc συμβολικῶς appellatione Nympharum voluere sapientes intelligi:) debere Bacchum ad mansuetudinem institui ac condocere fieri, & ferociam ejus castigari, significarent.

Locus

**Locus est Symprosiacorum librō II. probl. IX.**  
 extr. δοκοῦσιν οἱ παλαιοί, ἰηγνίτ', τοῦ μὲν Διὸς  
 δύο ποιεῖν τιθναῖς, τὴν Ἰ᾽ τὴν καὶ τὴν Ἀδράσπειαν.  
 τῆς δὲ Ἡῤρας μίαν τὴν Εὐβοίαν· ἀμέλει δὲ καὶ  
 τοῦ Ἀπόλλωνος δύο, τὴν Ἀλήθειαν καὶ τὴν Καρυ-  
 θάκειαν· τοῦ δὲ Διονύσου πλείονας. ὅτι δεῖ τὸν  
 θεὸν τοῦτον ἐν πλείοσι μέτροις νυμφῶν τιθασσεύ-  
 ῃμενον καὶ παιδεύόμενον, ἡμερώτερον ποιεῖν καὶ  
 φρονιμώτερον, ex his ergo Nymphis quæ nume-  
 ro plures erant, coepere primitus in Dionysiacis  
 solennibus chori Baccho institui, quales ipse in  
 montibus ac sylvis exerceret. Hōmerus eodem  
 hymnō, v. 7. f.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τὸνδε θεαὶ πολὺῦμνον ἔθρεψαν,  
 Δὴ τότε φοιτίζεσκε κατ' ὕληντας ἐναύλους  
 Κισσῶ καὶ δάφνῃ πεπνυκασμένος· αἱ δ' αἶμ'  
 ἔποντο.

Νύμφαι· ὁ δ' ἐξηγεῖται· βρόμος δ' ἔχεν ἀ-  
 σπետον ὕλην.

**Nymphis adjectæ sunt & Musæ, similem ob caus-**  
 sam : nam & has Bacchum aluisse finge-  
 bat. Athenæus, librō II. Διονύσου τροφαὶ αἱ Μοῦσαι  
 λέγονται. ideo in Orphæi hymnis Musarum præ-  
 tes. Apollo celebratur Μουσαγέτης, χοροποιός,  
 Βάκχιος· & Plato quoque, ut ostendimus, ipsum  
 cum Musis Apollinem Liberī patris facit συγ-  
 χορευτὴν, propter Musicæ & poëtices originem,  
 de qua superiore capite. quinetiam Apollinem  
 & Liberum patrem eundem esse antiqui Græco-  
 rum theologi docuerunt, ut refert Macrobius in  
 Saturnalibus, lib. I. c. XVII. princ. Ascripti  
 sunt postea in eundem chorum Satyri, Sileni,  
 Ty-

Fytiri, atque alii præterea multi ejus dei ministri, quos Græci προσπόλους dicunt. Strabo, lib. 10. Διονύσου πρόσπολοι Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι καὶ Βάκχαι, Ἀῖναι τε καὶ Θυῖαι καὶ Μιμαλόνες καὶ Ναῖδες καὶ Νύμφαι καὶ Τίτυροι προσ-  
 αγορευόμενοι. adde his, Panem Lenæos, Sciræos, Savidas, τὰς Κλώδωνας, Bassaras, Lydi-  
 as, Gelorem, Comum, & item alios. Servata est tamen etiam à posterioribus poetis primi chori simplicitas in nonnullarum rerum memoria, quas à Libero patre quondam cum Bacchis fuisse gestas, in epici Cycli vetustissimis historiae fabularis auctoribus legebant. exemplum habes in Penthei casu: nam in fabula illa nullum Satyrum aut Silenum agnovit, non dicam Euripides in Bacchis, cui per legem tragœdiæ non licebat Satyrum εἰσάγειν εἰς χορὸν τραγικόν: sed nec Theocritus in Lenis, nec in Metamorphosi sua Naso, neque in Imaginibus suis Philostratus, quod autem in Euripidis fabula Satyros hōc versu choris nominat, παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι: usitatissima est poetis figura, anachronismus. in ipso quidem fabulae argumento, neque Satyri neque Sileni usquam comparent. similis anachronismus ab iis commissus, qui Dionysiacam pompam Ptolemæo regi instruxerunt, quam describit Athenæus in quinto. nam ibi puero Baccho adest † Priapus: quem certum est ex Strabone

no-

† Priapus ] Juvat hanc rem illustrare disertissimi Mureti verbis: *Bacchi filius*, inquit, Schol. in Tibull. lib. 1. Eleg. iv. 7: p. m. 46. edit. Venetæ Aldinæ m. d. lxxvi. in 8c. est præclarus iste & virginis deus. atque ita esse, confirmat etiam versus. Antipatri Sidonii:

---- τὰ ὕδ'.

novitium esse Lampfacenorum inventum, Homero & omnibus vetustioribus poetis ignoratum. Omnium verò Bacchi comitum præcipui fuerunt secun-

----- οὐρανὸς ὁ Περσεύς

Υμνὸν ἐνομοκλήτους πᾶσι ἐνέπρω Βρομίου.

Orpheus Bacchum, Solem, & Priapum eundem facere videtur. Theocriti scholiastes ait, Priapum esse Naidis, aut Chiones nymphæ & Bacchi filium: at alios eum cum Baccho eundem facere. Diodorus Siculus (lib. iv. c. vi.) & Pausanias (lib. ix. p. m. 588. v. 23. edit. Hanovienf. M. D. C. xiii.) Bacchô & Veneræ genitum esse tradunt. Apud Lucianum reperio, eum esse Veneris filium: sed, si etiam Bacchi, ne ille patrem suum haudquaqvàm paternè accepit, quem, Lampfuci hospitio exceptum, noctu hastâ illâ suâ confodere voluerit. at constat, eum è Luciano non esse Dionysi filium. Ceterum plura de Priapo docet ex Scioppij elegantis Veneræ rei interpretis commentis S. A. Gabbema, not. in Petronii Satyric. p. m. 483. f. edit. Amstelodam. M. DC. Lxix. in 8t. Vide tamen & quæ pro se dicat Scioppius in Amphotidib. p. m. 101. f. Confer & Henr. Kipping. lib. i. Antiquit. Roman. c. 111. §. vii. p. m. 125. f. Casparem Scioppium Patrem castissimum libidinantium, & rei Veneriæ sollicitum interpretem vocantem. At quod ibi Cœlium Rhodigin. laudat, ac si ille lib. viii. c. xxx. xxxi. totius Mastrupatorum ordinis historiam ab Orpheo repetat ac pertexat, adjungereque jubet Elmenhorstium, in notis ad libr. i. Appuleji fol. 36. in utroque errat; cum enim Cœlii liber viii. xix. tantum capita contineat, palam erravit vel B. Auctor non inspiciens Cœlium aliqve creditis, vel, quod malim, Typographus. Tu, Lector, ne nescias, evolve Cœlii lib. xv. c. ix. & x. At Gevêrh. Elmenhorsti locum adhuc quæro. In libro sanè i. quem obiter percurri, talè quid mihi non obvenit, sicuti nec in Lipsii notis, (quas ibidem laudat Kipping.) ad German. Tacit. p. 53.

\* St-

secundum Bacchas, Satyri & Sileni : quos non specie, sed ætate solum differre Græcorum plerique censuerunt. Sileni \* Satyrorum erant epistatæ propter grandem ætatem, Bacchi ipsius prædagogi, τροφολ & bajuli. Satyri ejusdem Bacchi collusores. secuti enim sunt etiam in istis eandem rationem cum eos Libero patri addixerunt, quâ & prius usi in Nymphis & Musis. minus rectè Diodorus † Siculus primò libro, ex quo-

\* Sileni] Silenus dictus est à *συλαίνειν*, quod est petulanter & dicaciter ludere. Fingitur reconditæ ac compositæ sapientiæ deus hic Bacchi nutricius vel prædagogus, qui multa sapienter docuit, fuitque, si iudicium Ger. Jo. Vossii sequimur, vir pro temporibus illis & naturæ & antiquitatis omnis intelligentissimus. Vide ipsum, lib. 1. Theol. Gentil. c. XXI. p. m. 81. b. 82. a. Tertullian. de Pallio, c. 11. princip. it. libr. advers. Hermogen. & de Anima, c. 11. Cononis *Διήγησιν* apud Phorium, Plutarch. lib. de Consolat. ad Appollon. Hinc cum Maro de rerum principiis disputantem inducit Ecl. VI. ebrium quidem illum, ut Bacchi educatorem decebat, sed tamen peritè secundum Epicureorum opinionem de iis (primordiis scil. rerum) canentem; idque in gratiam Quinctilii Vari, qui (Donatò teste) unâ cum Virgilio sectæ huic sub Sirone Philosopho operam dedit. Luciano, Tomò 11. Oper. p. m. 710. in deorum Concilio describitur *φαλακρός, σιμὸς τὴν ᾄδαν ἐπὶ ὄνιον τὰ πολλαὶ ὀχούμενος*, *Λυδὸς οὗτος*. Calvus, *simus naribus*, *plutonium super asino inequitans*, genere Lydius. Vide Jul. Cæsar. Scaliger. 1. Poëtices, c. IV. p. 22. c. XII. p. 47. lib. III. c. XCIX. p. 380. Lil. Gregor. Gyraldum, Tomò 1. Oper. Syntagm. xv. Historiæ deor. col. 445. f. edit. Lugdun. Batav. M. DC. XCVI. in fol. Euseb. Nirenbergerum, lib. V. Histor. Natural. c. IX. & X.

† Vide hic Joann. Marsham. Can. Chronic. p. 66. ad Secul. IV.

quorundam sententia, in Æthiopia id primum institutum scribit: est enim Græcanica vanitatis hoc quoque inventum, res Bacchicas in majus semper attollentium. Verustissimum autem est apud Græcos figmentum de Satyrico genere. ita vocârunt sylvarum & montium ridiculos, quosdam semideos: nam ἡμιθεοὶ plerique auctores ascribunt, etsi θεοὶ Hesiodus indigerat. Ovidius superis annumerat, videturque separare à semideis: in Ibin, v. 79.

*Vos quoque plebs superum, Fauni, Satyrique  
Laresque,*

*Fluminaque, & Nymphae; semidetumque genus.*  
sed aliter accipiendum esse hunc locum ex aliis ejusdem apparet. Metamorphoseon primò, v. 192.

*Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni,  
Et Nymphae, Satyrique, & monticola Sylvani.*  
ita sæpe Latini poetæ Satyros Faunis \* jungunt, ut classis ejusdem atque ordinis, idem Ovidius in VI. Metamorphosi de Marsya Satyro, v. 392.

*Illum ruricolæ Sylvæ numina Fauni*

*Et Satyri sternerant. -----*

Horatius; lib. 1. Epist. XIX. v. 3.

*---- ut malè sanos*

*Adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas †*  
notant Satyros Græci multò prius quàm in Bacchi familiam eos transcriberent: nam in antiquis-

\*. Faunis] Vide Turneb. lib. XXVI. Adversar. c. XIX. p. m. 562. Casp. Barthium. ad Scriptores Venat. p. 184. Henr. Kipping, 1. Antiquit. Rom. c. IV. §. IV. p. 138. f. & cumprimis Cl. Salmasi. Exercitat. Plinian. p. m. 294. 2.

† Lib.

excellentissimis fabularis historiae narrationibus Satyros repperit nominatos, sed sine Baecho, ut cum refert Apollodorus Satyrum ab Argo Panopea esse occisum, qui Arcadiam habebat infestam: cum Promethei & Satyri colloquium narrat Plutarchus: aut cum Nauplius, vel alii heroes, habuisse Satyros genitores dicuntur. Notissima etiam est de Marfyæ Sileni infelici cum Apolline certamine historia. meminit & poeta in hymno Veneris IV: ubi cum de Nymphis innotuit multa dixisset, de Silenorum ac Mercurii cum iisdem consuetudine ista subijcit, v. 163.

Τῇσι δὲ Σιληνοὶ τε καὶ εὐσχοπὸς Ἀργειφόντης

Μίσγοντ' ἐν Φιλότῃ, μυχῷ σπείων ἐφρόντων.

De Satyrorum genere varia & incerta prodidit veteres. itaque scriptum à Diodoro, librò III. Bibliothecæ, Sileni genus propter nimiam vetustatem penitus ignorari. τὸ Σιληνοῦ γένος ὁθεν ἦν ὑπὸ πάντων ἀγνοεῖται διὰ τὴν ἀρχαιότητα. de Satyros certe satum in Theogonia nihil Hesiodus: qui tamen alibi Oreadibus Nymphis, Hecatai cujusdam & Phoronei filiabus, cum istos, tum Curetes prognatos cecinit. Strabo, lib. x. p. 325. Hesiodos Εκαταίου καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν.

— ἐξ ὧν αὖρεται Νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο,

καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμνηχανόεργων.

Κουρήτες τε θεοὶ φιλοπαίγμονες ἀρχηστῆρες.

materni solum generis Hesiodus heic meminit: ut etiam † Ælianus, de Sileno qui à Mida cap-

ptus

† Vide in eum Æliani locum doctiss. Joach. Kühnii notas, laudantis ibi hunc Casauboni locum, p. m. 201. 202.



prus scribens librò III. c. XVIII. Νύμφης παῖς  
 ὁ Σιληνὸς οὗτος, θεοῦ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν,  
 ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ θανάτου ἦν. paternum  
 Satyrorum genus retulère quidam ad Deucalionem.  
 propterea enim DEUCALIDÆ poëtis  
 Græcis sunt dicti. Hesychius: Δευκαλίδαι, Σά-  
 τυροι. sunt autem Deucalidæ filii aut nepotes  
 Deucalionis Thessali: quos etiam aliâ formâ  
 poëtæ Græcorum Δευκαλίωνας nominant: ut in  
 Syracusanis Theocritus:

Οὐθ' οἱ ἐτι πρότερον Λαπίθαι καὶ Δευκαλίω-  
 νες.

vetus scholium: Δευκαλίωνες, ἀντὶ τοῦ Δευκα-  
 λίδαι, ἀπὸ Δευκαλίωνος τοῦ Θεσσαλοῦ. sed &  
 Deucalum nominant Græcorum archaeologi, à  
 quo & Deucalion & omnes Deucalidæ sint orti.  
 Alii in ea quidem terræ Græciæ provincia, sed  
 non à Deucalione verùm à Centauris Satyros  
 volunt esse genitos: utrumque genus διφυές,  
 sed diversò modò: utrosque Atticὶ & Iones φῆ-  
 ρας vel φηρέας appellârunt: de quo mox. Non-  
 nus in Dionysiacis, librò XIII.

Καὶ λασίων Σατύρων Κενταυρίδος αἶμα γενέ-  
 θλης.

Σιληνῶν τε Φάλαγγα δασυκνήμοιο γενέθλης.  
 idem poëta in XIV. Satyrorum patres Silenos fa-  
 cit: hos autem Telluris filios. In secundo Bi-  
 bliothecæ Apollodori leges, Pholum Centau-  
 rum nobilem Sileni & Nymphæ Meliæ fuisse fi-  
 lium. en Centauros Satyrorum genitores: en Sa-  
 tyros Centaurorum. adeo sunt hæc tradita diver-  
 se. quidni autem? mera enim sunt delirantium  
 poë-

poëtarum primò, deinde pictorum figmenta, in quibus nulla potest esse constantia. Absit enim ut putemus extare ullos, aut extitisse unquam, in rerum natura Satyros Silenosve. Sed cum errans aut ludens natura sicut ait Plinius, † hominem aliquando produxisset in lucem cum cornibus, \* aut alia deformitate contra consuetas ipsi leges notabilem : paulatim persuadere sibi mortales rerum imperiti, & naturali quâdam inclinatione generis humani ad τερατολογίαν ac rerum mirabilium fictionem & auditionem justâ proni, nasci in sylvis & abruptis montium tale animalium genus : quod commentum pari levitate à posteris & acceptum & variè concinnatum est, atque à prioribus fuerat excogitatum. accessere phantasmata illudentium dæmonum : quorum est unicum studium, mendacia cujuscunque generis pro veris ingerere, & omnibus modis in hominum animis illa firmare. Hæc ita accidisse fidem faciunt similes naturæ lusus, quorum nulla ætas fuit experta. Adductus est ante hos sex septem annos ad Christianissimum regem ex montanis Cenomanorum homo quidam cornutus, cui nomen erat Francisco Trovilluvio. narrabat ille nobis, nulla sibi nascenti fuisse in capite indicia cornu : circa septimum ætatis suæ annum coepisse sinciput erumpente cornu exasperari : quod postea cum ætate auxerat, vervecini modò leviter ελακτόν : cujus rei pudore Firmi

† lib. XI. c. XXXVI.

\* Legendus hic omnino est elegans ac eruditus Excellent. Dn. D. Georgii Franci Tractatus Philologico-Medicus de Cornutis, Heidelbergæ editus M. DC. LXXVI. in 4to. Cujus miror diligentiam hunc Casauboni locum præterisse.

mi sive Firmini pagum, natalem sibi locum, adolescens aiebat reliquisse, & in montes Cenomanorum concessisse. ibi inter operas carbonarias ad annum usque xxxv latuit: nihil pari studio cavens, ac ne cui unquam caput aperiret: quod meruebat, ne si res palam fieret pro monstro haberetur, & libertate αὐτοπραγίας adempta circumduceretur. quæ tandem misero fortuna quum evenisset, homo ferox & contumelie impatiens, quique deformitatem suam ab agyrtis in occasionem æruscationis esse versam, æger timè ferret, brevi eò mœrore & indignatione confectus periit. huic si cornu exciperes, nihil quicquam fuit à communi lege animi corporisve humani diversum. cornu verò planè insigne & τεράστιον. durities illi & crassities, quanta solet esse vervecinis, aut caprinis: color fulvus, & omnino qualis comæ & barbæ: nam exceptò sincipite, comatus ceteris capitis partibus more aliorum fuit, & barbatus. sinciput verò totum glabritie στιλπνόν: materiâ omni pilorum in cornu absunt: quod in dextra bregmatis parte enatum, non extra caput more vervecinorum reflectebatur, sed versus sinistram. unde fiebat, ut extremum cornu in caput incideret: perituum haut dubie & perniciem allaturum, nisi aliquoties fuisset præcisum: quæ ex re maximos & ferè continuos dolores percipere se affirmabat. Non dubito similia portenta primis hominibus occasionem dedisse Satyros & Panes atque Ægipanes fingendi: quæ cum initio cornua solum essent attributa, postea variis figmentis aucta eorum deformitas: ex quo tandem factum, ut omnes monstruosos, aut aliquâ insignes deformitate, vocarent Satyros vel Panes aut Ægipanes,

nes. qvinetiam simiæ † turpissimæ bestię gentis quoddam Satyros dixerunt. Hesychius obscure more suò hæc omnia nos docet, cum sic scribit:

σατύροι, μορφῇ ἀπρεπεῖς. qvæ verba γενικῶς interpretari oportet, & qvàm latissimè extendere. atqve ita accipere debes apud Plinium, lib. v. c. viii. lib. vi. c. xxx. extr. & alios Geographos \* qui tot locis Satyros & Ægypanas commemorant. Non excidère tamen nobis, qvæ de veris Satyris scriptores maximi, Plutarchus †† &

B. Hic-

† Satyros & Sphinges sub simiis recensent Plinius, lib. viii. c. liv. extr. De iisdem accipiendus est & locus lib. vii. c. ii. cum ait: Sunt & Satyri sub solanis Indorum montibus (Cartadulorum dicitur regio) perniciosissimum animal: tum quadrupedes, tum rectè currentes humanâ effigie, propter velocitatem, nisi senes aut ægri, non capiuntur. Ubi Dalechampius: In vasto Oceano repertos Satyros ab Euphemo Care in insulis, quas Satyridas vocant, Pausanias narrat, lib. i. p. m. 41. ruffos, candidos, non minoribus qvàm eqvorum, salacissimos ut qui mulierem expositam & anteriore Venere & posteriore vexarint petulantissime. Solin. Polyhist. c. xxx. (al. xxvii. al. xl.) extr. de Simiarum generibus exponens: Sunt & quas vocant Satyros, facie admodum gratâ, gesticulatis motibus inquieti. Hasqve Dionysium in deliciis habuisse sicut & hodie à magnis & principibus viris fieri videmus, non defunt, qui putent. Diodor. Siculus, lib. iii. Biblioth. καὶ σατύρους φασὶν αὐτὸν (Διόνυσον) περιάγειν, καὶ τοὺς τοὺς ἐν ταῖς ὁρχήσι καὶ ταῖς τραγωδίαις τέρψιν καὶ πολλὰν ἡδονὴν παρέχειν τῷ θεῷ. Confer Nostrium Casaubon. in Theophrasti Character. p. 166. f.

\* Vide & Solin. c. xxxiv. extr. Salmas. in Exercitationib. Plinian. p. 385. b.

†† Plutarchi locus est in Sylla, Tom. i. Oper. p. m. 468. D. E. edit. Lutet. Paris. m. dc. xxiv. & ita habet: Σύλλας δὲ διὰ Θιτταλίας καὶ Μακεδονίας καταβάς

B. Hieronymus \*\* (nam aliorum οὐδεις λόγος)  
me-

ἐπὶ θάλατταν, παρεσκευάζετο χιλίαις ναυσὶ καὶ διακοσίαις  
ἀπὸ Δυρράχίου διαβάλλειν εἰς Βοητίσιον ἢ δὲ Απολλωνίαν  
πλησίον ἐστὶ, καὶ πρὸς αὐτὴν τὸ Νύμφαιον, ἱερὸς τόπος,  
ἐκ χλοερᾶς γᾶς καὶ λειμῶν ἀναδιδούς πυρὸς πηγὰς  
σποράδας ἐνδελιχῶς ρέοντος. ἐνταῦθα φασὶ κοιμώμενοι ἀ-  
λῶναι σάτυροι, οἷον οἱ πλάττει καὶ γραφεῖς εἰκάζουσιν,  
ἀχθίνῃ δὲ ὡς Σύλλαν, ἐρωτῶσαι δὲ ἑρμηνείαν πολλῶν ὅσῃς  
εἴη φθειγμένον δὲ μόλις οὐδὲν συιτῶς, ἀλλὰ τραχεῖαν  
καὶ μάλιστα μεμιγμένην ἵππου τε χρεμίσμῳ καὶ τῶ-  
νου μακασμῷ φανῆναι ἀφέντος, ἐκ πλαγίᾳ τὸν Σύλλαν ἀ-  
ποδιοκομπήσασθαι. Sylla hinc, per Thessaliam & Ma-  
cedoniam itinere ad mare factō, institit mille ducentis navi-  
bus traducere ex Dyrrachio exercitum Brundisium. Prope  
Dyrrachium est Apollonia, & in vicino Nymphaeum, sa-  
cër locus, qui ex virenti valle & pratu ignis venas disper-  
sas perpetuò manantis eructat. Ibi stratum somnò Satyrum,  
q̄ualem plasta & pictores adumbrant, ferunt captum. Ad-  
ductum ad Syllam percunctatos multos interpretes, q̄uinam  
esset: q̄vum vocem tandem edidisset, non q̄videm humanam  
vel claram, sed asperam & omnino ex hinnitu equi &  
hirci balatu confusam, obstupuisse Syllam & monstrum a-  
versatum. Pausanias in Atticis de Satyris sententiam,  
scribit Joh. Baptista Pius, annot. poster. c. cLxxv. sic  
concepit: Equidem de satyris cūm aliquid amplius scire cu-  
perem, q̄vām alii tradiderunt, unius rei causā cum multis  
loqvutus sum. Euphemus tandem vir (a) nec ignobilis hæc  
mihi recensuit. q̄vōd (b) cūm in Italiam navigaret, vento-  
rum impetu decursum (c) dejectum & in exteriorem Ocea-  
num, q̄vō nondum aliquis navigavit, delatum. ibi esse in-  
sulas multas desertas, q̄væ ab hominibus agrestibus incolun-  
tur. alius, ut agebat, insulis nautæ appellere volebant; q̄vo-  
niam autem in eas appulsi, incolas experti essent. Sed tunc  
etiam præter eorum (d) voluntatem ventus eὸ adacti sunt.  
insula à nautis satyrorum (e) appellantur. Incolæ sunt cor-  
porē caudas in imo dorso habentes, non multo eq̄videm (f)  
minores.

memoriae prodiderunt: sed profecto etiam illorum

minores. Hi cum primum eorum adventum sensissent, è vestigio nullâ editâ voce occurrerunt, ac mulieribus, quæ in navi erant, manus injecere. Demum nautaæ trepidi mulierem barbaram in insulam dimiserunt; in quam Satyri non tantum, quæ mos est, sed omni corporis parte libidinem exercuerunt. Hæc in Face artium liberalium alicubi corrupta sunt, quæ Matth. Martinius col. 3414. Etymolog. edit. Bremens. M. DC. XXI. in fol. ita emendat. (a) in Pausania est *Euphemus* Car. (b) se pro quod. (c) deorsum (d) suam (e) in Pausan. *Satyrides*. (f) lege equinis.

\*\* Hieronymus in vita Paulli Eremitæ scribit: S. Antonium inter quandam saxosam convallem incidisse in quandam haud grandem homunculum, aduncis naribus, fronte (ita describit) cornibus asperatâ, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Interrogatum, quis esset, respondisse, Mortalem esse & unum ex accolis Eremiti, quos variâ delusa errore gentilitas, Faunos Satyrosque & Incubos vocans, colat, legatione fungi gregis sui, precarique, ut pro eo communem Dominum deprecetur, quem pro salute mundi venisse cognoverint, &c. Finitâ narratione subjungit Hieronymus: Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moveat, sub Rege Constantino, universo mundo teste, descenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo vivus perductus, magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadaver exsangve, ne calore æstatis dissiparetur, sale infusâ, Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, adlatum est. Hæc ille. Sed recte Casaubonus hic statuit, quidquid de Satyris legimus, ex Poëtarum pictorumque fingendi licentia originem ducere: nihil hujus reverâ in rerum natura existere: at si quid visum ejusmodi fuerit, vel illudentis Dæmonis phantasma, vel naturæ lusus fuisse. Nam, ut est procaz natura, potest quandoque hominem cornutum, fortè & capripedem producere; sed totos greges, & genus hujusmodi legitimum

rum narrationes commodâ interpretatione, sicut ostendimus, sunt adjuvandæ. quamquàm ne sic quidem negari potest, veris falsa esse admixta & τερατώδη, quæ nullam fidem mereantur. illa verò palàm falsa & impudenter ficta, quæ pro veris asserit scriptor quovis poëta fabulosior Philostratus, in sexto De vitâ Apollonii. verum de his satis: nunc eò referamus orationem unde est egressa. Quàm incertæ sunt auctorum sententiarum super origine Satyrorum & Silenorum, tam sunt Grammaticorum de ratione illorum nominum fluctuantes opiniones. ridiculum est quod multis veterum placuit, dictos esse σατύρους παρὰ τὸ σεσηγέναι, quod more irridantium detortò ac depravatò vultu essent: id enim est σεσηγέναι, ut explicat Galenus: vel ab irrisu & cachinnis.

nam  
mum creare, de quo ille Antonianus Satyrus referebat, verosimile non est. Atque si dentur maximè, non voce humanâ tamen, sed belluinâ, ut ille à Sylla captus Satyrus, loquerentur, nec nostrum sermonem intelligerent, degentes perpetuò inter feras. Jam remoti ab omni consortio penitus & literarum ac disciplinæ, quam Dei, quam humanarum rerum habere possint notitiam: ut sciant, quid Christiani credant ac sperent, quid erret colatque gentilitas; eaque quos Satyros Faunosque ac Incubos vocet. Profectò aut figmentò inani deceptus Hieronymus fuit, temerè credens; aut spectrò illus Antonius. Jam ille ad Constantinum adlatus Satyrus, procul omni dubio monstrum fuit, in quo lusit natura ac legem suam migravit. Plutarchus autem non adfirmat, sed refert famam. Φασι enim ait, id est, dicunt, ferunt. Quò ferè uti solent Historiarum conditores, cum de rebus exponunt, de quibus ipsi dubitant. Adde Thuan. lib. cxxi r. Elegantissimumque Dn. Gifbert. Cuperum, lib. i. Observat. c. xi r. extr.

\* Lu-

nam etsi ingenio & imaginibus plerisque Satyrorum etymum convenit, quorum erat proprium τὸ σιμὰ σεσηρότας μυχθίζειν, ut loquuntur poetæ: non tamen admittendum, quia caret analogia, cuius semper præcipua habenda ratio. probabilius alii, quia Satyros in Venerem pronos credebant, à voco σάβη, quæ eam partem significat quâ viri sumus, unde σάβωνες, *bene vasati*, σατύρους derivârunt: non quasi *sathunos*, quod ineptè scribitur apud Macrobius, lib. I. Saturnal. c. XIII. extr. quum lingua Græca eam formam non agnoscat: sed quasi *satheros*. rara quidem formatio, sed quæ exemplò non careat: nam ut ab ἄλμη ἀλμυρός: sic à σάβη σαθυρός, & corruptione literæ unius σατυρός, *libidinosus*. Hesychius σατύραν, καταφερέη: nempe πρὸς τὰ ἀφροδίσια. melius verò σατυράν, accentu in postremam retractò: ita enim exigit analogia, quando est nomen prædicationis: cùm autem transit in aliam formam, tum mutatur accentus. Σατύρα, nomen scorti apud Athenæum. sic etiam Σάτυρος, cùm pro Satyro accipitur. quamobrem non temerè elevanda fides huic veriloquio. etsi non minus probabilia possunt afferri alia. imo fortasse verius est, sicut de vocibus κωμῳδία & δράμα docet philosophus, Dores illas sibi vindicasse: ita hoc quoque vocabulum proprium eorum Dorum initiò fuisse. σάταρ enim aut σάτηρ in illorum dialecto ludere \* significabat: unde & δια-  
παί-

\* *Ludere*] Egregiè hæc explicat Heinsius, lib. I. de Satyra Horat. p. 12. quare & verba ejus adpono. Sicut, inquit, Satyros, actores, & qui eò genere ludorum oblectabant,



διαπαίζειν, Lacedæmonii usurpârunt. Hesy-  
chius διασάττη, διαπαίζειν, Λάκωνες. Juvat  
conjecturam nostram. quòd Attici & Iones  
Satyros vocârunt Φῆρας sive Φηρέας, ut apud  
Hippocratem observat Galenus. Sic in Euripi-  
dis Cyclope Ulysses satyros vocat Φῆρας illò ver-  
su :

ἔταβαν, ita σατυρεῖδην, ἀντὶ τοῦ παίζειν, hoc est, ludere,  
ii ipsi Lacones, quibus vocem Σάτυρας adscribit Hesychius,  
dixerunt. Unde ὁ διασαυρεῖδην, διαπαίζειν, Λάκωνες,  
apud eundem legitur. Quod ὁ postea secuti sunt alii. Hinc  
Σατυριστῆς. Glossæ veteres, Σατυριστῆς, ὁ σατυρικὸς, ludio.  
Unde apparet, tam in scena, quam extra eam, σαυρεῖζειν,  
pro ludere, usurpatum fuisse. quemadmodum Satyricum non-  
nulli drama; τραγωδίαν παίζουσιν dixerunt. Demetrius,  
cujus De interpretatione extat libellus: οὐδὲ ἐπισοφίζειν ἂν τις  
τραγωδίαν παίζουσιν· ἐπεὶ Σάτυρον γράφει ἀντὶ τραγω-  
δίας. Ubi nota Satyrum vocari drama. Sed quid dubita-  
mus? cum poeta vetus Dioscorides, παίγνια ἀν' ὕλαν, id est,  
ludos sylvestres, eos dixerit ad verbum.

Θέσπιδος εὐρεμα τοῦτο. τὰ δ' ἀγροῖωτιν ἰὼν ὕλαν

Παίγνια, καὶ πάμους τοὺς δὲ γιλοιοιζέους

Διοχύλος ἐξύψωσε.

Et Dionysius Halicarnassensis, ludiones, qui in triumphis Ro-  
manorum dicaces jocos effundebant, Σατυριστῆς; ipsos au-  
tem ludos, παιδίαν Σατυρικὴν i. e. ludum Satyricum  
vocavit, lib. vii. Rursus, ut Σάτυρους, ludiones, ὁ ad  
oblectandum factos καὶ φιλοπαίγμονας, ita feminas, Σα-  
τύρας dicebant. Unde meretricula apud Athenaeum nomen,  
non tam à lubricine, quam à morum lepore ὁ venustate,  
adhæsit. Et Σατυρεῖ, tonò mutatò, quæ huc inclinaret, ὁ  
hæc indole esset. A quo fortè Christianus poeta Elpidius,  
σατυροῦν, pro σατυρεῖζειν, formare potuit, qui poeticos Sce-  
nicosque lusus suos (puta Comædias) σατυρομαίει vocavit,  
ita enim scribendum:

Hinc etiam nostro nugata est Scena dolori,

Gar-

su : Σιγῶτε πρὸς θεῶν, θεῶες, ἡσυχάζετε &c.  
 etiam poëtarum principi φῆρες sunt Centauri,  
 quibus fuit cum Satyris commune genus, ut pro-  
 bavimus. qvàm bene Satyris hoc etymum con-  
 veniat, sciunt qvi meminerunt φιλοπαίγμονας  
 à poëtis eos vocari, & semper ludibundos indu-  
 ci. Qvonia verò antiquissima qvæqve Græco-  
 rum verba Hebraicæ sunt originis, sicut liquidò  
 probamus alibi: non absurdè aliquis putet σα-  
 τύρους

Garrula mendosis fingens Satyromata musis,  
 Falleret ut trepidos cantatrix pagina qvestus.

Sicut Græcus γελοιοτήτους κώμους Satyros vocavit. Nisi  
 planè aliud agimus, ludicrum pœma ac facetum describit.  
 Hinc Latini, qvòd nemo observavit, Satyram, ludum con-  
 vertunt. Et Persius, ingenium ludum, interpretatus est,  
 Sat. v. v. 15.

----- pallentes radere mores

Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Qvæ οἰοματώδης Satyræ est definitio, Horatius, 1. Sermon.  
 Sat. x. v. 37.

----- hæc ego ludo,

Qvæ nec in ade sonent, certantia iudice Tarpa,

Nec redeant iterum atqve iterum spectanda theatris.

Ludere, est παίζειν. Ideoque dixit, extra Scenam. Ne  
 sit ambiguitas. Sanè Satyra, est ludus. Neqve aliter Se-  
 neca interpretatus est. Vera etenim libelli, qvò Satyricè  
 Claudius tangitur, inscriptio, Α' ΠΟΚΟΛΟΚΥ' ΝΘΩ-  
 ΣΙΣ, Sive Ludus in Claudium Cæsarem. Ubi Ludus  
 est Satyra. Et qvìd libellus iste, nisi Satyra? Hæc Hein-  
 sius. Glossas, qvas adducit, invenies in Cyrilli cal-  
 ce. Elpidius verò prænomine Rusticus fuit Boëthii æ-  
 qualis, adlatusqve locus legitur in Carmine de Christi  
 Jesu beneficiis. Vide qvæ diximus in extr. præfat. Fascis  
 nostri 11. p. 38.

† Sa-

τύπος quasi סַטוּרִים *saturim* † esse dictos, qui  
in

† *Saturim*] *Satyrorum* vocabulum, auctore supra laudato Dan. Heinsio, lib. 1. de *Satyra* Horat. p. m. 10. Vel *Liberi ministros*, vel *personas quae hos referebant*, prius notat. Posteriori modo acceptere, qui τὸ Σάτυρος, χορευτῆς interpretantur. Prioris originem, rectè, ut arbitror, à voce סַטַר *satar*, *maximus vir Casaubonus* deduxit. Non quòd lateant plerumque in rupibus, sylvis, aut antris modò, sed, quòd verisimile sit, malos istos genios, lubricitatis ac fœditatis suae conscios, à Deo se abscondidisse. ut parentes nostros primos, fœdissimi peccati reos. Nam & ibi eà voce usus est Moyses, Gen. 111. & 10. Quamquam tales genios aut Deos סַעֲרִים *seirim* à villositate & pilis propriè *Hebraei* dicunt. Quod *Hellenistae* *δαίμονια* reddunt. quasi *Chaldaeorum* שַׁרִין vel שִׁרִין, quod est ipsum genus, expressissent. Ita apud *Esaiam*, c. xlii. 21. *δαίμονια* ὡς ἄνθρωποι αἰνῶσι. Nam saltare, *Satyrorum* proprium. Lancam, quam saltantes uvis aliisque fructibus refertam ostendebant, vocè *Laconicà* Latini Σατύραν dixerunt. *Hesychius*, Σατύραι, οὐαῖσαι βοτάναι, τραγὰ δαιμόνιοι. *Varro* *Quaestionibus* *Plautinis*, *Satura* est, ubi uva passa, & polenta, & nucleus pinei, ex mulso conspersi, &c. Unde à Romanis, tam ad leges tum ad alia miscella ea vox translata est. Quarunt viri summi, quomodo vox *Graeca* *Romani* pervenire tum potuerit: qui & *Latinam* esse, cum de *Hesychio* non cogitarent, mordacitè defendunt. Quibus veteres pro nobis hic respondent: qui *Sabinos*, *Lacedaemoniorum* colonos faciunt. Quod nec auctor gravissimus *Plutarchus* negat; & poeta testantur: qui, nunc *Oebalios*, nunc *Amyclaeos*, nunc *Theramnaeos*, (quae *Lacedaemoniorum* sunt nomina,) *Sabinos* vocant. *Sabinos* autem ab initio transisse *Romam*, nemo est qui nescit. Quid mirum ergo, si vox unica? Ea in primis sacra, aut in sacris usurpata. quas constanter omnes gentes prae reliquis servare immutatas solent. Quòd ipso *Dionysus*, *Gracas*, non *Barbaras* fuisse gentes docet (quod existimabant alii) quae *Romam* primò convenerunt. Quid quod illi ipsi visi magis,  
alibi

in speluncis atque montibus latere putabantur, unde in hominum conspectum rarò venirent. sic haut dubiè ab eadem radice *μυστήριον* vox derivata Græcis: non ut nugacissimi eorum scribunt Grammatici, *παρὰ τὸ μύσαντας τηρεῖν*. **מִסְתּוֹר** *mistor*, sive *mistor*, res aut locus absconditus. induc hoc verbum formatione Græcanicâ: fiet *μυστήριον*

alibi plerasque Sabinorum voces Doricas, hoc est Gracas, fuisse docent? cum ipsi è Peloponneso orti essent. Unde vox *Atta*, à quo *Atta Clausus*: unde Nero, *ἄττα* est *εὐρέων*, & similes. Ut omittam jam Decemviros tot ante annos quàm ullius Satyræ sit mentio, Gracas Romam attulisse leges. Atque ita puram putam Græcam esse vocem obinemus. Hactenus Heinſius, cui, dum ait vocem **מִסְתּוֹר** in primorum nostrorum parentum Moſen usurpare historia, memoria imposuit, legitur enim ibi **מִסְתּוֹר**. Habetur autem Gen. iv. 14. de Caino **מִסְתּוֹר**. Confer Königiî notas in *Ælian.* Var. Hist. lib. 111. c. xl. p. m. 239. ubi hanc Casauboni sententiam in epitomen misit: & Ger. Jo. Vossium, cujus è lib. 11. Institut. Poëtic. c. xix. §. 3. p. m. 93. f. hæc do verba: Fortasse Satyris nomen est à **מִסְתּוֹר**, i. e. abscondere, occultare. Quemadmodum & ab eadem origine est Saturnus: q. d. Latius, vel Latinus: unde & uxor ejus Ops Latia dicta est: & eadem est Latium, ac Saturnia tellus. Satyris verò hoc nomen ex eo sit, quia viverent in sylvis, ac locis solis, & desertis. Vel erit *Σάτυρος*, ab Hebræo **סַחִיר** *sahir*; quod idem ac Satyrus. Proprie quidem notat villosum, seu pilosum. Verùm Satyris accommodata ea vox, quia hircorum facie apparerent, hirsutique essent. Chaldaeus interpres **שִׁרִּים** *serim* vertit dæmones. Nempe quia pro diis colerentur à gentibus. Ita & *Jesaja* cap. xlii. 21. ubi in Hebræo est **שַׁחֲרִית יִרְקָה שְׁעִירִים** *nschirim jerakku scham*; in LXX est, καὶ δαίμονια ἐνὶ ὄρεσιν αὐτῶν. ac dæmonia ibi saltabunt. Sed apud Aquilam κατὰ λίξιν est *αἰχῶντες* pilosi, saltabunt.

στάριον sive μυστήριον. sunt & aliz Hebræorum  
 dictiones, unde etymum Satyrorum peti bellissi-  
 mè queat: *qva*, ne agyrtarum more βεκκεσελη-  
 νίζειν videamur, missa facimus. Silenorum no-  
 men variè scribitur Græcis: Σειληνός, Σιληνός  
 aut Σιλληνός & Σειλινός. varietati scriptionis oc-  
 casionem præbuit, partim ratio nominis, quam  
 aliter atque aliter antiqui Grammatici explicant,  
 ut videre est in Etymologico Magno: partim  
 poetæ ipsi, qui primam ejus nominis interdum  
 corripuerunt, sæpius produxerunt. cum, in me-  
 dio apud unum Suidam, & qui sunt ab eo mu-  
 tuati, legere memini. verba Suidæ: Σειληνός,  
 ὁ Διονύσιος, παρὰ τῷ σεῖεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. Σεί-  
 λινος δὲ ὁ γέρων διὰ τὸ σεῖεσθαι ἄλιν. mirum  
 Grammatici acumen in posteriore etymologia:  
 in qua γέρων non quemvis senem significat: sed  
 Satyrum senem, hoc est Silenum. ubi autem le-  
 gerat σειλινός cum jota in medio? non enim ita  
 scribi solet. Falsò verò existimavit hic criticus,  
 Sileni nomen cum Libero patri attribuitur, ali-  
 ter scribendum quam cum ipsius ministris. atque  
 diversæ dictiones non sunt, verùm una atque  
 eadem. Græci enim poetæ Libero patri appel-  
 lationes communicarunt ministris ejus proprias,  
 & vice versà. σαβός propriè est Bacchus, deus  
 vini & ebrietatis. ab Hebræo כבד *saba*, ἐμέ-  
 θυν. כבד μέθυσος, *ebrius*, aut *potator*. σάβοι  
 tamen etiam οἱ πρέσποχοι Dionysiaci dicuntur.  
 Plutarchus Symposiacorum librò iv. probl. ul-  
 timò: σάβους καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς βάκχους κα-  
 λοῦσι. contra, Satyrum appellavit ipsum deum  
 in-

incertus poeta qui acrostichide illum celebravit:

σκιρτητήν, σάτυρον, σεμεληγενέτην, σεμελήα.

Lenzum quoque Bacchum ιδίως vocârunt, &

Bacchi item comites. Philostratus Imaginibus,

in Ανδριοι. σατύρους δὲ ἀναμιξ καὶ Ληναίους ἀγει

Διόνυσος καὶ σεληνοῦς. ipsum quoque Bacchi no-

men ab eadem consuetudine tribui illi coepit:

nam proprie βάκχοι sunt orgiastæ & ministri.

Clemens Alexandrinus: Διόνυσον Μαινάρην ὀρ-

γιάζουσι βάκχοι. Orpheus in hymno Sileni.

Ναῖσι καὶ βάκχοις ἡγούμενε κτήτοφόροισι. sic ac-

ciendum in proverbio, \* πολλοὶ μὲν ναρθηκο-

φόροι, παῦροι δὲ τε βάκχοι. in Dionysiacis so-

lennibus, puta in phallagogiis, sacris trietericis,

Jacchi exagoge, similibusve pompis, multi ar-

repto thyrsō aut ferulâ προσκαίρους se præbebant

Liberi patris orgiastas: nec solum viri, sed et-

iam honestæ matronæ ac virgines. lege Diodo-

rum Siculum, librō III, sed hi. θυρσοφόροι αὐτ

ναρθηκοφόροι solum appellabantur: at qui orgia

jugiter & legitime curabant, neque à suscepto

ministerio recedebant: hi non solum nartheco-

phori dicebantur, sed ναρθηκοφόροι βάκχοι.

Themistius oratione primâ: τῷ οὐ κατὰ νόμον

μεμνημένῳ τὸν ναρθηκοφόρον Βάκχον ἡγεῖσθαι οὐ

συγ-

\* I. e. plures thyrsiferos, paucos est cernere Bacchos.  
Cui respondet & illud? Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δὲ τε,  
μάντις αἰδρες. Plures thriobolos, paucos est cernere vates.  
Vide Erasmi. in Adagiis, p. m. 652. (nam 658. est  
menda typographica) b. edit. Francof. M. DC. XLVI.  
in fol.

συγχωρεῖ τὰ μυστήρια. In Orphei hymnis etiam Mercurius Chthonius appellatur, Βάκχος. Ἑρμῇ Βάκχε χοροῖο Διωνύσοιο γένεθλον. sane Bacchi infantis educatorem quidam prodiderunt fuisse Mercurium. Plinius, librō xxxiv. c. viii. de nobilibus statuariis artificibus: *Cephisodori dīc-  
fuere: prioris est Mercurius, Liberum patrem in in-  
fantia nutriens.* sed hoc menti versus istius non convenit: pugnat enim manifestō cum ea sen-  
tentia vox γένεθλον. vult enim poëta Bacchum Mercuriō priorē, & generis illi fuisse aucto-  
rem. quare non potest huc pertinere quod ex Plinio dicebamus: sed & locutio infusa: nam quid est, χοροῦ Διωνύσου γένεθλον? Lego verō Ἑρμῇ βακχεχοροῖο Διων. γέν. peculiaris est Orphei huius vox βακχέχορος, quasi dicas Βάκχε χορευτά. idem poëta alibi: τιμὰς ἐν μακάρεσσιν ἔχεις Διόνυσσε χορευτά. sed nomen βακχέχορος, ut alia item quā plurima, alibi quā apud Orpheum non legas. imitatus est eleganter in novanda ea dictione vetustissimam Bacchi appellationem βακχέβακχος, quā heroici metri lex non admittebat. ita Liberum patrem in ipsis orgiis & mysteriis vocabant. Hesychius: βακχέβακχος, ὁ Διόνυσος οὕτως ἐκαλεῖτο ἐν ταῖς θυσίαις. extat & apud comicum. certum verō ex multis veterum testimoniis plerasque res in sacris, aliis nominibus quā vulgo dicerentur, fuisse appellatas. ejusmodi vox fuit βακχέβακχος: quā ut diximus, venustē Orpheus est imitatus, cum Liberum patrem βακχέχορον nominavit. idem in hymno Palæmonis,

Σύν

Σύντροφε Βάκχε χοροῖο Διονύσου πολυμήτορ.  
 heic quoque idem mendum: nam scribendum  
 Βάκχεχοροῖο Δ. Ac de Dionysiacō quidem choro  
 hætenus. Qvod autem dicebamus persuasum ve-  
 reribus fuisse reconditam nescio quam sapientiam  
 Satyrico generi inesse: ejus rei multa sunt argu-  
 menta. Notissima est apud Græcos historia de Si-  
 leno à Mida satyro quondam captō: qvī miran-  
 da qvædā & omnibus † ignota illum docuerit.  
 ostendebatur in Phrygia non procul Celænis fons  
 quidam, Xenophonti visus & narratus in primo  
 Αναξαρ. ubi captum dolō Silenum, qvum loqō  
 aquæ vinum esset infusum, fama publica tene-  
 bar. plurima autem apud Midæ aures, ut ait do-  
 ctor Afer, philosophatum esse hunc Silenum, pro  
 certo habitum. qvale illud apud M. Tullium in  
 primo Tusculanarum, c. XLVIII. *Fertur de Sileno  
 fabella quidam: qvī cum à Mida captus esset, hoc et  
 munus pro sua missione dedisse scribitur: domuisse re-  
 gem, Non nasci hominē longē optimū esse: proximum*  
 D 2 autem

† Nimiram, qvōd & suprà p. 33. monuimus, Si-  
 lenus veteribus ubiqve introducit divinx & humanæ  
 sapientix rerumqve gravissimarum doctrinā præditus,  
 qvōd vel ex isto Bacchylidis patet: *ὡς ἀπὸ Σιληνῶς ἐγερ-  
 μένοι, qvāsi à Sileno pronunciatum, eādē significatione,*  
*qvā critō proverbiō ajunt: ἐ τριπόδι dictum.* Hanc p̄m  
 laudati Anchoris, neglectā interpunctione, cum sequen-  
 tibus malè conjungere Scaligerum in Auson, Lectio-  
 lib. II. c. XVII. dudum observavit doctiss. Joach.  
 Kühnius, not. in Ælian. Var. Hist. lib. III. c. XVII.  
 p. m. 202. ubi de Sileno adducit agentes Synesium  
 in Calvitiū encomio, p. 68. Xenophont. lib. I. de Ex-  
 ped. Cyri, & Brymologic. in Σιληνός Euseb. III.  
 Preparat. Evang. p. III. & de varia scripturæ vocis  
 Σιληνός nostrum Casaubon.



*autem quàm primum mori.* sed & de rebus physicis arcana quædam à Sileno Midam κατηχηθῆναι, auctor Theopompus Chius, & ex eo alii multi. in his Strabo, Tertullianus, Ælianus, lib. III. Var. Hist. c. XVIII. & Philostratus. itaque doctissimus omnium poetarum Virgilius, carmen de principis & conditu rerum & vetustissimis rebus aliis scripturus, Sileno potius quam aliî ulli de tantis rebus differendi parteis attribuit: quod qui temere à prudentissimo vate putant factum, imperiti sunt, atque inepti. Midam verò etiam ipsum de Satyrorum genere fuisse, Philostrato, aliisque placet. plures virum faciunt, Phrygiæ regem, ex Herodoto & poetis notissimum. Silenorum igitur jocos & dicta in speciem ludicra, abditum intus sapientiæ nucleum continere existimabant: unde manavit proverbium σιληνικὸν ἢ σατυρικὸν δῶμα, quod apud Platonem legi antea ostendimus, exposuimusque. ab eadem persuasione etiam mos ortus artificum Atheniensium: qui pulcherrimis deorum sigillis, Veneris, Cupidinis, Gratiarum ac similium, simulacra turpissima deformium Silenorum circumdabant, eâ arte elaborata, ut claudi recludique possent: clarissimè hæc modò quid de Silenis esset judicandum significantes: quantumvis & forma ipsorum pareret ridicula, & mores quoque petulantes ac procaces. Synesius, epistolâ CLIV. de scripto quodam suo loquens gravissimi argumenti, sed Socraticæ dissimulationis pleno: ὅστις οὐκ ἀγύμναστος, inquit, ἐπιφωρέσαι τι καὶ πρὸς ὥπον δεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον ἑχήματι, ὥσπερ ἐποιοῦν Ἀθηναῖοι οἱ δημουργοί, Ἀφροδίτην καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα καὶ τῶν θεῶν αἰγάλα.

αἰγάλμασι Σειληνῶν καὶ Σατύρων ἀμπύχοτες, τοῦτον οὐ λήσεται τὸ γράμμα. suum verò Platonem in his est imitatus Synesius: nam in Convivio illius comparatur Socrates, τοῖς ἐν τοῖς ἐρμολυφείοις Σειληνοῖς καθημένοις, οὓς τινες ἐργάζονται οἱ δημιουργοί, σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας· οἱ διχάδε διοικθέντες, φαίνονται ἐνδοθεν αἰγάλματα ἔχοντες θεῶν. ibidem & Marfyz Satyrom quàm simillimus esse Socrates longâ oratione probatur. Marfzam autem Satyrum sive Silenum ingenio atque temperantiâ excelluisse, narrat & argumentis firmat Diodorus in tertia. Superest jam ut de Satyrorum forma & eorum ingenio aliquid dicamus: quando in his vel præcipua est ratio posita, cur sint initiò in hanc poësim induciti Satyri. Occurrit verò hōc locō dubitatio non dissimulanda: sintne iidem Sileni ac Satyri an non? & siquid differunt cujusmodi sit ea discrepantia? Fuere qui nullum omnino inter hos discrimen ponerent, nisi quòd satyrorum appellatio sit recentior, Silenorum antiquior. Nicandri scholiastes ad Alexipharmaca: οὓς ἡμεῖς Σατύρους λέγομεν, οἱ ἀρχαῖοι Σιληνοὺς ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ σιληαίνειν ὃ ἐστὶ λοιδορεῖν. extat sane apud Homerum vox Σιληνός, ut antè p. 35. observabamus: Σάτυρος verò dictio nusquam apud illum invenitur. an hoc spectarit criticus iste, nescio. sed quam hīc in vocibus differentiam statuit, alii omnes in ipsis personis: ut Sileni sive, satyri senes: satyri, juvenes Sileni. Auctor Etymologici; Σειληνοὶ λέγονται οἱ γέροντες τῶν Σατύρων. Servius in illud Ecl. vi. Virgil. v. 14. Obromis & Mnasyllus in antro Silenum pueri, notat:

nonnulli, PUERI, non absurdè putant dictum, quia Sileni priusquam senescant Satyri sunt. utrisque ergo pro ætate attributa ministeria: Silenis, ut essent τροφῆς & παιδαγογὶ Bacchi, quò nomine eos vocant Diodorus Siculus, Synesius, Julianus in Cæsaribus, alii: satyris, ut puero essent συμπαίστορες, & faceris illum demulcerent: Plato in epigrammate de Satyro.

Οἷλγχι δὲ ἡμερόεντα νέον περὶ κώματι παῖδα.  
sed quia non genere, verum ætate solum eos distinguebant, nullò discrimine persæpe has voces usurpârunt, eundemque satyrum & Silenum promiscuè dixerunt. Marfyas † Herodoto \*, Straboni ††, & plerisque omnibus, Silenus est: alii Satyrum nominant. Ovidius in ejus fabula, lib. vi. Metam. v. 382.

--- exitium Satyri reminiscitur alter.

exstat Alcæi epigramma εἰς στήλην σατύρου, & in eo hic versus: Ως περὶ ἀπανθήσεις νυμφογενὲς σάτυρε. Satyrus hic est Marfyas. contra, is qui ad Midam est adductus, omnium consensu Silenus fuit: reperiatur tamen qui Satyrum appellat. Maximus Tyrius sermone xxx. Ἀνὴρ Φρυγῆς, ἀεγρὸς τῶν

† Marfyas] De hoc multis agit Cl. Salmas. Exercitation. in Solin. p. m. 584. b. f.

\* Lib. vii. de Celænarum urbe: ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληίου Μαρσύου ἀποκρίνεται τῇ πόλει ἀνακρίματα.

†† Σειληιον, καὶ Μαρσύαν, καὶ ὁ ἴδιον συνάγοντες εἰς ἐν καὶ εὐρετά; αὐτῶν ἱστοροῦντες. Sic & Euphorion apud Athenæum, lib. iv. Τῇ δὲ πολυκάλαμον, Σειληιον Μαρσύαν, τῇ κηρύδιον, ut legendum putat, quod hactenus, ipso laudante Salmasiō, nemo vidit, Salmasius dictus, dicto locū.

τὸν βίον, ἐραστὴς χρημάτων, λαμβάνει τὸν σά-  
τυρον, ὡς φησὶν ὁ μῦθος. omitto similia exemp<sup>ta</sup>.  
Sed non defuere qui de satyris ac Silenīs aliter  
longè sentirent, quique præter ætatem, formam  
quoque diversam illis darent : quod non solum  
scriptorum testimoniis probare possumus: verum  
gemmæ sculptura τῆς παλαιᾶς χειρὸς, quam osten-  
dit nobis vir harum rerum callentissimus, & in-  
dagator felicissimus, Petrus Rascasius Bagarrius,  
Aquilensiensis advocatus, & gazæ regiæ cimelio-  
rum antiquitatis præfectus. ejus gemmæ exem-  
plum, quia facit apprime ad institutum sermo-  
nem, infra subjecimus,



En vetustatis monumentum egregium, & admi-  
ratione omnium, quos res antiquæ capiunt, di-  
gnissimum. nam præter solertiam subtilissimi ar-  
tificis, cujus hoc elaboratissimum opus est : pla-  
ne stupenda in tantulo spatio rerum, personarum,  
actionum varietas. quid multa? παλαιῶν ἐμό-  
γησα, κόρον δὲ αὐχ εὖρον ὁπωπῆς. ipsa gemma  
jaspis est, viriditatis nigricantis, non planè pel-  
lucida, punctis rubris stellata : grammariam five  
polygrammon veterum esse censeam, addubiro.

Argumentum prorsus huic nostræ diatribæ convenientissimum. chorum enim Bacchi continet, scenæque descriptionem : & quidem Satyricæ potius quàm tragicæ aut comicæ : hoc enim arbor adjecta promittit : de quo plura inferiùs erunt dicenda, cùm de apparatu satyricæ agemus. Notus mos veterum, vel ex Julio Polluce, ludos suos, tabulis ornandi, quæ fabulas ab histrionibus docendas, aut gladiatorum pugnas & ornamenta, totam denique ludorum magnificentiam, ob oculos ponerent. possemus de hoc more adferre multa, nisi consideremus etiam tiro-nibus rem esse hodie notam. affines his fuerunt illæ tabulæ de quibus agebamus apud Athenæum, librò 7. c. vii. Videtur hæc gemma eò consiliò scalptra, ut thymelicarum tabularum picturas imitaretur. quoniam tamen nullum heic docendæ fabulæ certum argumentum exprimitur, malo ad sacra Dionysiaca referre. ac nisi fallor ad dendrophoriam pertinet hæc imago. variis enim modis sacra Libero patri fecerunt Græci ac Latini. inter alios autem ritus diversos illorum facrorum, hic fuit, cùm arbores in pompa Bacchica gestabant. illi enim deo non arborem solùm vitem, sed omnes fructiferas acceptas ferebant. ideo & κέρπιμον etiam vocabant : & proventum ὀπώρας ab eo postulabant. Orpheus in hymno Bacchi ἀμφιετοῦς.

Ἀλλὰ μάκαρ χλοόκαρπε, κερασφόρε, κέρπιμε,  
Βάκχε

Βαῖν' ἐπὶ πάνθειον τελετὴν γανόωνι προσώπῳ,  
Εὐιέροις καρποῖσι τελεσιγόνοισι βρυσάζων.



ad hujus beneficii recordationem dendrophoriæ solennitas videtur instituta : nisi tamen est Judai-  
ci

ci festi τῆς βαΐοφόρου, sive octavarum festi Tabernaculorum, ridicula imitatio. Artemidorus, librò II. c. xxxv. χορεύειν τῷ θεῷ Baccho, ἢ θυροφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν κεχαρισμένων τῷ θεῷ πράττειν, πᾶσι πόνηρόν, πλὴν δούλων. Athenæus, librò v. in pompa Bacchica: ἐξῆς ἄνδρες ἑκατὸν πεντήκοντα, φέροντες δένδρα, ἐξ ὧν ἀνήρτητο θηρία παντοδαπὰ καὶ ἕρπαι. sed & Matrem deum dendrophoriis colebant. multa enim in sacris Dionysiacis & Metroacis Cybeles aut Cereris quàm simillima. Strabo: δενδροφορίαί τε καὶ χορεῖαι καὶ τελεταὶ κοιναὶ τῶν θεῶν εἰσι τούτων. itaque tam Liberi patris, quàm Matris deum Cererisque sacerdotes dendrophoros legimus. quodnam verò hoc sit arboris genus difficile divinatum. vitein quidem aut hederam non esse, quæ duæ species Baccho gratissimæ, & folia ostendunt, & fructus; quem ex ea videtur Baccha legere. malus quoque non est, repugnante foliò: nec ficus propter eandem causam, & propter fructus magnitudinem, si quidem is fructus est. in Dionysiaca pompa apud Athenæum inter diversi generis coronas, præferuntur & ex arbore perseæ confectæ: ut videatur vetustas & hanc & alias plureis, τῶν καρπίμων Libero patri consecrâsse. ceterum nihil perseæ cum hac imagine commune esse, folia arguunt. etiam illud obscurum, gestetur ne hæc arbor, ut erat moris in dendrophoriis, an vivis radicibus sit defixa. Personæ in argumento hujus gemmæ contentæ omnino sunt octo. Bacchus, qui tenerorum more puerorum gestatur: Silenus, qui illum in ulnis gestat, alterò brachiò corpus pueri

amplectens : alterò , crus sinistrum ei sustinens. Satyrus & puer orgiasta , qui à dextris onus Sileno sublevant. Bacchæ treis : una quæ ferulam in dextra habet : altera est tympanistria , τὴν ἑαυτῆς ἀσκοῦσα τέχνην : tertia tibicina : hujus solum caput apparet , cum geminis tibiis , quas ore inflat. postremò puerulus cernitur cornu copix sinistrâ attollens. vides heic prætereà hircum , aptam ad Liberi sacra victimam ; vel histrionibus tragicis paratum præmium. hoc amplius humi jaceat , hinc Sileni cantharus , effusò vinò : illinc persona histrionis capiri detracta , cum appensis offendicibus , sive vinculis. hæc sunt , quæ spectantium oculis gemmæ hujus sculptura exhibet. de quibus breviter quædam adnotabimus. Jam diximus , sacra Liberalia apud veteres multiplicia fuisse , & varios ejus colendi ritus. pro horum diversitate effigies quoque illius dei diversæ non solum habitu & τῇ σκευῇ , sed cum primis ætate , dedicari solitæ. Macrobius librò primò , c. xviii. *Liberi patris simulacra partim puerili ætate , partim juvenili fingunt : prætereà barbatâ specie , senili \* quoque.* Liberum enim eundem habebant atque Solem : ad quem hæc diversitates ætatum referuntur , ut pluribus expli-

\* Malim cum Isacio Pontano pro quoque legere ore ; quemadmodum scribendum non dubitabat Janus Rurgerf. vi. Var. Lection. c. vii. p. m. 567. adprobante Jano Gruterò ad marginem sui olim Macrobii , mune mei , quem carum habeo ob manum & notas multas additas magni illius viri. Admodum vitiosè verò legitur in edit. Lugdun. 1560. in 8c. quam ex variis ac vetustissimis codicibus recognitam & auctam laudant , *barbara* pro *barbata specie*.

† Al-

explicatur ibidem. Ulpianus in Demosthene, τὸν αὐτὸν Ἡλίον καὶ Απόλλωνα καὶ Διόνυσον ἡγοῦντο. Diodorus Siculus non quadruplicem, sed duplicem solam simulacrorum Bacchi effigiem in usu fuisse scribit: formosuli juvenis † & delicati, aut senis & bene barbati: cujus rei causas ita explicat, librō IV.  χορὸς ὁ Διόνυσος δοκεῖ ὑπάρχειν, διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους πάντας πωγωνότροφεῖν· τὸν δὲ νεώτερον ὠραῖον καὶ τρυφερὸν, καὶ νέον. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι τῶν μεθύνοντων διατάς διαθέσεις ἐχέοντων, καὶ τῶν μὲν ὀργίλων, τῶν δὲ ἱλαρῶν γνωμένων, διμορφὸν ὀνομάσθαι τὸν θεόν. hinc illa chororum distinctio ratione statuta: nam erant chori puerorum, chori virorum, chori senum. Ulpianus in *Midiacam* Demosthenis: ἐκ πάσης ἡλικίας ἡγωνίζοντο χοροὶ τῷ Διονύσῳ· διότι καὶ παῖδός στήμα αὐτῷ περιτιθέασιν· καὶ γὰρ παῖδα καὶ πρεσβύτην, καὶ ἄνδρα  γράφουσιν αὐτάν. passim itaque legos apud Græcos de choragis, ἡγωνίσαντο χορῶ παίδων, αὐτὸ χορῶ ἀνδρῶν. & apud Demosthenem, χορηγεῖν παισὶ Διονύσια, hoc est, instruere puerorum chorum ad celebranda

† Albricus Philosophus, c. XIX. libelli de deorum Imaginib. Erat, inquit, Bacchi imago facie muliebri, pectore nudō, capite cornutō, vitibusqve coronatō, qui super tigride equitabat. Juxta ipsum autem erant imagines trium animalium, scilicet simiæ, porci, & leonis, quæ pedem unius vitu circumire videbantur. Ob cujus umbram Bacchus equitabat, vitisqve racemis erat plena. Ipse vero una manu tenebat poculum, scilicet sinistra: altera vero, scilicet dextra, in eo uvæ racemum extricabat. Vide ibi notas Cl. viri Thomæ Munckeri. p. m. 321.

\* Ho.



da Dionysia. Qvem igitur heic vides ferri Dionysum, alterò brachiò Sileni, alterò Satyri colla amplectentem, is est, qvem facie juvenis & adolescentuli colebant. est enim prorsus, qvòd ait Diodorus, formâ venustateqve pollens, juvenis ac delicatus, pampineam coronam habens in capite: τρυφήτης deniqve lux & ἀβρότητι diffluens. Silenus contra, senex, rugarum plenus, exsuccus, calvus, vestem indutus, & ut videtur, caput petasatus, barbâ densâ ac promissâ: sunâ deniqve nare: qvam notam Silenis diserte tribuit Lucianus. Silenorum duo præcipua munera: prius, ut sint altores Bacchi. Orpheus hymnò in Silenum:

Κλῦθί μου ὦ πολύσεμνε τροφὲ Βάκχαιο τιθηνέ.  
Horatius, de Arte Poët. v. 239.

*Aut custos famulusque dei Silenus alumni.*

olim pueri nobiles à lacte depulsi, statim viris tradebantur educandi: qvos posteriores Græci Latini voce βαϊούλους dixerunt, qvia suos alumnos in ulnis plurimùm bajulabant nutritii, ut heic Silenus Bacchum. aliorum ministeria venustè describit Phoenix apud poetam\*, alumnum suum Achillem compellans:

Καί σε τοιοῦτον ἔδηκα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,  
Ἐκ θυμοῦ Φιλέων. ἐπεὶ οὐκ ἐτέλεσκες ἅμι' αἰδῶ  
οὔτ' ἐς δαῖτ' ἵεναι, οὔτ' ἐν μεγάροισι πάσασθαι,  
Πρὶν γ' ὅτε δὴ σ' ἐπ' ἐμοῖσιν ἐγὼ χούνασσι κα-  
θίσας

ὄφρου τ' ἄσαιμι προταμῶν, καὶ οἶνον ἐπισχών·

Πολ-

\* Homer. Il. i. v. 421.

Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα  
οἶνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλέγεινῃ.

Alterum Silenorum munus, ut Satyris præfint, & sint eorum epistata. itaque gregi Satyrorum in pompa Dionysiaca unus semper Silenus præficietur. in ea, quæ describitur apud Athenæum, bini Sileni non semel commemorantur, qui totidem plurium Satyrorum gregibus præfint, ad dextram & sinistram pompæ incedentibus. sed numerus alicubi est omissus: ut statim in exordio narrationis: προήεσαν οἱ τὸν ὄχλον ἀνείργοντες Σειληνοί. scribe Σειληνοί β. ut in sequentibus. Orpheus totius Bacchici chori præfulem & coryphæum facit Silenum: Ἀγνοτερὴς, γερανὸς, Διάσπου νομίῳ τελετάρχῃ. ita editus hic versus etiam in elegantissima viri clarissimi longæque doctissimi editione. sed prima dictio palàm corrupta: pro ἀγνοτελής, vel ἀγνοθελής, ut videtur, vel ἀγνομελής: ut alibi apud eundem poetam ἀγγομελής: hymnò in Panem: Αἰγομελὲς, βακχεύτα, φιλένθεε. sequens quoque dictio γερανὸς nihili est: neque hilum juvat hanc lectionem, quòd γερανὸς saltationis cujusdam est nomen: de quo adi Hesychium. scribe γεραρὸς, aut γεραός: semper enim Sileni senes. subjicit Orpheus.

Εὐασις. Φιλάγρυπτε νεάζων οἷσι Σιληνοῖς  
Ναῖσι καὶ Βάκχαις ἡγούμενε κιτλοφόροισι.

Videtur Silenos juvenes facere: sed locus interpretationis indiget simul & correctionis: nemo enim rectè potest illa intelligere, νεάζων οἷσι Σιληνοῖς.

ληνοῖς. lego νέαζονο' οἷσι Σ. & de Satyris capio, qui ad differentiam epistatae Sileni dicuntur νεάζοντες Σιληνοί, juvenes Sileni : sic initio hymni capiendum, ubi Silenus dicitur, Σειληνῶν ὄχ' ἄριστος. Heic verò observandum quod antè dicebamus, formam eam Sileno in ista gemma tribui, ut Satyrico generi penitus eximatur. Satyrorum notæ sunt propriæ, cornicula in capite, & dimidium corpus caprinum : erant enim ibridæ ac διφυεῖς, è duplici forma concreti, humana & caprina : supra umbilicum, hominem referebant : nisi quòd cornua habebant : infra umbilicum, capris simillimi fingeantur. quæ omnia in Satyro heic picto licet animadvertere : cornicula in capite, cauda extrema spina dependens, pilis hirta femora, crura ac pedes planè iustar caprorum. in Sileno nihil penitus istorum, abesse fronte cornua clarissimum : pedum alter later : alter inter pedes Satyri exit : in quo digiti quinque manifestò parent. plerisque veterum, ut supra diximus, aliter persuasum : Satyros nempe esse, præter grandævitatē cetera aliis similes. cornua igitur attributa : ideo καρόεντες passim dicti poëtis : Et disertè Nonnus, extremò lib. XIX.

— οὐ νέμεσις δὲ

Σειληνὸν κομόωντα βοοκραίρεισι μετώποις  
Ταυρεῖην κερόεσσαν ἔχειν ποταμήϊδα φωνήν.

attributa & infra umbilicum figura caprina : quam ob causam δασύκημοι poëtis nominantur, & λάσιοι ac λαχνήντες, & δασύτριχες. At non omnes ita fensisse de Silenis testis locuple-

pletissima est hæc gemma : testeis sunt & aliæ gemmæ , & diversi generis monumenta vetustatis quotquot hætenus visa nobis : in quibus Silenum partim stantem , partim asinò vehentem , non aliā quā hęc effictum formā constanter observavimus. apud Athenæum quoque prouident Sileni chlamydari & crepidari. Σειληνοὶ δύο ἐν πορφύραις χλαμύσι καὶ κρηπίσι λευκαῖς. non igitur erant αἰγίποδες , ut appellantur à poëtis. Lucianus in deorum concione Silenum tribus solum hisce notis describit : quod sit senex † , calvus , & σιμὸς τὴν εἶνα. Sed jure suo poëtæ ac pictores utuntur , quum sua figmenta modo hęc , modo illò pacto concinnant. quid ? nonne etiam Bacchum veteres cornutum sæpe faciunt & Bacchas quoque illius similiter cornibus insignes ? hujusmodi diversitates siue in scriptis antiquorum , siue in aliis operibus antiquis , non mirabitur , qui vel fiedlocriter in studio antiquitatis fuerit versatus. De calvitie Sileni , quæ & Satyris communis auctore Luciano , quæque in gemma luculenter expressa , multa Synesius in Calvitiei encomio. Porphyrius apud Eusebium De præparatione , libro III. ὁ Σειληνὸς σύμβολον τῆς πνευματικῆς κινήσεως , οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένης τῷ παντί. σύμβολα δὲ ἐστὶ τὸ μὲν Φίλανθρον καὶ στιλπνὸν κατὰ τὴν κεφαλὴν , τῆς οὐρανοῦ περιφοράς. ἡ δὲ περικειμένη κόμη τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτοῦ , ὑπόδειγμα τῆς προσγείου περὶ τὰν αἶρα παχύτητος. Legendum τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτῆς. nempe κεφαλῆς. Eusebius mox explicat , ἐπι-

† Vide supra , p. 332

δεικνύμενος τὴν περὶ τὸν αἶρα παχύτητα διὰ τῆς  
 λασίας κόμης τοῦ γενείου. hoc vult Porphyrius ;  
 Silenum, motus à spiritu proficiscientis, qui ad  
 rerum universitatem plurimum conferat, de quo  
 ait poeta, *Spiritus intus alit*, esse symbolum ;  
 quod flores amare dicatur, caput splendidum,  
 hoc est calvum, habere, coelorum conversionem  
 ita denotari: quòd inferiores capitis partes ha-  
 beat comatas, barbam densam & promissam,  
 eò crassitiem aëris terræ propinquioris innui.  
 Silenorum τὸ Φίλανθρον, ut ait Porphyrius, ar-  
 guit è floribus contexta vestis, quam in theatris  
 gestabant: de qua inferius: & Virgilii versus in  
 Sileno; Ecl. vi. v. 16.

*Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.*  
 Et statim, v. 18.

*Adgressi injiciunt ipsis ex vincula fertis.*

Cernitur & in hac gemma corona volubilis ( Græci  
 κυλιστὸν στέφανον vocant: ) sinistro brachio Sileni  
 imposita. hanc nos initiò putabamus, propter  
 temulentiam Sileni negligentius & alienò locò  
 positam: & ad earum coronarum genus refere-  
 bamus, quas moris fuit commissantibus collò ap-  
 pendere, ut infra ostendetur: aut quas convi-  
 vantium pectoribus imponebant, de quibus ha-  
 bes in Coenis Athenæi; sed diligentius inspectâ  
 imagine, animadvertimus, non ad Silenum vo-  
 lubilem hanc coronam pertinere: verùm ad  
 Bacchum, qui dextrâ manu, quam Sileni hu-  
 mero habet impositam, eam tenet. ita mos fuit  
 delicatiorum, ut manibus flores tenerent, vel  
 solutos, vel fertos: quod ait Apulejus: aut re-  
 ticulo minuto inclusos. Cicero in Verrem, lib.  
 v. c. xi. *ipse coronam habebat unam in capite, al-*  
*te-*

teram in collo: reticulumque ad nareis sibi\* apponebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Tegmen capitis in Sileni imagine, perasus est nisi fallor: nam & in pompa Ptolemaici Sileni perasum gestant: sed perasi vera forma parum heic apparet: nam artifex qui maximè propriam Silenorum notam sciebat esse, calvitiam: id studiosè fecit, ut quantum occupabat calvities, tantum ferè capitis nudaret: perasò in occipitium & posticam partem capitis rejectò. Venio ad Satyrum de cuius cornibus & caprina specie jam diximus. Isidorus: *Satyri homunciones sunt adunatis naribus, cornua in frontibus habent, & caprarum pedibus similes.* vultus illi in gemma truculentus, ingratus & turpis, & quod Philostratus ait, *ἀνυχμῆος τὸ εἶδος.* ita scilicet fingi soliti, humanà quidem facie, sed admodum deformi. itaque si cui influxu humorum facies deturpata esset & vehementiùs corrupta, Satyri, non hominis; faciem eum habere dicebant: isque morbus *σατυρίας* ex eo nominatus. auctor philosophus, quem vide librò De generatione animalium IV. c. III. pro *σατυρίας*, legendum non dubito in verbis Aristotelis *σατυρίασις*: quò etiam modò scriptum invenimus in regio codice veteris interpretis Græci illorum librorum. nam *σατυρίας* morbum nusquam reperies nominatum: & est etiam alias suspecta nobis illa morbi appellatio: Satyriaseos sive satyriasmii Hippocrates meminit: quamquam ejus interpretes quidam antiqui de tumoribus accipiunt, qui non in facie, ut ait philosophus, sed pone aureis nasci solent. Galenus quoque in Hippocrateo Lexico ita exponit: verùm

E idem

\* In meis codd. est *admovebat*.

idem in libro De tumoribus præter naturam, σατυριασμόν accipit, ut hic philosophi locus postulat accipi, loquens enim de elephantiasi morbo (quem satyriaseos appellatione philosophum designasse, auctor est ille quem dixi Græcus scholiastes:) hunc morbum, inquit, dum adhuc incipit, hoc est priusquam in veram & ἀκραφνῇ elephantiasin degeneraverit, appellant σατυριασμόν· ἐπειδὴ τοῖς Σατύροις ὅμοιοι γίνονται τὸ πρῶτον: deinde respiciens ad alteram hujus vocis interpretationem apud Hippocratem, subicit, ἐνιοὶ δὲ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξαχὰς ὁστώδεις οὕτω καλοῦσι. postea addit de tertio morbi genere, quod eadem voce veteres denotârunt: τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας τινὲς ἀναμάζουσι σατυριασμόν· τινὲς δὲ πριαπισμόν. ecce tria morborum genera, quæ à Satyrorum fœditate nomen sunt sortita: primus à stuma aut alia turpitudine vultus: alter à tumoribus pone aures Satyrorum: tertius ab obscena causa & libidine: de vultu jam dictum: tumores pone aurem Satyri aut sub aure in gemma fatiς ἐπισήμως esse notatum, affirmare non ausim: etsi videatur certè aliquam circa aurem eminentiam ingeniosus artifex designare voluisse. Indubitata quidem res est, verustissimos artifices, cum Satyrorum effigies facerent, tumorem fœdum ad eorum aureis expressisse, ei similem qui in Sabaudia & aliis regionibus in alpinis sub gutture solet plerisque oboriri: βραγχοκήλην vulgò medici, Hippocrates, γόγγρωνα nominat. otoceles hujus Satyrorum quibus aureis acutas tribuit Lucianus, Philo-

Philostratus περιτὰ ὦτα, meminuit idem senex, *Epidemiān* librō VI. ἐπεδήμησαν, inquit παρὰ τὰ ὦτα πολεοῖεν ὡς τοῖς Σατύροις. *snati sunt* multis tumores circa aures, quales sunt Satyris. alibi vocat Φήρεα, vel Φηρεία: quia Φήρας, etiam Satyros nominabant, quod antea dictum, p. 45. non prætermittenda Galeni verba è Commentario tertio in VI. Epidemiorum, in epigraphe XII. Φήρεα εἶπεν τὰ τὴν ἐμφέρειαν ἔχοντα Φηρέων ὅτι τῷ γὰρ ὠνομάκασιν ἐνιοι τῶν Ἰωνίων Σατύρους, οὓς γράφουσιν τε καὶ πλάττουσιν προμήχεις ἐξοχρᾶς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσίν. Ad tertium quod attinet, vulgatissimum est, ita solitos effingi Satyros. Aretæus De acutis morbis, c. XII. οἱ Σατύροι τοῦ Διονύσου ἱεροί, ἐν τῇσι γραφῇσι καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὀρθία ἰσχουσι τὰ αἰδοῖα, ξύμβολον τοῦ θεῖου πρῆγματος. similia his alii medici quicunque de satyriaseos appellatione scripserunt, sed gemme huius sculptor de industria pudori insipientium opus tam eximium videtur consuluisse: poterat enim profectò per situm, quem Satyrus heic obtinet, castos oculos violare. addebat Galenus in superiore loco hunc morbum ab aliis dici *πριαπισμὸν*, quâ voce alibi utitur. medici posteriores inter has voces discrimen statuerunt: & priapismum graviolem ac periculo propiorem morbum voluerunt esse quam satyriasmum. causa, opinor, est, quod Priapus nuquam sine protenso ingvine videtur: satyri ἀνεπὶ τὸν σῆματις sæpe, ut etiam in hac gemma. Avicennæ librō Canonis III. phen. xx. sermone primò, σατυρίασις dicitur



القضبب كثره قوثره πολλή τάσις (ad verbum  
 χόρδωσις) τοῦ καυλοῦ, ἤγουν τοῦ αἰδοίου pri-  
 ariſmi vero appellationem Græcam retinuit, de-  
 pravatam in editione Romana: male enim  
 فر يافسوس, scriptum pro فر يسوس  
 Cauda verò sic objecta oculis, ut nihil q̄veat ex-  
 pressius hujus meminit, & Lucianus, Diodorus  
 Siculus, librò III. ἔχοντας τοῦ Σιληνοῦ κατὰ τὴν  
 ὁσφὺν οὐρὰν, διατελέσαι καὶ τοὺς ἐγόνους τὸ πα-  
 ράσημον τοῦτο φοροῦντας, διὰ τὴν τῆς φύσεως  
 κοινωσίαν. Cornicula Satyrorum ita describit  
 Lucianus: οἱ Σάτυροι ὅξεῖς τὰ ὦτα καὶ αὐτοὶ φα-  
 λακροὶ, κέρασται, οἷα τοῖς ἐτι γεννηθεῖσιν ἐρί-  
 φοις τὰ κέρατα ὑποφύεται. Satyrorum ingenium  
 verbò expressit Horatius cùm risores vocavit &  
 dicaces, in Arte, v. 225. item Græci ποῖτα, cùm  
 φιλοκερτόμους: qvā appellatione illos non tan-  
 tùm Nonnus afficit, sed etiam alii ποῖτα: ut  
 Nilus scholasticus in Satyri effigiem opere mu-  
 sivo è lapillis factam,

Πάντες μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι εἰπὲ δὲ καὶ  
 σύ,

τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τόνδε γέλωτα χέεις.

nec solùm dicaces, sed & proni in Venerem: &  
 saltatores assidui & credebantur, & fingeantur:  
 unde Satyrica saltatio, de qva libri hujus qvar-  
 tò capite. Qvi proximus Satyro assistit. femur  
 Bacchi succollans, Satyrus non est, qvòd multis  
 visum scimus. ego nihil deprehendo qvòd Saty-  
 rum ulla ex parte χαρακτηρίζη: omitto cornua,  
 qvæ cum toto capite propter amplitudinem fe-  
 mo-

moris Bacchici latere abdita inter pueri femina dici queant: sed in corporis parte inferiore, quid omnino est caprino generi simile? ubi cauda? ubi pilorum hirsutia? ubi denique pedes capri ni? aut quis dubitet sinistram pedem, qui larvæ insistit, humanum esse, & quidem positum, κατὰ φυσικὴν θέσιν? dextrum verò pedem peritus glypta quàm maximè fieri poterat, extendit: ita enim necesse fuit incedenti: cuius rei certissimam causam ex philosopho asserrem, si demonstrationum philosophicarum esset hic locus. qui igitur Satyrus esse dici non potest, nec Satyriscus, alius quidam sit oportet è Dionysiæis ministris, quorum antea multos ordines & nomina recensuimus. Tityros à Satyris clarè separat Strabo non semel: Grammaticis tamen placet, Diores Tityros † appellare quos alii Græci Satyros: ut de simiis Satyris & Tityris ad Theophrastum \* adnotabamus. quare nec Tityrus esse hic potest. idem sentiendum de eo, qui Bacchum præcedit, cornu copiae ostentans, manu in altum sublatâ. est autem adolescentulus quem formæ bonitas ac venustas commendat. & fortasse neque huic neque illi, de quo modò diximus, aliud nomen quære-re debemus, quàm quod humana forma suggerit: nam etiam in Dionysiaca Ptolemæi pompa, is qui simile ministerium obit, αὐτὸς simpliciter dicitur. quin Silenum ipsum cum Satyris Lucianus

E 3

σκιρτῶν.

† Ælian. lib. III. Var. Hist. c. XL. οἱ συγχροῦνται Διονύσου Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἑνὶ Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. i. e. Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros adpellant.

\* in Characterib. scil. p. m. 166. f. edit. Lugdun. M. DC. XXXVIII. in 8t.

σκηπητάκους ἀνθρώπους ποσιναι. ex Athenzi loco, ut & gemma ista, constare potest nobis de more hoc Amaltheæ cornu traducendi, inter cetera quibus pompa Dionysiacæ choragium solebat instrui. verba Athenzi. μέσος δὲ τούτων ἐβιάδιζεν ἀνὴρ μείζων τετράπηχος ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ προσώπῳ, φέρων χρυσοῦν Ἀμαλθείας κέρας. quare autem ad Διονυσιακὰ πομπεῖα Amalthea pertinere, è tertia Diodori Bibliotheca discimus. videtur autem hic juvenculus dextra hircum trahere. in quo vetus mos expressus est, quem notat in libello, Περὶ φιλοπλουτίας Plutarch. ἡ πάτριος τῶν Διονυσίων ἐορτὴ τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς καὶ ἱλαρῶς. ἀμφορεύς οἶνου καὶ κληματὶς, εἴτα τράγοντις εἵλκεν, ἄλλος ἰσχύδων ἄρριχον ἡκολούθει κομίζων. Cantharus, quem heic cernis humi jacentem vinò effusò, & Baccho & Sileno optime convenit. de hoc in Sileno Virgilius, Eccl. vi. v. 17.

*Et gravis attritâ pendebat cantharus ansâ.*

Bacchum quoque cantharis potasse, quem post Cimbricam victoriam Marius, ille arator Arpinas, & manipularis imperator, est imitatus, etiam Plinius testatur, librò xxxiii. c. xi. extr. ut cum Martis effigiem pingebant, clypeum semper illi soliti appingere: sic Bacchi-symbolum inter cetera fuit vas aliquod vinarium. Aristoteles De poetica: ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπίς πρὸς Ἀθην. huc spectat amphora illa vini in superiore Plutarchi loco. Sed & in satyris pingendis idem servatum: Plinius, librò xxxv. c. x. circa finem: *Aristidis Thebani discipuli fuerunt*

*factum & filii Niceris & Aristippos, cujus est Satyrus cum scypho coronatus. in Ptolemaica pompa apud Dipnosophistam, non praetermissa est pars ista instrumenti Bacchici. ibidem etiam traducuntur cum thyrsis, tympanis, mitris, etiam προσωπα (intellige προσωπεῖα :) Σατυρικά και κομικά και τραγικά. ex quo intelligi potest, quod spectet persona illa quam gemma hac conspiciendam exhibet. Plutarchus De avaritia Dionysiacam transvestitionem veterum comparans cum recentiorum luxu: vetera, inquit, contemptui sunt, & obsoleverunt χερσισμάτων περιφερομένων, και ιματίων πολυτελών και ζευγών ελαυνόμενων, και προσωπέων. cui loco erit pro luculento commentario quintus liber Athenæi. Bacchas variò ornatu concinnari solitas & scriptorum testimoniis, & auctoritate peritissimi hujusce artificis liquidò constat. quæ pone Satyrum incedit, militari more amicta, crocotum infra genua non demittit, sagum non manuleatum cingulo astringit, in manu tamen ferulam hederâ involutam non thyrsim habere videtur. nam thyrsus eo etiam distat από νάρθηκος, quod acie lanceæ armatus esset thyrsus: ideo λογχωτός θυρσος, & θυρσόλογχον vocabatur. hujus verò gestamen omni ferro caret. auctor est Diodorus Siculus in quarto, ad vitandas verberationes ac cedes in vino prius frequentes institutum fuisse, ut Bacchi πρόσπολοι, necerentur νάρθηξι, και μη ξυλίναις βεκτηρίαις, ferulis, non autem baculis ligneis. thyrsi ab utroque extremo ferrati & aculeati, vocabantur διθυρσα λογχωτά, ut in epigrammate Agathiae*

scholastici, librò sextò, titulò ἀπὸ βακχευομένων.  
 Jam diximus videri Baccham *ναρθηκοφόρον* finis-  
 trā fructum è propinqua arbore decerpere. cogi-  
 temus tamen num sit potius Baccha eadem cro-  
 talistria, manu sublata crotalum qvatiens ad ob-  
 lectandum puerum. manus agitationem aliter,  
 qvamvis doctus artifex, exprimere non potuit.  
 idem dicendum, & de Baccha tympanistria, in  
 qva artem suam consummavit nobilissimus glypta.  
 ea Bacchum præcedit, cui ludos facit, incedens  
 terrorum more boum *ὀπισθονόμων*, & inter gra-  
 diendum ad numeros pedes simul movens, & ma-  
 nibus tympanum qvatiens: qvòd Agathias dixit  
 in epigrammate qvòdam, librò IV. *κύμβαλα  
 χερσὶ τινάξαι* apud poëtas & Clementem in Pro-  
 treptico habes multa de Bacchantium ludicris,  
 qvæ Orpheus appellat, *παίγνια καμπεσίγητα*:  
 vulgò poëtar *κρόταλα, κύμβαλα, τύμπανα, &  
 ῥόπτρα*. hæc Baccha nuda est, sed jactantur illi  
 à tergo vittæ aut lemnisci è corona pendentes:  
 nisi tamen est pannus humero dextro impositus:  
 cui non dissimiles erant panni qvi factiones Circi  
 distinguebant. Agathias in epigrammate qvò Bac-  
 cha vitæ genus mutatura artis instrumenta Bac-  
 cho dedicat, *περισφύριον* inter cetera recenset.  
 licet eam vocem interpretari de fascia, qvâ imus  
 pes implicatur: qvòd non malè aptari possit huic  
 figuræ, ubi circa tibiā dextram pannus iste vol-  
 vitur. fortasse tamen fasciarum pedulium Mæna-  
 libus propriarum genus aliquod, aut nescio qvæ  
 talaria intellexit Agathias: ejus verba sunt:

Πορ-

Πορφύρεϊς ἢ Κνιδίη τὰ στέμματα, καὶ τὸ δίθυρ-  
σον

Τοῦτο τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περιφύερον,  
Ἀβροκόμη Διόνυσσε πρὸ παστᾶδος ἠώρησεν.

Baccha αὐλητεῖς duas unō flatu tibias inflat : in  
nuptiis, & plerisque solennitatibus læti argumen-  
ti binis tibiis utebantur : ad monodias & planctus  
singulas adhibebant. hæ tibix longæ admodum  
& impareis in hac figura cernuntur : quod aliter  
habet in gemmæ sculptura, ubi pares sunt tibix :  
sed à prototypo discessit aliquantulum qui in ære  
sculpsit : vidimus & alias gemmas ubi Satyri &  
Bacchæ tibias geminas inflabant ; sed semper pa-  
reis : nisi quod propter rationes opticas tibiam  
quæ longius ab insipientis oculis abest, mini-  
mō minùs breviorē ab artificibus factam ali-  
quando observavimus. ceterum de tibiis longis  
brevibus, paribus imparibus, dextris sinistris,  
multa, eaqve sæpe inter se pugnancia Græci  
Latinique Grammatici : quorum sententias ven-  
tilare, non est hujus propositi. tandem enim ma-  
num de tabula.

## C A P U T. III.

DE perfecta ab arte SATYRICA. Genus illius in-  
vestigatur à partitione pœseos quæ apud Platonem  
& Aristotelem. locus Aristotelis illustratus & e-  
mendatus. οὐκ μὲν, non sequente οὐκ δὲ. differentia  
inter μιμεῖσθαι δρώντας & μιμεῖσθαι δρώντα. Δρα-  
ματικὴ & δαίμαλα, unde sint dicta ? locus insignis  
Aristotelis illustratur & ter quater emendatur.

E 5

περί-

περί τινος pro tragœdiam componere. Fabula unde dicta. Diomedis locus animadversus. Dramaticæ poëseos species variè recensitæ veteribus. nova earundem divisio. Finis dramaticæ. οἱ διδάσκαλοι. οἱ τοῦ γέλωτος ποιηταί. μίμοι γελῶντες. mimorū species, παίγνια, & ὑποδίνεις. Satyrice media inter tragœdiam & comœdiam. τραγωδία pro Satyrice: Horatii locus illustratur. Affinitas Satyrice cum tragœdia: item differentia. Affinitas Satyrice cum comœdia. L. Sullæ σατυρικὰ καὶ κωμῳδία. σατυρεῖζειν, & κωμῳδεῖν σατυρικὸς φίλος, κωμικός, τραγικός. Propria Satyrice, chorus è Satyris; item personæ ridiculæ. Burris. brevis fabula & simplicitas: dicacitas hilaris potius quàm palàm obscena: character versuum Satyricorum: Satyrice tragicis dramaticis interjecta aut subiecta. Mōs tragicorum poetarum, quaternis fabulis certandi. τετραλογία τραγικῶν & τελολογία. Colligitur definitio Satyrice. variæ tragœdiæ περιεχάσεις.

**E**XPOSITIS Satyrice nascentis adhuc & vix dum satis inchoatæ principiis, superest, ut de arte, quæ τὰ αὐτοσχεδιάσματα & excepit, & demum perfecit, hōc locō differamus: totamque ejus poëseos naturam accuratiùs paulò explicemus. Poëticen veteres in tria genera sunt partiti: τὸ διηγηματικόν, τὸ δραματικόν, Latinis, narrativum & activum: quodque ex utroque genere est mixtum. hujus partitionis auctor primus Plato: qui in III. De republica \*, postquàm dixit

περί

\* p. 394. edit. Henr. Stephani.

περὶ τῶν λόγων τῶν ποιητικῶν, id est, de sub-  
 jectis poëticis, quod non minus latè quàm  
 res ipsæ patet: differentias poëtarum explicat  
 ἀπὸ τῆς λέξεως, hoc est, ab ipso tractationis  
 modo. ponit autem species has: αἰπλὴν διήγη-  
 σιν, sive διήγησιν δι' αἰποιυτέλειας †: qualis fuit  
 poësis physicorum Empedoclis, Parmenidis,  
 & apud Latinos Lucretii: item dithyram-  
 bicorum ut plurimum: nam hos solos in ex-  
 emplum adducit Plato. deinde διήγησιν διὰ  
 μιμήσεως \*, qualis est in tragœdia & comœ-  
 dia:

† Hæc Platonis verba non intellexit doctissimus vir,  
 Joan. Serranus. Interpretatur enim, res magnificentius, &  
 ampullatius prolata: cum significetur simplex narratio,  
 ubi poëta ipse rem suâ nomine refert. Deceperit interpre-  
 tem, quod Plato subjungat, hujusmodi poësin esse di-  
 thyrambicam: quam sciebat Serranus ampullis gaudere.  
 Sed aliò hic respicit Plato; nempe quod in poësi dithy-  
 rambica poëta ipse loquatur, non personæ aliæ. Ita-  
 que hujus etiam generis est Lycophronis Cassandra. Vo-  
 lut & qui de rerum natura scripserunt: ut apud Græcos  
 Empedocles, & Parmenides: apud Latinos Lucretius:  
 vel qui egere de agricultura, ut Maro in Georgicis: item  
 γεωμολογοί, i. e. dictorum insignium, sive sententiarum  
 scriptores, ut Theognis. Sunt & fere hujus generis  
 omnia, quæ à Lyricis canuntur. Hos universos ampul-  
 lis uti, nemo sapius dixerit. Vide Voss. l. i. Instit. Poët.  
 c. i. §. 6. p. 3.

\* i. e. narrationem quæ fit imitando, idcirco μιμητικὴν  
 vel δραματικὴν, i. e. activam vocatam. Nempe imitatio-  
 nis vox, quæ totius est Poëticæ, hic pressius sumitur pro  
 ea, quâ Poëta non ipse loquitur, sed solum personas  
 representat, quibus omnem tribuat sermonem. Talis  
 est in Comœdiis & Tragœdiis.



dia : postremò τὴν δι ἀμφοτέρων περαίνουσαν \* : cujusmodi est heroica , & similes alia.

\* I. e. utrôqve modò perficientem. Atqve hujus tertiz formæ exemplum ipse Plato locò dictò sumit ex Homero, qvi principiò Iliadis ipsemet narrat, qvò pactò Chryses Apollinis sacerdos cum muneribus ad Græcorum naves accesserit, filiam apud Agamemnonem liberaturus. Tum subitò incipit narratio, ipsum qvippe Chrysen loquentem & Atridas simulqve Græcos obrestantem facit: v. 17. 18. f.

Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἱππῆμιδες ἀχαιοί.  
 Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.  
 Ἐκπύεσθαι Πριάμοιο πόλιν -----

Et hæc ratio, ut nunc Poëta, nunc loquantur alii totâ Iliade & Odyssæâ, totâqve custoditur Æneideæ ac Pharsaliâ, uti & in similibus de Heroum æ præstantium virorum gestis; qvin &, ut ait Plato, in omni Epica Poësi custodiri servariqve debet; quare & Epopœia vulgo mixtam ad Poësin refertur, eò qvòd Poëta Epicus personas etiam directâ orationis loquentes inducat. Sed cogitari oportuit, sic quoqve solum esse poëtam, qvi narret. Nimirum similis est ratio, atqve in historia; ubi orationes etiam exponi debent, quia illæ sæpe præcipua fuere eventûs caussa. Nec propter orationes eas historia ad dialogorum pertinet naturam: quia orationes sunt pars narrationis historicæ. Similiter nec sermones alieni, quos poëta imitatur, induunt naturam dramatis: cum pars sint narrationis à poëta in propositione operis promissa. Par igitur ratio est, sive poëta res gestas exponat, sive orationes referat: sive item oratione utatur obliquâ, sive directâ: cum ea res non variet *εὐρίαν*, sive *naturam*, quia utraqve suò nomine poëta referat; contrâ quàm sit in dramate, ubi nihil suò nomine loquitur. Illius secundi generis exemplum eodem à Platone ponitur Tragœdia & Comœdia. Ibi enim ipse nihil Poëta loquitur. In primo genere collocat Ditbyrambicos, *iam-*

aliæ. Aristoteles verò, quum familiari sibi subtilitate universæ poëseos species omnes ad tria imitationis capita esse referenda docuisset, c. I. τὸ μιμεῖσθαι ἕτερα, ἢ ἑτέροις, ἢ ἑτέρως \*: postremum membrum declarat his verbis: c. III. Ἐτι δὲ τούτων τρίτη διαφορὰ, τὸ, ὡς ἕκαστὸν τούτων μιμήσαιο ἂν τις· καὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαι ἔστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἑτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὀμηροῦ ποιεῖν ἢ ὡς τὸν αὐτὸν, καὶ μὴ μεταβάλλοντα. ἢ πάντας ὡς πρᾶξιοντας καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους. habes

namque illi præma, quod in honorem Liberi Patris celebrabant, tumidum & sonorum faciebant, alienam personam non induebant, sed ipsi tanquam ex ore suo omnia pronuntiabant.

\* Verba Philosophi hæc sunt : Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων τρεῖσιν. ἢ γὰρ τῷ γένει ἑτέροις μιμεῖσθαι, ἢ τῷ ἑτέρως, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον. Differunt autem inter se tribus, aut quòd rebus genere diversis imitantur, aut quòd alia, aut quòd aliter, & non eodem modò. Genera diversa sunt ea, quæ adhibent ad imitandum artifices; pictor enim coloribus, marmore statuarius, voce, ac verbis poëta utuntur. Quibus instrumentis genere diversis diversa imitatio subest. Tria verò sunt poëtica instrumenta: Oratio, Harmonia, Rhythmus. Res diversæ sunt, quæ vel naturâ, vel ex accidente differentes adsumuntur ad imitandum; quia enim inter se differunt, etiam illarum imagines differre par est; ut leo, canis, homo. Poësis quidem pro rebus diversis personas habet, quæ vel meliores, vel deteriores, vel inter has mediæ sunt. At modus diversus est triplex, Exegematicus, sive narrativus: Dramaticus: & ex utroque Mixtus. Et de modo qui-

bes in his verbis tres illas species expressas,  
qvæ

quidem constat; de instrumentis, & de rebus non item. Igitur Oratio quæ prima in genere diversim numeratur, carmen est, ac meretricus sermo. Harmonia est musicus concentus; mos enim erat, ut quæ recitarent actores in prosœnio, melici deinde ad tibias, & modos, etiam cum choreis imitarentur è pulpito. Sic, narrante Suetoniô, c. xxi. Nero Tragedias cantavit personatus. quamquàm tum fortasse aulicorum cantus sine recitatione fuit. Rhythmus est mimorum saltatio. Nam similiter veteres, quæ dicebantur in scena, representare saltando solebant in orchestra. quæ infima pars pulpiti erat, & à saltatione, quæ ὀρχησθαι dicitur dicta. Hi verò mimi, qui & planipedes, hoc est nudis pedibus agentes, argutâ totius corporis gestikulatione, motu, saltuque quod alii recitarent, referebant: usque agentibus cessabat recitatio, sicut canentibus phonæcis. *Lucian. lib. de salt. & Anton. Riscobon. in c. 1. Arist.*

Jam quæ personæ dicuntur meliores? quæ deteriores? quæ mediæ? Varia hæc interpretum factio. Alii peiorum nomine infimos, ac plebejos, meliorum verodynnastas, ac reges: alii contrà hos virtute præstantes, illos vitiô affectos intelligunt: alii utramque sententiam probant. Ego in priorem inclino, ratione compulsus, quam potissimum Tragedia suppeditat: quæ genere præstantes, non tamen virtute adumbrat. Nam tradente Aristotele, C. 11. *Poet. extr.* Tragedia differt à Comœdia. ἡ μὲν γὰρ χεῖρον, ἡ δὲ βελτίους μιμῶσθαι βούλειαι τῶν ὄντων. Hæc enim humiliores, illa verò præstantiores vult imitari, quam qui modò sunt. Ex eisdem Tragediæ, ut idem tradit, C. v. similis est Epopœia, μέτερον μὲν λόγου μέγιστος εἶναι σπουδαίων, quòd metricò sermone præstantissimè imitatio est. Atqui in Tragedia præstantes quidem genere, sed virtute non sunt. Talis enim potissimum

quos ante atulimus ex Platone : cuius ubi-  
 rem & fufam difputationem cum in pauciffi-  
 ma verba contraxit. Ariftoteles, & brevitate  
 orationis, & locutione ipfa lectoris attentio-  
 nem excitavit : nam ἢ ἑτερόν τι γυμνόμενον δι-  
 xit, pro eo quod erat ufitatus, ὅτε δὲ ἑτερόν  
 τι γυμνόμενον : præceffit enim, ὅτε μὲν ἀπαγ-  
 γέμενται. hoc autem vult : fie poffe imitation-  
 nem institui, ut in aliis poëta ipfe narret, in  
 aliis perfonam fuam mutet, & aliud quid fiat.  
 fic Homerus modò fuam ipfius perfonam fu-  
 ftinet, modò Chryfis aut Achillis : quod di-  
 xit Plato ἀμοιβῶν ἐκ τὸν ἄλλω : & λέγειν ῥησὶν τῶν  
 ἄλλων ὄντων. fed non folum homines in  
 poëfi loquentes introducunt poëtae : verum  
 & deos, & bruta quoque interdum animalia  
 ut Achillis equos Homerus, & flumina alias-  
 que res inanimatas : ideo confuleius Ariftote-  
 les, ἑτερόν τι γυμνόμενον : quàm Plato, ὡς τῶν  
 ἄλλων ὄντων : mutatio enim genere omnia est com-  
 plexus

potiffimum is deberet effe, qui occiditur à pravis Tiran-  
 nis, & primas agi partes in Tragedia. Verum eodem  
 docente, Poët. c. XIV. ἔστι δὲ τοιοῦτος ὁ μῆτις ἀρετῇ δια-  
 φέων, καὶ δικαιοσύνη. Est u, qui nec virtute, nec justi-  
 tiâ antecellat. Quos igitur præftantes, eos non subli-  
 mitate virtutis, fed generis, & familiaris voluit effe.  
 Quod fi hos nuncupat πάλους, σπουδαίους, χεῖρονας,  
 βελτίους, quæ nomina videntur fignificare mores, vir-  
 tutes, ac vitia; iidem dicuntur ἐπιφανείς, illuftres, ὅτις  
 ἐν μεγάλῃ δόξῃ, καὶ εὐτυχίᾳ, Conftituti in magna gloria,  
 & bona fortuna. quæ præftantiam generis declarant.

plexus accuratissimus Stagirita. hætenus prima species, quæ meliùs Platoni tertia est: sequitur secunda, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα, quando idem semper est poëta, neque alienam ullam suscipit personam: & ut eleganter ait Plato, μηδαμοῦ ἑαυτοῦ ἀποκρύπτεται. in philosophi verbis repetendum ex præcedentibus, ἔστιν μιμεῖσθαι. de tertia specie sic: ἢ πάντας ὡς πράττειντας, καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους: hæc quoque repetenda illa, ἔστιν μιμεῖσθαι. omnino autem legendum πάντα, non πάντας †. ita penitus profligata erit difficultas hujus loci, quæ magnos viros torisit. licet, inquit philosophus, etiam hōc modō imitari, ut sic omnia imitatione suâ exprimant poëtæ, quasi ipsi agerent, & in rerum ipsarum actu versarentur, non otiosi in cellula scriberent. doctè & acutè distinxit Aristoteles inter ista duo: μιμεῖσθαι δρῶντας, *imitari eos, qui agunt*, quod pertinet ad caput, ἃ μιμοῦνται: & μιμεῖσθαι δρῶντα, *imitari agendo*, quod est proprium capitis πῶς μιμοῦνται. illud poëtis omnibus est commune: nam omnes imitatores sunt, non sanè feriantium  
ho-

† At πάντας habet & Dan. Heinsius in c. 111. p. m. 238. Aristotelis de Poëtica libelli, ipso ab Heinsio, suis cum notis & interpretatione editi ac doctissimo de Tragædiæ constitutione libro subjuncti; Lugdun. Batav. c15. 12c. XLIII. in 12. qui tamen nullius difficultatis in notis meminit, quin nec locum tangit.

hominum, sed qui aliquid agunt, & quatenus illud agunt. μιμοῦνται γὰρ οἱ μιμούμενοι πρῶτοντας, inquit philosophus initiō capitis secundi. ideo dicebat idem in ipso libri hujus principio, omneis in universum poëseos species, τυγχάνειν οὔσας μιμήσεις τὸ σύνολον : quæ sententia quum à Platone variis locis sit tractata : idem tamen generalem appellationem aptavit speciei, cum dramaticam poësim nominavit, sicut antè retulimus, διήγησιν διὰ μιμήσεως. nam etsi imitantur omnes poëtæ, expressior tamen est eorum imitatio, qui non rem gestam referunt : verum quodammodò gerunt : dum dissimulatâ personâ suâ alios introducunt, qui coram spectatoribus res ipsas agant. hinc ortæ hujus poëseos duæ appellationes : μιμητικὴ enim dicta est, propter imitationis præstantiam : & δραματικὴ, propter actionem. Diomedes, librò III. † *Poëmatis genera sunt tria : aut enim ætivum, vel imitativum, quod Græci δραματικόν, vel μιμητικόν : aut enarrativum vel enunciativum, quod Græci ἐξηγητικόν, vel ἀπαγγελτικόν †† dicunt : aut commune vel mixtum, quod Græci κοινόν, vel μικτόν appellant* \*.

cur

† col. m. 479. edit. Hanovienf. m. dc. v.

†† Malè est in meo, ἀπαγγελτικόν.

\* Reliqua Diomedis verba, cum non parum præsens inlustrent negotium, operæ addere duco pretium : Δραματικόν, vel ætivum est ; in quo personæ agunt solæ, sine ul-

eur autem δραματικὴ ποῆσις hæc sit dicta,  
 & ποῆματα hujus generis δράματα sint ap-  
 pellata, luculentô locô docuit philosophus:  
 qvum in ore sit omnibus, nemo tamen  
 adhuc, qvôd sciam, gravissimarum mendarum  
 lectores admonuit, qvibus maculata sunt  
 ipsius verba. qvare non prætermittenda no-  
 bis occasio de tantq auctore bene morendi.  
 sic ille capite tertio: ἐν τρισὶ δὴ ταύταις δια-  
 φοραῖς ἡ μίμησις ἐστίν, ὡς εἶπομεν κατ' ἀρχαίς,  
 ἐν οἷς τε, καὶ ᾧ, καὶ ᾧ. ὥς, τῇ μὲν ὁ αὐτὸς  
 ἀν. εἴη μιμητὴς Ομήρῳ Σοφοκλῆς· μιμοῦνται,  
 γὰρ ἄμφω σπουδαίους· τῇ δὲ Λεξικοφάνει· παραίτων-  
 τας γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντας ἄμφω· ὅθεν, καὶ  
 δράματα καλεῖσθαι τινες αὐτὰ φασιν, ὅτι μιμοῦν-  
 ται δρῶντας. qvum in tribus posita sit imi-  
 tatio, qvibus, qvæ subjecti locum obtinent:  
 (philosophus vocat ᾧ:) instrumentis, ἐν  
 οἷς, id est, per qvæ fit imitatio: & ὡς, si-  
 ve modô: rectè colligit Aristoteles, posse  
 eum-

lius poeta interlocutione. Ut se habent Tragica, & Comica  
 fabula. Qvô genere scripta est prima βουκολικῶν, &  
 ea, cujus initium est, Qvô te ἔλαρι pedes? Εἰρηνηστὴς est,  
 vel enarrativum, in qvo poeta ipse loqvitur, sine persona ul-  
 lius interlocutione. Ut se habent tres Georgica, & prima pars  
 qvarti. Item Lucretiana carmina, & ceterabis similia. Κοινὸν  
 commune, vel μικτὸν mixtum est, in qvo poeta ipse loqvitur,  
 & personæ loqvntes introducuntur. Ut est scripta Ilias, &  
 Odyssea tota Homeri, & Aeneis Virgilii, & cetera his si-  
 milia.

eundem poetam pluribus diversis generis poetis ratione aliquâ similem esse, affert exemplum Sophoclis: qui subjecti ratione habitâ, Homero similis: bonos enim ambo imitantur: at modum si spectes imitationis, cûm Aristophane illi convenit: *ambo enim, inquit, eos imitantur qui agunt geruntque aliquid.* Ita quidem vulgata lectio: quam esse interceptissimam, clarum ex his quæ ante diximus, philosophus heic certam notam indicare voluit, quâ poësis dramatica à ceteris distingueretur: quæ profectò ea esse nequit, quam ista scriptura exhibet: quandoquidem omnibus poësis commune est, τὸ μιμεῖσθαι θεῶντας, ut jam probavimus, quæ igitur illa nota? certò certius scripsisse philosophum, ἀνθρώπους γὰρ μιμούμεναι, καὶ θεῶντας ἀνθρώπων \*. rationem superius attulimus: quæ quum manifestissima sit, mirari subit tantæ ἀνομιᾶς, non venisse in mentem viris doctissimis & acutissimis, qui elaboratissimos in eum libellum commentarios ediderunt. vertendum autem,

\* Heins. hunc locum sua in edit. p. m. 238. ita exhibet: ἀνθρώπους γὰρ μιμούμεναι καὶ θεῶντας ἀνθρώπων. Ut ita, quod ad θεῶντας attinet, fortè habuerit codicem, qui ita legere, &c. sic Casaubonus non primus hoc ἐφύλαξεν observavit. Quia enim Casauboni Heinsius non meminit magni aliàs amici sui, nec in notis aliquid ad h. l. memorat, dubium non est, quin se res ita habeat, ut scripsi.



tem, ut philosophi ratio exprimatur, *ambo enim agendo faciendoque imitantur* †: non *agentes facientesque*, quod propter τὸ ὁμόπλωτον, quarti casus cum primo, Græcè imperitum fallit. similiter corrupta sunt, & quæ sequuntur: nam & ibi proculdubio legendum, ὅτι μιμοῦνται δρῶντες ††, non δρῶντας: quod falsum esse & ineptum, similes loci evincunt, quos prætermitto. sic accipiendum in definitione tragædiæ vocem δρῶντων. & inde πράττειν pro τραγωδοποιεῖν, tragædiam componere, idem usurpat: ut in illo ipso capite sexto: οὐκ οὐν ὅπως τὰ ἥθη μιμήσονται πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἥθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις \*. quid ineptius verò lectione vulgarâ, quæ δράματα vult dici ab imitatione δρῶντων? imò verò, ut ποιήματα appellantur, ἃ ποιεῖται, διδάγματα ἃ διδάσκεται, κόμματα ἃ κόπλεται: sic omnino δράματα dicta sunt, ἃ δρᾶται, vel quod idem est, ἃ δρῶντες μιμοῦνται: non ἃ μιμοῦνται δρῶντας. in hanc sententiam scribunt γραμματικῶν παῖδες, appellata esse δράματα διὰ τὸ μιμηλῶς ἐν τῇ θυμέλῃ.

† Heinſius vertit: *Agendo enim ac agentes imitantur.*

†† Et ita habet Heinſius.

\* Eamdem lectionem reperio in Dan. Heinſii libro, p. m. 248. nisi quod pro οὐκ οὐν sit οὐκ οὐν, post μιμήσονται comma, & pro περιλαμβάνουσι, περιλαμβάνουσιν, nullâ ferè differentiâ.

μέλη δράσθαι. ita Græci: Diomedes quoque: δράματα dicuntur tragica aut comica, παρὰ τὸ δράν, id est agere. Latini δράματα vocârunt fabulas: quæ de voce ibidem subiicit Diomedes: *Latinè fabula appellantur, sive factibula* †: in Latinis enim fabulis plura sunt cantica quæ canuntur. vel à faciendo: nam & agi fabula non referri ab aëtoribus dicitur. duo affert veriloquia istius vocis: prius, quò fabulam vult dici à fabulando, quasi *fabubulam*. ita enim corrigendum: & statim pro *plura*, scribendum *pauca*. falsissimum enim est, in Latina fabula plura esse, aut multa cantica: quum ferè in totum dramatica Latinorum choris caruerit & canticis. adde quod repugnat manifestò ea lectio auctoris menti: qui *fabulari* & *canere*, quasi verba res contrarias significantia separat. à  
ver-

† At in mea Hanoviensi, quam Helias Putschius annò M. DC. V. in 4to. curavit, col. 488. est *fatibula*. Voss. lib. 11. Instit. Poët. c. 11. §. 1. p. 6. videtur habuisse exemplum Diomedis quod legerit *factibula*: Non desunt, inquit, qui, ut Græcis est δράμα ἀπὸ τοῦ δράν, quod est agere; sic Latinis à faciendo fabulam dici putârint. Nempe ut à Supino factum sit factibula; inde fabula, quod apud Diomedem legas. Iude & corrigendum, istud *fatibula* in meo codice puto, qui aliàs quoque non ubivis satis castigatus & correctus est; sic in hoc ipso loco sub alpha in δράν; joza subscriptum non est.

verbo autem facio\*, ita formari vox *fabula* potuit, quasi *factibula*, ut à *verto vertibula*, à *flecto flectibula*, à *mando mandibula*, & à *peste pestibula*, quod verbi extat in antiquis libris Codicis Justiniani. Species dramaticæ poëseos, nobilissimæ sunt Tragediæ & Comœdia: itaque apud Platonem, Aristotelem, aliosque auctores, locis quàm plurimis omneis τῆς δραματικῆς species, quæ multæ sunt, duobus hisce nominibus comprehenduntur. pelerique Satyricam dramaticæ tertiam speciem numerant; ut Macius Tzetzes, aliiqve. sunt qui species illius in utraqve lingua quatuor faciant. Diomedes, lib. III. (col. 480. edit. Putsch.) *Poëmatis dramatici vel activi genera sunt quatuor; apud Græcos, tragica, comica, Satyrica, mimica: apud Romanos pretextata, tabernaria, AtteUana, planipes.* ceterùm partitionem hanc meliùs instituas, à contemplatione finis. Quod enim scribit Aristoteles in octa-

v6

\* At omnino *fabula* est à verbo *fari*, ut in V. de LL. ait Varro, p. m. 55. princip. edit. Dardrechtan. 1629. Nempe ut ab *exoratum*, *exorabulum*; à *mendicatum*, *mendicabulum*; sic à *fatum*, *fabula* defluxit. Vel à *φαίω*, ut *pabulum* à *πάω*, unde *paseo*. A qua sententia non longè recedunt, qui à *paseo* dicunt esse *pascibulum*, inde *pabulum*: & à *fabulor* esse *fabulula*, inde *fabula*. Sed Vossio in *Etymolog.* p. m. 202. a. & lib. II. Instit. Poët. c. II. p. m. 6. *fabulor* est à *fabula*, hoc à *fando*, ut dixi.

De republica, universam musicen ad  
 tria esse utilem, παιδείαν, καθάρσιν, διαγωγὴν,  
 ad docendum, ad liberandum ab affectibus,  
 ad oblectandum: id in dramatica pœsi, quam  
 ipse nominat θεατρικὴν μουσικὴν præcipuè lo-  
 cum habet. παιδείαν quidem adeò sibi vindic-  
 ant hujus musices poëtæ, ut διδασκάλων ap-  
 pellationem & docendi verbum propria sibi fe-  
 cerint apud Græcos pariter & Romanos: de  
 quo multa observabamus cognitu digna ad A-  
 thenœum, lib. VI. c. VII. & sæpe in Græco-  
 rum libris, οἱ διδάσκοντες sunt comici aut tra-  
 gici. Liberandi verò ab affectibus partim eam-  
 dem, partim diversam viam hi poëtæ sunt in-  
 gressi. in eo conveniunt, quòd τῇ καθάρσει  
 τὴν διαγωγὴν, oblectationem cum medicina  
 miscuerunt: diversitas in eo longè maxima,  
 quòd ad conciliandam in auditorum animis  
 voluptatem, alii cum admiratione rei inex-  
 spectatæ commiserationem, & lacrymarum  
 irritationem adhibuerunt: est enim etiam la-  
 crymarum naturalis quædam homini voluptas:  
 alii, cum eventuum novitate risum & jocum  
 miscuerunt: quos propterea τοὺς τοῦ γέλωτος  
 ποιητὰς Græci dixere. prioris generis est Tra-  
 gœdia: quæ, ut in ejus definitione ponit  
 philosophus \*, δι' ἐλέου, καὶ φόβου περαίνει  
 τὴν

\* lib. de Pœtica, c. VI.

τὴν τῶν παθημάτων κάθαρσιν. posterioris, Co-  
mœdia: quam philosophus, c. v. de Poëti-  
ca, docet esse imitationem pravarum actio-  
num; non quidem promiscuè, κατὰ πᾶσαι  
κακίαν, inquit: sed earum solùm quæ ad-  
mixtum habent τὸ γελοῖον. risum enim co-  
mici sectantur: verùm moderatè & certè  
lege. distat enim longè comœdia ab obscœ-  
nitate & lasciva procacique imitatione mi-  
morum: quorum comparatione imitatio  
comica jure σπουδαία μίμησις dici mereatur:  
comici poëtæ, μιμηταὶ σπουδαῖοι. Ulpianus  
ad Philippicæ secundæ illa, μίμοι γελοίων  
ἀναγκαῖον, ait, τὸ τῆς προσθήκης. οὐχ ἅπαντα  
γὰρ μίμησις γελοία τυγχάνει, ἀλλ' ἐστὶ καὶ σπου-  
δαία. ἡ γὰρ τραγωδία, μίμησις ἐστὶν ἡθῶν, καὶ  
παθῶν· καὶ ἡ κωμωδία μίμησις, καὶ οἱ μίμοι  
Σώφρονος. Mimorum autem apud veteres  
plures ideæ fuere in usu: breviores quidam,  
licentiâ dictorum, sive dicteriorum, & scur-  
rilitatis impudentiâ bonis omnibus odiosi:  
alii prolixiores, & ad naturam comœdiæ  
propius accedentes. illos vocabant παίγνια:  
hos, ὑποθέσεις & dramata. Plutarchus, Sym-  
posiacorum librô vii. probl. viii. μίμοι  
τινὲς εἰσιν, ὧν τοὺς μὲν ὑποθέσεις, τοὺς δὲ παί-  
γνια καλοῦσιν· ἀρμόζειν † δὲ οὐδέτερον οἶμαι  
συμ-

† Mea Parisina m. dc. xiv. p. 712. E. habet  
ἀρμό-

συμποσία γένος· τὰς μὲν ὑποθέσεις διὰ τὰ μήκη  
 τῶν δραμάτων, καὶ τὸ δυσχορήγητον. τὰ δὲ παί-  
 γνια, ὅτι πολλῆς γέμει βωμολοχίας καὶ σπερμο-  
 λογίας. idem eruditissimus scriptor in libro,  
 quò terrestria & aqvatilia animalia compa-  
 rantur, mimo tribuit πλοκὴν δραματικὴν, καὶ  
 πολυπρόσωπον. quo ex loco apparet, mimo-  
 rum tantam fuisse vilitatem, ut ad agendum  
 mimum canes histrionicam doctos interdum  
 adhibere non erubuerint planipedes. Inter  
 duo hæc dramaticæ poëseos genera, tragœ-  
 diam & comœdiam, SATYRICA fuit,  
 neque huic, neque illi per omnia similis:  
 sed utriusque naturam propriò modò quò-  
 dam participans. Postea enim quàm per-  
 fecta fuit tandem tragœdia, convenientem  
 illam sibi maiestatem consecuta, cujus gra-  
 tiâ dicitur philosopho ἀποσεμνωθῆναι, Sa-  
 tyris exclusis, & lasciviâ priore mutatâ:  
 cœpère tragicæ asperitatis & mœsti superci-  
 llii diverticula quæri à spectatoribus: quo-  
 rum desideriis ut satisfacerent tragœdiarum  
 poëtæ, revocatis Satyris, quos tragœdia  
 exclu-

αἰετόζει & οἶμαι in parenthesis; non verò post γένος  
 punctum. Versio Latina talis adposita est: *Mimorum*  
*alii argumenta, alii ludicra adpellantur. Neutrum, ut ego*  
*arbitror, genus convivio conveniens: argumenta ob longi-*  
*tudinem actionum, & sumptuum difficultatem; Ludicra,*  
*quòd scatent scurrilitate & inanitate verborum.*

excluserat, vetustissimum inventum Satyrici chori in scena lascivientis, novâ facie induerunt, & ad similitudinem tragicæ fabulæ, Satyricam concinnare instituerunt. Diodorus, (lib. III. col. 488. edit. Hanov.) *Satyrica est apud Græcos fabula, in qua item tragicæ poëtæ, non reges aut heroes, sed Satyros induxerunt, ludendi causâ jocandique \*, ut simul spectator inter res tragicas seriasque Satyrorum quoque jocis & lusibus delectaretur, ut & Horatius † sentit his versibus: Carmine qui tragicô vilem certavit ob hircum, Mox etiam agrestis Satyros nudavit, & asper Incolumi gravitate jocum tentavit: eò quòd Illecebris erat & gratâ novitate morandus Spectator. eadem pene verba apud Marium Victorinum, De metris, librô II ††. nihil mirum igitur, appellatione tragicæ Satyricam non rarò intelligi: quippe quæ non solum inventa fuerat à tragicis poëtis: sed etiam tragicarum fabularum comes semper & quasi ἰφύλιος fuit, atque adeo quasi species quædam tragicæ: Diodorus Siculus, librô IV. καὶ Σατύρους δὲ φασὶν αὐτὸν Bacchum, περιάγεσθαι καὶ τοὺτους ἐν ταῖς ὁρχή-*

\* In cist. mea edit. Putschiana est: *jocandique simul ut spectator &c.*

† in Arte, v. 220. f.

†† col. m. 2527. edit. Hanov. m. DC. v. in 4to, quam Helias Putschius curavit.

ἀρχήσιν, καὶ ταῖς τραγωδίαις τέρψιν, καὶ πολλήν ἡδονὴν παρέχουσθαι τῷ θεῷ. nisi tragœdias dictionem heic accipias veteri illâ notione, de qua primò capite diximus, necessario de Satyrica intelligere debes: nam vera tragœdia Satyrorum genus omne, aspernatur. ita omnino accipi debet vox *tragœdia* in illo Horatii versu 231. ex Arte: *Effutire leuæis, indigna tragœdia versus.* ἀναξία ἡ τραγωδία φλυαρεῖν. hoc est: οὐκ ἄξιον ἐν τραγωδίᾳ καὶ σατυρικῇ φλυαροῦσθαι. nam & quæ præcedunt, & quæ sequuntur ad Satyrica dramata pertinent. Græcorum imitatione ita locutus: qui ut antea diximus, tragœdiæ appellatione passim etiam Satyricam intelligunt. & poëmæ Satyrorum dramatum rarò aliter quàm τραγικούς ποιητὰς nominant. Affinitatem sane quam habet Satyrica cum tragico cothurno, arguit etiam personarum, quas introduxit, qualitas: quæ vel planè eadem sunt (chorum semper excipimus:) ex quibus componi solitæ tragœdiæ, ut capite sequente sumus dicturi: vel etiam maioris dignationis, admirationis & τερατείας: ut Centauri, Cyclopes, & è diis etiam aliqui non nunquam. hoc autem à comœdiæ socco alienissimum: quæ definita est à sapientibus, ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιόχῃ. privata civilisque fortune sine periculo.



*lo comprehensio.* migrant enim communem legem sui carminis & Aristophanes & Plautus, cùm deos, heroas, reges in dramata sua admittunt, etsi factitâsse idem alios è Græcis comicis ad Athenæum observabamus. Sunt & plura alia Satyricæ communia cum tragœdia: de cujus proprietatibus, & partibus cùm qualitatibus, tùm quantitatibus, quæ scribuntur à subtilissimo philosopho, pleraque omnia exceptis nonnullis, etiam in hac locum habere, palàm facient quæ de Euripidis Cyclope, fabula Satyrica, capite libri hujus sextô dicturi sumus. Græci critici hoc differre Satyricam à Tragœdia scribunt, quòd hæc tristitia solùm & planctus contineat: illa planctus hilaritate quâdam temperet: ac ferè quum sit initiô tristis & impedita, in gaudium tandem definit. Isaacius Tzetzes: διαφέρουσι πρὸς ἀληθείας ἡ τραγωδία, καὶ οἱ Σάτυροι, ὅτι ἡ μὲν τραγωδία θρήνους μόνον ἔχει, καὶ οἰμωγὰς· ἡ δὲ Σατυρική συγκιρνᾷ ταῖς ὀλοφύσεσιν ἰλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾷ εἶναι. Demetrius Phalereus Satyricam appellat παίζουσαν τραγωδίαν: tragœdiam quidem, sed ludentem: quum à vera tragœdia sales & risus penitus exulent. Origenes contra Celsum, tomo VII. de tragœdiarum, & Satyricarum poëtis vel histrionibus: οἱ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, καὶ τῆς

τῆς ὀσχρήστρας τοῦ τυχόντος ἄθλου ἕνεκεν ἀγωνι-  
ζόμενοι· καὶ ὅπου μὲν λύπας καὶ οἴκτους τοῖς θεα-  
ταῖς ἐμποιοῦντες· ὅπου δὲ ἀσέμνους γέλωτας·  
τοιοῦτον γὰρ τι βούλεται τὰ σατυρικά δράματα.  
Propter risum igitur ac jocos & lasciviam  
merito satyrica comœdiæ propior quàm tra-  
gœdiæ vulgo habitâ. quàmobrem Latinî  
cum Græcorum satyricis non alias compo-  
nunt fabulas, quàm Attellanas, ut librô se-  
quente dicetur. & doctissimus vir Athenæus  
fabulas à Sulla compositas, quæ vel Attel-  
lanæ fuerunt, vel tabernariæ, aut certè mi-  
mi quidam, appellat σατυρικάς κωμωδίας,  
librô sextô. inde etiam est, quod σατυρίζειν  
& κωμωδεῖν, ut cognatæ notionis voces ab  
optimis scriptoribus pro eodem usurpantur.  
Clemens Alexandrinus in Protreptico: σκη-  
νὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν, καὶ τὸ θεῖον ἡμῖν δρᾶ-  
μα γεγένηται· καὶ τὸ ἅγιον προσωπέοις δαιμό-  
νων κεκωμωδήκατε, τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν δεισι-  
δαιμονίᾳ σατυρίσαντες. pro traducere & in ar-  
gumentum contumeliosi risus vertere, u-  
trumque verbum posuit. sic etiam pro inho-  
nesto ac turpi σατυρικός, aut κωμικός dicunt  
Græci; quum contra iisdem τραγικός, idem  
sit atque honestus & gravis. Plutarchus de  
discrimine adulatoris & amici: καὶ ὅλως, in-  
quit, de vero amico, τραγικός ἐστίν, οὐ σα-  
τυρικός φιλίας ὑποκριτής, οὐδὲ κωμικός. idem  
in

in vita Galbæ: τὰς δὲ θωρακὰς αὐτὸς Νέρων ἔδωκεν, ἀνηλώκεσαν οἱ πλείστοι τῶν λαβόντων, ἐφήμεροι, καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἀνδρωποὶ. at in Catone Censorio ejusdem, qvô locô dicitur Socrates σατυρικὸς καὶ ὑβριστής, longè aliter ea vox intelligenda. respicit enim ibi ad Platonis locum, qvem superius, p. 74. attigimus, cùm de Satyrorum ingenio loqueremur. Proprium carminis hujus ante omnia fuit, qvòd semper è Satyris chorus constabat, qvi in tragœdiis pro argumenti diversitate variabatur. personæ etiam pleræque ut plurimum ridiculæ, etsi non omnes: velut in Euripidea Cyclope Ulysses. Diomedes (col. 488. edit. Hanovient.) In Satyrica ferò Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridicula similes Satyris, Amolycus, Burris. fortasse scribendum, Busris. Nam Burris iste ex Græcorum pœsis mihi non est notus †. Lectionem verò quam restituimus, etiam in optimo Codice Puteano postea invenimus. Propria etiam Satyricæ videtur fuisse fabulæ simplicitas, & brevitās: qvum contra

in

† Si sequentiā, quæ primus ex addendis Textui insero, legisset Vossius, fortè lib. 11. Instit. Pœticar. c. xix. §. 10. p. m. 97. non scripsisset: Pro Burris Casaubonus malit Busris: Sed non fuerit ea persona ridicula; Quare censeo, fuisse id Burri nomen in Dramate aliquo deperditò. Burras à πύρρος, unde & Terentii Byrrhia. Quæ Vossius.

in tragœdiis necessariam esse magnitudinem, tot locis repetat Aristoteles. id nempe fuit tragicorum poetarum ζῆλον: at satyrica dramata velut pictorum parerga. Tragœdiam philosophus laudat, c. xiv. de Poëtica, quæ argumentô constat non simplici, sed implicitô: vult enim esse τὴν τοῦ μύθου σύστασιν οὐχ ἀπλὴν, ἀλλὰ πεπλεγμένην: quæ locum facile præbet περιπετείας τε καὶ ἀναγνωρισμοῦ. magnæ nimirum laudi poetæ adscriptum, si fabulam, quæ tragœdiæ anima, sic contexeret, ut longè quævis episodius opus non esset. quando enim ex ipsa fabulæ constitutione casus insignes prædibant, & agnitiones insperatæ, crescente episodiorum numero simul tragœdia crescebat, quæ populo Atheniensium, otio & ignaviæ affveto, eò gratior erat quò longior. at in Satyricis πολλὴ tanta non fuit: sed ἀνευ περιπετείας \*, καὶ ἀναγνωρισμοῦ ἀπλῇ μετὰ βραχείᾳ. certum ejus rei indicium facit nobis Euripidis Cyclops: qui eam ob causam vix septingentorum est versuum, quùm pleræque veterum tragœdiæ alterô tantô sint longiores: quædam etiam à versuum numero circiter trecentis non procul absint. Propria quoque Satyricæ fuit sua quædam dictio ac dicacitas: quæ de re quùm nulla existent apud Aristotelem præ-

\* vide Aristotel. c. xi. Poëtic.

præcepta : Horatius contra in Arte , hanc partem diligentissimè est exsecutus : elocutionis puræ sed negligentius cultæ ita meminit, v. 234.

*Non ego inornata & dominantia nomina solum*

*Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo.*

de charactere inter tragicum & comicum medio, sic, v. 236.

*Nec sic enitar tragico differre colori,*

*Ut nihil intersit Davusne loquatur, & audax*

*Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,*

*An custos famulusque dei Silenus alumni.*

etiam de genere dicacitatis & modo in hac parte servando, ne ad vilitatem comoediæ tabernariæ accedatur, aut obscœnitatem mimicam multa prudenter ibidem præcipiuntur : quæ inde petantur. Hôc amplius habuit Satyrice & genera quædam versuum sibi priorum, non secus ac tragoedia & comoedia. Satyricorum autem metrorum hic fuit character, ut tragicis remissiora, comicis astrictiora, inter horum solutam licentiam & illorum observationem exactam, medium servarent. Sic differt jambicus qui dici-

dicitur satyricus, à tragico & comico. Græci  
 metrici: ἴδιον σατυρικοῦ iamβικοῦ τὸ μέτρον εἶναι  
 τραγικοῦ καὶ κομικοῦ· ἤγουν δέχασθαι καὶ τοὺς  
 τρισυλλαβούς, (plures intellige in uno versu:  
 quod ægrè in tragico jambico licitum in una  
 sede:) μὴ κατακόπως δέ· αἶον, Ἡδὲ ἄγχιος ὑφίκε-  
 ρται ἄρσι· περιέδρομον. at in comico jambico  
 vel sæpissime pedes trisyllabi admissi: co-  
 mici enim, ut ait Hephæstion, οὐ λίαν ἀν-  
 τιποιεῦνται τῆς συμμετρίας: cujus rei causam  
 affert certissimam. eadem ratio est aliorum  
 versuum, qui ab auctoribus τῆς μετρικῆς Sa-  
 tyrici nominantur: ut est trochaicus tetra-  
 meter satyricus: de quo Marius Victorinus,  
 librò 11. in cujus libri fine notanda hæc  
 verba: *Exemplum procelensmatici dimetri ca-  
 talectici, ut Agite juvenes. hóc metrò veteres  
 Satyricos choros modulabantur: quod Græcè  
 εἰσόδιον, ab ingressu chori Satyrici appellabant:  
 metrumque ipsam εἰσόδιον dixerunt.* Est &  
 aliud metrum satyricum, aliò nomine Pria-  
 pejum dictum: de quo etiam Victorinus  
 multa, librò 14. Postremò illud satyricæ  
 proprium, quod non per se docebatur, sed  
 vel interjiciebatur tragicis fabulis, vel eas-  
 dem sequebatur. fuisse aliquando interje-  
 ctam, svadet locus Diomedis antè allatus.  
 Marius Victorinus, librò 11. de jambico  
 metro, col. 2527. edit. Hanoviens. *Hac a-*

*pud Græcos metri. species frequens est, sub hac conditionis lege, ut non heroes aut reges, sed Satyros inducat ludendi jocandique causâ, quò spectatoris animus inter tristes res tragicas Satyrorum joci & lusibus relaxetur. Notabis eadem verba tam apud Diomedem quàm apud hunc, inter res tragicas: unde colligimus fuisse aliquando pluribus tragicis dramatis interjectas Satyricas fabulas. quod autem mos obtinuerit, ut iisdem subjicerentur, certa res est. idque videtur non obscure Horatius significare cùm de Satyricis salibus præcipiens, his verbis utitur, v. 227.*

*Ne quicumque Deus, quicumque adhibe-  
bitur heros,*

*Regali conspectus in auro nuper & ostro,  
Migret in obscenas humili sermone taber-  
nas.*

Græcorum morem tangit heic poëta, Neoptolemum Parianum, ut puto secutus, ex quo multa in Artem suam transtulit. mos autem tragicorum Græcorum fuit Athenis, ut modò singulas committerent fabulas, modò plures. unde *τριλογία* & *τετραλογία* *τραγικῶν δραμάτων* sunt appellatæ: semper autem postrema fabula Satyrica fuit. qua de re plura inferiùs erunt dicenda. Ostendimus Satyricæ poëseos quodnam genus esset, ejusdemque præcipuas differentias *ειδοποιούς*,

ac

ac proprietates, saltem ὡς τὴν πρῶτην, recensuimus. quare ex iis quæ dicta † sunt definitionem huiusmodi colligimus: Satyrica est poëma dramaticum, tragœdiæ adnexum, chorum è Satyris habens, personarum illustrium actionem notabilem, partim seriam, partim jocosam exprimens, stilô hilari; exitu plerumque lætô. brevius ita non malè definias: μίμησις διὰ σατύρων πράξεως σπουδογελοίας, ἐν μέτρῳ καὶ λόγῳ ἱλαρωδεστέρῳ. diximus *tragœdiæ adnexum*: quia de veteri Attica Satyrica heic loquimur: nœque posteriorum moramur inventa, si qui Satyricas à tragicis fabulis separârunt: quæ de re suô locô inferiùs. *actio* verò non actiones: quoniam una fabula

† *Quæ dicta sunt*] Rectè! Est enim hæc definitio Satyricæ veteris, ut bene postea addit Noster, non illius recentioris, quæ adnexa non erat Tragœdiæ, sed per se docebatur. Cum verò displiceret hæc convitiandi libido: desiit per se doceri, Tragœdiæque vel inseri, vel subjici cœpit; ut ejus severitatem salibus suis temperaret; atque ita spectatores, atrocitate rerum tristes, joci satyricis exhilararet. Nempe uti olim Itali Histriones ad recreandos spectantium animos, tragœdiæ cujusque actibus singulis subjecerunt bucolica quædam, quæ *Pastoricias* ipsi adpellârunt: sic antiqui eandem ob causam Tragœdiarum actibus singulis Satyricam Poësin subdebant. Tandem placuit, ut, quò lascivia omnis ac sales, & joci, abessent ab Orchestra: satyricum drama planè è Tragœdia omittere. Confer Voss. II. Institut. Poët. c. XIX. §. 4. m. 94.



la unam actionem continet τελείαν καὶ ὅλην, ait philosophus: pessimæ enim sunt αἱ ἐπεισοδιώδεις: quod multis rationibus idem demonstrat. διὰ σατύρων est, Satyris interuentibus: neque enim soli illi Satyricum drama constituunt. est verò eorum mentio in hac definitione necessaria: ut à tragico-comœdia, & Rinthonis phlyacographia, quæ fuit alia tragœdiæ παρέκβασις, & eis τὸ γελοῖον μεταρρόθμισις, hæc pœsis separetur. Vide amplius quæ ad Cyclopem Euripidis observamus.

## CAPUT IV.

DE nonnullis, quæ SATYRICÆ extrinsecus accidunt. artes subsidiaria pœseos dramaticæ. partes dramaticæ ὀψιῶς κόσμος, & μελοποιία. De personis Satyricis & earum ornâmentis. locus Pollucis illustratus. πάππος, παππίδιον, παπποσίληνος. ἰζάνη, ἰσάλη, ἰξάλῃ. locus Hippocratis jam olim διτλόγραφούμενος. φόβαι ὀρθότριχες, in capitibus Satyrorum. παρδαλὴ ὑφασμένη. θύραιον Διονυσιακόν. χλανὶς αἰθινὴ Satyrorum. χορταῖοι χιτῶνες Silenorum. Ἀρπατάς. scenæ Satyricæ. De saltatione Satyrica. σόβοι. σόβαι in manibus Satyrorum. σοβάς. κονίταλος. σίκινις. σικινιστάς. Athenæi & Plutarchi loci emendati. Pyladis & Bathylli Saltatio. ὑπόρχημα διατίθασθαι. Κῶμος, & de eo obiter nonnulla.

**P**OESES illius quæ vulgò dramatica dicitur, philosopho μιμητικὴ ἐν τῷ πρᾶττειν, pro-

proprium est, ut præter poëtæ industriam, aliorum artificum operam desideret. Ut enim medici artem quondam simplicem atque unicam, postea in plures diviserunt, manuum ministeriô aliis mandatô: sic poëtæ hujus generis, quum initiô instruerent agerentque ipsi suas fabulas, postea aliorum operâ uti cœperunt, cum in instruendis personis ac spectaculis, tum in fabulis ipsis agendis. quare etsi verè scribit philosophus, constare dramati tragico rationem, nec minùs drama esse cum legitur *ἀνευ κῶν-  
vos καὶ ὑποκριτῶν*: quia tamen ideò componuntur fabulæ ut agantur; non dubitavit idem inter tragoediarum partes qualitatibus etiam illas recensere, quæ propriè ad poëtam non pertinent: sed ad artes alias ipsius ministras. ejusmodi partes sunt, ὄψεως κόσμος, apparatus & ornamenta: quod ad artem τοῦ σκευοποιοῦ spectat: & μελοποιία, quæ ad τὴν ὑποκριτικὴν; illa personas concinnat & locum parat: altera, quæ histrionica est, paratis à poëta & mechanicô utitur, fabulam docens: in quo præter sermonem, cantus, harmonia & saltatio versantur: quæ omnia μελοποιίας appellatione eò loci complecti placuit philosopho. Quum igitur naturam Satyricæ priore capite per illa ostenderimus, quæ propius ipsam contingunt, & ad poëtæ par-

tes propriè pertinent : nunc de istis, quæ extrinsecus, ut sic dicam, illi accidunt, quædam restant dicenda. Quoniam verò satyrica tragœdia quædam est, ut probavimus, iis omnibus omiſſis, quæ sunt ipsi cum tragœdia communia sola illa commemorabimus, quæ fuisse ei propria ex veterum lectione cognovimus. Porro omnis hæc quam diximus diversitas, in his ferè tribus posita, personarum ornatu, scenæ apparatu, & saltationis modo : de quibus ordine pauca. Personæ satyricæ diversorum generum erant : sæpe heroës, ut in Euripidea quæ extat, Ulyſſes, in alia Eurystheus : apud Sophoclem Achilles, apud Aſtydamantem Hercules, apud Achæum Omphala : interdum sive majorum, sive minorum gentium dii nam & Irim Satyricam, & Vulcanum Satyricum Achæi infra recensēbimus. aliquando semidei, ut Cyclops, Proteus & similes. hæ omnes personæ quia etiam in tragœdiis locum habere poterant, ad tragicum potiùs quàm Satyricum apparatus pertinent : non enim aliter hæc quàm ibi ornabantur. proprii Satyricæ sunt Satyri & Sileni : de quibus propterea Julius Pollux in ea parte capituli XIX. lib. IV. quam de Satyricis personis inscripsit : Σατυρικά πρόσωπα, inquit, Σάτυρος πολιός, Σάτυρος γενειῶν, Σάτυρος

ευρος ἀγένης. Σειληνὸς πάππος τὰ δὲ ἄλλα ὁ-  
 μοια τὰ πρόσωπα. πλὴν ὅσοις ἐκ τῶν ὀνομάτων  
 αἱ παραλλαγαὶ δηλοῦνται ὥσπερ καὶ ὁ παππο-  
 σείληνος τὴν ἰδέαν ἐστὶ θηριωδέστερος, propriè  
 Satyricas personas agnoscit Satyros & Sile-  
 nos: quorum appellationes pro ratione æ-  
 tatis diversæ ab eo enumerantur. Satyrus  
 canus; Satyrus barbatus, Satyrus imberbis.  
 de Silenis ante p. 33. 53. s. dictum, eos senes esse  
 satyros, Satyrorum epistatas. itaque uni Saty-  
 rorum gregi præest Silenus, ut apud Euri-  
 pidem. Sed fuere poetæ qui plureis Silenos  
 inducerent. ergo etiam inter hos quæsitæ ab  
 ætate differentia. inde illa nomina apud Pol-  
 lucem Silenus \* πάππος, hoc est avus. ad  
 longam senectutem denotandam ita voca-  
 bant. sic inter comicas personæ ætate pro-  
 vectissimi πάπποι dicebantur: eratque πάπ-  
 πος πρῶτος, & πάππος ἕτερος, quorum σκευὴν  
 describit Pollux. Silenus omnium vetustis-  
 simus, quando plures erant, Παπποσείληνος,  
 quasi dicas ipsius Sileni πάππος, fuit dictus.  
 quemvis senem honoris, causâ vocabant  
 πάππον †: & quum illi blandiebantur παπ-  
 πίδιον,

\* Repetit hæc è Nostro Vossius II. Institut. Poët.  
 c. XIX. §. 9. p. 96. f.

† Inde etiam vox Papa. Confer Jo. Henr. Höttin-  
 ger. in Analect. Historico-Theologic. Dissert. VII.  
 Can. I. §. 4. p. III. 318. f. Joan. Corasium, v. Mi-

πίδιον, ut apud comicum non semel. sic apud Julianum in Caesaribus Bacchus Silenum compellat: καὶ ὁ Διόνυσος, Παύσαι εἶπεν, ὦ παππίδιον, τοιαῦτα λέγων. Papposileno vultum concinnabant à longævitate horribiliorem & prope ferinum. De ornamentis †† Satyrorum & Silenorum idem Pollux, lib. iv. cap. xviii. v. 39. ἡ Σατυρικὴ ἐσθῆς νεβρῆς, αἰγῇ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν, ἡ τραγῇν. καὶ πού καὶ παρδαλὴν ὑφασμένην. καὶ τὸ θύραιον τὸ Διονυσιακόν. καὶ χλανὶς ἀνθινή καὶ φοινικοῦν ἱμάτιον, καὶ χορταῖος χιτῶν δασύς, ὃν οἱ Σεληνοὶ φοροῦσι. *Satyrical, inquit, vestis est himnallipellis, vel caprina quæ vestis dicta aἰγῇ & ἰζάνη, & τραγῇ. interdum & pardalinam textilem gerunt. item Liberi patris scutum, quod θύραιος Διονυσιακός dicitur. chlanis è floribus, pallium puniceum, tunica densa, gestamen Silenorum, quæ χορταῖος appellatur.* Hæc Pollux: in cujus verbis quædam sunt nobis animadvertenda. nam pro ἰζάνη \*, quæ vox

alibi,

scellan. Juris, c. xv. p. m. 441. f. edit. Lugdun. m. d. lxi. in St. Joan. Hoornbeeck. i. Miscellan. Sacror. c. i. Sect. i. §. i. p. m. 23.

†† Vide Ger. Jo. Voss. ii. Instit. Poët. c. xix. §. 74. p. 102. qui ferè omnia è Nostro, quo ad istud argumentum. Item elegantiss. Dn. Gisb. Cuperum, ii. Observat. c. xii. p. m. 227. ubi hunc Casauboni ac Pollucis quoque citat locum.

\* Cl. Bochartus in i. Geographi. sacr. c. xvi. p. m. 483.

alibi, quod sciam, non exstat, scribendum suspicor ἰζάλη, vel ἰσάλη, quæ vetustissima depravatio est vocis ἰζαλή. ἰζαλός est hircus ἰζαλή, ut αἰγῇ, pellis hircina, sive τελαίος αἰγός, ajunt Grammatici. sed vulgò ἰσάλη dicebatur, ut testatur Aristophanis scholiastes. estque hæc nominis istius depravatio adeò antiqua, ut apud Hippocratem in libro Περὶ αἰγμῶν, utramque scripturam agnoscat Galenus. si cui vulgata lectio Pollucis placet, auctoritate illustrissimi atque in omni genere eruditionis eminentissimi viri, Julii Cæsaris Scaligeri eam tueri poterit: qui ἰζάλην

m. 483. E. edit. Francof. M. DCLXXI. in 4to jisdem verbis hunc Pollucis locum adlegat, (quem Gvakharius vertit: sed vestis Satyrica est pellis hinnuli caprini, quam & ἰζάλην nominant, & pellem hircinam) adjicitque ἰζάλην Syriaco vocabulo αἰγῇ ἰζα, capra suam debere originem. Placet quidem ista vocis originatione doctiss. Dn. Joach. Kühnio Gryphiswaldensi recentiores inter Philologos tum meritò suò, tum modestiâ, celeberrimi nominis, in p. m. 29. Animadversion. in Julii Pollucis Onomasticon, verùm quid sibi velit pellis hinnuli caprini, se non videre scribit. Græcus Pollucis textus, inquit, si rectè accipimur, aliud dicit. nempe interpungendum est post ἰζαλός. alia pellis est, ἰζαλός, nempe ἰσάλην δέγμα, cervina; alia αἰγῇ, quod notat caprinam; eandem & ἰζάλην dictam, Galenus quoque in Glasse Hippocratis confirmat. ἰζάλη (ita enim habet) τελαίον αἰγός δέγμα, perfectæ capræ pellis. Exstat apud Hippocratem in Περὶ αἰγμῶν. Hæc Dn. Kühnius. Mirum nequæ emendationis Nostri Casauboni h. l. venisse in mentem.

ιζάνην putat dictam παρὰ τὸ ιζάνειν, subsidere: quia sine rugis tota affidebat corpori, atque adhærescebat. de Satyrorum ornatu Dionysius Halicarnasseus, lib. VII. σκευαὶ τοῖς εἰς Σατύρους εἰκασθεῖσιν ἦσαν περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ αἰς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. ubi notabis galericulos † pilis fetisve horrentes Satyrorum capitibus aptari solitas quorum Pollux non meminit, neque in ea quam exhibuimus gemma ullum vestigium. περιζώματα vocat Dionysius hircinas pelles, quibus partes infra umbilicum tegebantur. Satyrus apud Euripidem amictum se ait τράγου χλαῖνα μελέα deest aliquid in istis Pollucis, καὶ πού καὶ παρδαλὴν ὑφασμένην. nos vertimus quasi desideraretur verbum ἐφόρον. & pan-

† *Galericulos*, ] quia statim jungitur *solitas*, putō fortē scripsisse Nostrium *galericulas*, aut si *galericulos* rectum est; quod magis verisimile est, cum auctor in corrigendis substitui velit *quorum* pro *quarum*, *solitas* debemus legere. Ego neque *galericulus*, neque *galericula*, neque *galericulum* in recto me legisse memini. In sexto casu usurpat Sveton. extr. Oth. *Galericulō capiti propter raritatem capillorum adaptatō & adnexō*; ex quo de primo secunda in declinatione casu iudicium ferri nequit. In plurali *Galericulis* utitur Frontinus, IV. Stratagem. c. ult. ex. 29: sed ibi mirē variant codices. Ipso de *galericulo* legendus Anselmus Solerius Ceme-liensis de *Pileo*, Sect. 111. p. m. 49. f. edit. Amstelod. 1713. LXXI. in 12.

& pantheræ pellem ὑφασμένην accepimus de pelle liciorum varietate distincta ad instar pantherinæ, operâ textoris polymitarii. quia enim veram non habebant, quod in Græcia illis temporibus difficile erat, arte pictam ejus locô substituebant. fortassè tamen scribendum, καὶ πον καὶ παρθαλὴν ἡμφιασμένους nempe εἰσάγονται. Bacchi scutum Θύραιον nominant veteres, non Θυρεόν. à similitudine Θύρας appellatio indita: neque corrigenda scriptura, quam tot locis invenimus. Chlanis ἀνθινή, non est vestis florida à varietate solùm colorum sic dicta: sed est vestis è floribus contexta: qui erat proprius Silenorum amictus: hos enim vetustas florum amantissimos finxit, ut suô locô dictum est: ideoque tribuere illis περιβόλαια ἐκ παντὸς ἀνθους, inquit Dionysius. χορταῖοι χιτῶνες huc Silenorum proprios scriptores omnes faciunt, videntur primitus è scæ contexti soliti: id enim est χόρτος: postea facti è villosis pellibus. idcirco μαλλωτοὺς χιτῶνας Dionysius appellat: Ælianus ἀμφιμάλλους utrimque villosas. & ait Ælianus eò genere vestis hirsutiem ænigmaticè designari foliorum vitigineorum in memoriam plantatæ à Baccho vitis. locus est Ποικιλ. lib. III. c. XL. hæc de personis. Loci apparatus in ornatu scenæ positus. nam aliter scenam ornabant cùm tra-

tra-



trigœdiam erant docturi, & aliter cùm pro-  
 dituri erant comici: & item aliter cum Sa-  
 tyrica fabula erat. Vitruvius, librô v. c.  
 viii. princip. Genera sunt scenarum tria,  
 unum quod dicitur Tragicum, alterum Comi-  
 cum, tertium Satyricum. Horum autem or-  
 natu sunt inter se dissimiles, disparique ratio-  
 ne: quod tragice deformantur, columnis, fa-  
 stigis & signis, reliquisque regalibus rebus.  
 Comice autem edificiorum privatorum, & me-  
 nianorum habent speciem, perspectusque fene-  
 stris dispositos (imitatione \*) communium e-  
 dificiorum rationibus: Satyrice verò ornantur  
 arboribus, speluncis, montibus, reliquisque  
 agrestibus rebus, in topiarii operis speciem de-  
 formatis. Superest actio: quæ ut diximus  
 continet sermonem, cantum, harmoniam,  
 & saltationem. Plato & Aristoteles dicere  
 solent λόγον, μελωδίαν, αἰσμονίαν, & ῥυθμόν  
 five ὄρχησιν: etsi propter rerum affinitatem  
 varia est apud veteres, Aristotelem maxi-  
 mè, illarum vocum acceptio. in Satyrica  
 actione omnià ad hilaritatem comparata. di-  
 scrimen præcipuum in numeris saltationis.  
 olim quot erant genera poëseos quæ publi-  
 cabatur in sacrorum solennitatibus, aut thea-  
 tris, tot erant saltationum species diversæ:  
 Athenæus, librô xiv. τρεῖς εἰσι τῆς σκηναῖς  
 πρῶτος ὀρχήσεις, τραγική, κωμική, σατυρική.  
 ὁμοίως

ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τραῦς, πυρρὴ, γυμναστικὴ, ὑπορχηματικὴ. ubi chorus, ibi semper saltatio: Satyrica verò saltatio antiquissima est: nam primæ tragœdiæ chorus ὁ Satyris constabat: ideò σατυρικὴ καὶ ὀρχηστικὴ αὐτὴν appellat Aristoteles, ut primò capite diximus. Athenæus quoque: συνέστηκεν ἡ Σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐν χοροῖς, ὡς καὶ ἡ τότε τραγωδία· διότι οὐδὲ ὑποκριταὶ εἶχον. Satyrici generis nihil magis proprium quam saltatio: propterea Virgilius, Ecl. v. v. 73.

*Saltantes Satyros imitabitur Alpheisibæus.*

& apud Euripidem, cùm dixisset Silenus Cyclopi, ederet quidquid vellet, modò à se dentes abstineret: facetè Cyclops alludens ad Satyrorum τὸ ὀρχηστικόν,

Ημιστὰ· inquit: ἐπεὶ γ' ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι

Πηδῶντες ἀπολέσωιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.  
nam σχήματα sunt saltationes. propterea Satyros nonnulli sunt interpretati qui in sacris literis **יְעִשׂוּ** nominantur: de quibus dixit propheta Isaia, c. xiii. extr. **יְעִשׂוּ** **יְרִקוּ** hoc est, Aquilâ interprete, οἱ τριχιῶντες ὀρχήσονται ἐκεῖ: cui vulgata confentit: *pilosi saltabunt ibi.* ex hoc Græcis Satyri dicti etiam σοβοί: quia saltabundi semper incedebant. quin & ipsis datæ ut plurimum

mum σόβαι in manibus , qvod flagelli genus  
 qvoddam fuit. atqve ita plerumqve p̄ngi soli-  
 ti. Ulpianus in Midianam : τὸ σοβεῖν συνεχῶς  
 κινήσεως τεκμήριον· ἐνθεν καὶ σόβους τοὺς Σατύρους,  
 παρὰ τὸ σοβεῖν. κινητικώτατον γὰρ ἐστὶν ἐν τοῖς  
 ζώοις, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σατύρους αὐτοὺς σόβας  
 ἔχοντας γράφουσι. Videtur Ulpianus σόβας ap-  
 pellare id qvod diximus. Demosthenes in  
 eadem σκύτος hoc est scuticam nominat : de  
 qvodam loqvens, qvi scuticam manu tenens  
 in pompa Dionysiaca inimicum cæciderat.  
 Fuit & σοβάς saltationis species, ut puto sa-  
 tyricæ : ut & κονίσσαλος, σκίρτησις erat σατυ-  
 ρική, ait Hesychius. sed illa saltatio qvæ sa-  
 tyricis fabulis fuit propria, σίκιννις diceba-  
 tur : vel qvasi κίνησις, transpositis mutatis-  
 que literis nonnullis, ut scribit Athenæus :  
 vel à Sicino inventore, ut idem in primo  
 & xiv. atqve alii. hinc Satyri ipsi dicti σικιν-  
 νισταί, auctore eodem. prætermittimus hōc lo-  
 cō referre qvæ de hac saltatione Plato in Legi-  
 bus, Lucianus & alii veteres scripserunt. Athe-  
 næus : εἰσι δὲ τινες οἱ καὶ φασὶ τὴν σίκιννιν ποιη-  
 τικῶς ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἣν οἱ Σάτυροι  
 ὀρχοῦνται ταχυτάτην οὔσαν· οὐ γὰρ ἔχει πάθος  
 αὕτη ἡ ὀρχησις, διὸ οὐδὲ ἀναδύνει. hæc lectio  
 mendosa est : ac nescio, qvomodo fugit nos  
 hic locus, ut alii non pauci, qvos aliàs, si  
 Deus volet, recensēbimus : Legendum ve-  
 rō,

rò, vel ut ex conjectura pridem emendaveram, διὸ οὐδὲ ἐναβρύνει. *ab infractis deliciis est aliena*: utitur eò verbò Lucianus in libro De saltatione: vel potius, διὸ οὐδὲ βραδύνει. nam profectò verbum ἀναδύνει non magis habere heïc locum potest, quàm interpretis versio. ita autem emendamus ex Epitoma doctissimi atqve amicissimi Hoeschelii. *Sunt, ait, qui dicant scinnin appellatam esse, ἀπὸ τῆς κινήσεως, id est à motu saltationis Satyrorum, qui est concitatissimus: hac enim saltatio caret affectu: idcirco etiam lentitudinem nullam admittit.* βράδυνσις Athenæo heïc est, quæ in arte illa dicebatur μονή, contraria τῇ φορᾷ. quod negat Athenæus saltationem satyricam habuisse πάθος, confirmat Plutarchus, librò VII. problem. VIII. ubi Pyladæ saltationi παθητικῇ οὔσῃ, & affectuum plenæ, Bathylleam opponit: de qua scribit: δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πέζαν τοῦ κόρδακος ἀπτομένην, ἡχοῦς, ἣ τινος Πανὸς, ἢ Σατύρου σὺν Ερωτὶ κωμάζοντος ὑπ' ὀρχήματος ἀντιθεμένην. depravatissimus est hic quoque locus: ex quo nullam bonam sententiam expressisse eruditissimos interpretes non sit mirum. quid enim heïc facit vox πέζαν? aut quis in postremis verbis Hellenismum agnoscat? & tamen non aliter in  
regiis

regiis codicibus † scripta hæc invenimus. nisi quod ab ultima voce litera secunda abest. censeo corrigendum: αὐτόθεν παίζουσιν, τοῦ κόρδακος ἀπτομένην, Ἡχοῦς ἤτιμος Π. ἢ Σ. σὺν Ε. κομίζοντος ὑπόρχημα διατιθεμένην. hoc est, *probo Bathylleam saltationem, quæ simpliciter ludit, cordaci affinis, hyporchema edens Echus aut Panis aut Satyri cum Cupidine commissantis*. hoc vult Plutarchus: saltationem Bathylleam hilarem & lascivæ similem fuisse potius, quam obscenam. cum ait, αὐτόθεν παίζουσιν simplicitatem denotat, & opponit Pyladeæ, quam modò vocabat, ὀγκώδη καὶ πολυπρόσωπον: plenam fastus & plurimum personarum argumenta continentem. Satyrica è contrario simplex, minùs operosa, facilis & paucarum personarum, & quidem rusticarum ut plurimum: quales illæ sunt quæ  
 • heic nominantur. Athenæus, librò 1. ἢ ἡ Πυλάδου ἔρχῃσις ὀγκώδης, παθητικὴ καὶ πολύκοπος· ἡ δὲ Βαθύλλειος ἱλαρωτέρα· καὶ γὰρ ὑπόρχιμά τι τοῦτον διατίθεται. ex hoc Athenæi loco certissimum est, postrema verba Plutarchi ita legi debere, ut sunt à nobis correctæ. voces propriæ sunt ejus artis διατίθεται & διάθεσις, de quibus Plutarchum

† Nec aliter in nostra Patinsina M. DC. XXIV. splendidiore profectò quàm accuratiore, quod talibus in operibus solet fieri.

\* Vide

chum ipsum adi, librô ix. probl. viii. illa, τοῦ κέρδακος ἀπτομένην, poterant etiam ita verti, *cordacem instituens*: id enim persæpe est ἀπτεσθαι τινός. alterum maluimus: quia cordax non est satyrica, verum comica saltatio. cui quidem satyrica ita est affinis, ut poësis satyrica comicæ: de quo satis superius. Mirum verò dicere Plutarchum & Athenzum carere affectu Satyricam saltationem, quæ quidem concitatissima est, & plurimâ utitur φορᾷ. nam φορὰ indicium facit affectus teste eodem Plutarchô: ἡ φορὰ, inquit, πάθους τινός ἐμφαντικόν, ἢ πράξεως ἢ δυνάμεως. eôque saltationis modò plurimùm esse usos veteres in Liberalibus & Veneralibus auctor est Lucianus in commentario de saltatione. σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικά, καὶ μετ' ὀλίγον δὲ φορευτικά, ἀ Διονύσω καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα. à φορὰ fit φορεύω verbum, unde φορευτικά σχήματα, concitæ & multæ φορᾶς saltationes. σχήματα Græcis saltatio: quia, ut docet Plato in vii. Legum, ἡ ὀρχηστική ἐστὶ μίμησις τῶν λεγομένων σχήμασι γενομένη, *imitatio eorum quæ dicuntur per gestus*. Addamus & hoc obiter: videri Plutarchum saltationem Satyricam cum alia confundere, quæ dicebatur κῶμος vel ἡδύκωμος. ambæ sanæ temulentorum & lasci-

orum propriæ, sed diversæ tamen species illius falsationis, quam Plato appellat *ἀεχμειν βουχχέων*, nam *ναῖμας* \*, nihil aliud nisi convivantium foras è triclinio prodeuntium lascivia, idèd Lucianus, Bis accusatò, ait, Lunæ officium esse, ut comissantibus præluceat: prodibant autem in conviviali veste, corollas capiti impositas, colloque appendas habentes, pueris præcedentibus, qui funalia gestabant, fidicinâ denique præcimente. cuius moris passim obvia sunt apud veteres testimonia. apud Aristotelem verò in *Περὶ ἀναγωγῶν* libello, commensationis ad tubam habetur mentio. scribit Athenæus filiorum Pisistrati fuisse inventum huiusmodi *ναῖμας*. sed multò ante eam ætatem notam fuisse hanc lasciviam, vel nomen arguit, dubio procul cum nascente Græcia natum: est enim purum putum † Ebraïcum,

\* Vide Jul. Cæsar. Scaligerum in 1. Poët. c. v. p. m. 24. 25. hæc latius deducentem.

† Ridet hanc Eymologiam Heribertus Rosweyda Jesuita in Anti-Capelli præfat. apud Maximilian. Sandzum, Vol. 1. Gramm. Profan. Commentat. xiv. §. 32. p. 567. a. b. f. his verbis: Ubi tu Varro, ubi tu Festus, ubi tu Eustathius, qui alias originationes datis? Utinam Casauboni, hesterni Hebraei, auditores fuissetis? Omnino melius de Critica meriti essetis. Non memini me iniquius unquam eymon legisse. Quia *עַיִם* Hebrais est surgere: & subinde belluones post cœnam surgebant, & ibant rusp-

# Hebraicum, non ut placet Grammaticis Græcum

spatum, ideo comessatio eâ notione dicta. Paterat, hæc subtilitatem etiam Sacris Litteris firmare, vel hęc Græcismos, Hebraicæque embammate ipsas condire. Nonne quod xxxii. 6. dicitur: sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, valde huic eymo quadrat? Ecce post mensam surgunt. Erga κῆπος & comessatio ab Hebraico קום Kom, quod est, surgere. Quid, si ego pariter felicitate à Teutonismo, qui omnium linguarum. Joann. Goropio Becano antiquissimus dicitur, originationem τοῦ κῆπος accersam? Nam venire quoque dicebantur ad comessationes: ad computationes, non minus, quam ab iis surgere. Apud Salomonem comessantium vox est: Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creaturâ tanquàm in juventute celeriter. Vinò pretiosò & unguentis nos impleamus, Sap. ii. 6. Nōne hic comessatio describitur, & per, Venite, ad eam invitantur? Quid vetat, quin & ego non impari Casaubono acumino dicam κῆπος a Teutonica lingua desumptum, quibus Kom, est Veni. Et Plautus quoque mihi suffragabitur, Rudente, Ael. V. Sc. iii. 66. Comessatum omnes veniote ad me. Quis has non rideret ineptias? Et quis Casaubonum docuit, κῆπος seu Comessionem propriè esse ἀνάστασις ἀπὸ δείπνου, consurrectionem post cœnam. Imò veteribus comessatio ipsum potiùs epulum, ipsa cœna laustissima & petulantissima. Martialis, lib. xii. Epig. xlvii. v. ii. de epulo à Domitiano instituto in monte Albano: Non Albana mihi sit comessatio tanti. Svetonius, de Vitellii luxuria, c. xiiii. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat, in jentacula, & prandia, cœnas, & comessiones, facillè omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine. Diò in eadem re παραδείγμα, id est, postcœnia vocat ipsas comessiones. Rursus, Svetonius Domitianò, c. xxi. Convivabatur frequenter ac largè, sed pænè raptim; certè non ultra solis occasum, nec ut postea comessaretur. Nec impari felicitate Græ-



cum primâ origine. **Κομ** Kom, est surge-  
re: inde κῶμος, ut à **Κομ** μῶμος. & est κῶ-  
μος, propriè ἀνάστασις ἀπὸ δειπνου, eruptio  
à mensa in publicum. Tertullianus eleganter  
vertit, *eruptiones lasciviarum*. Adver-  
gentes: *Æquè oratio convivium dirimit: inde*  
*de disceditur non in catervas censionum, neque*  
*in classeis discursationum, neque in eruptiones*  
*lasciviarum*. sic maluit, quùm posset unô  
verbô, neque commissatum; πρὸς τὸ κωμάζειν.  
In Erotibus Luciani, κωμαστὴς exponitur  
δῆλος ἐραστὴς: quia in publico semper ὁ κῶ-

μος:

as quoque litteras, ad Sacrarum Litterarum explicationem  
adducit (Exercitat. xv. ad Baron. n. xii. p. m. 373.  
edit. opt. Londin. m. dc xiiii. in fol.) Grammati-  
cus. Quis enim hæc loca intellexisset, Marci i. 36. &  
prosequutus est cum Simon, & qui cum eo erant.  
Luca viii. 45. Dixit Petrus, & qui cum eo erant.  
Actor. i. 14. Σταθεὶς Πέτρος σὺν τοῖς ἑνδεκά; & v. 37.  
Dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, nisi  
Casaubonus monuisset apud Aristophanem esse ὁ Ζεῦ δὲ  
θεοί, Quare aliqua inter Apostolos honoris diversitas est,  
cùm Petrus seorsim à reliquis nominatur, quia etiam apud  
Aristophanem Jupiter nominatim, reliquis Diis non ex-  
pressis, elucet. Mirum profectò, non veritum Profanum  
Grammaticum, ne Pontificii ex Aristophanico hoc exem-  
plo Petro imperium arrogarent, cùm Jovi in reliquos Deos  
potestas & dominatus Poëtis omnibus sit decantatus. Ha-  
ctenus iste Jesuita, sive Rosweyduus, sive Sandæus, nec  
enim hic ultimus satis benè distinxit verba; id est,  
maledicus conviciator, fluctus in simpulo excitans &  
undiquaque nominis gloriolam captans, nec tamen sine  
errore ubique comesatio scribens pro commissatio, vel co-  
massatio; cùm sit à Græco κωμάζειν.

μος: ideò passim leges κωμάζειν ἐπὶ τὴν ἀγο-  
 ρὰν, vel ἐπὶ θύρας τῆς δεινῆς: sæpe κωμάζειν  
 idem ac saltare, moveri ad numeros: ut in  
 veteri cantico Laconicæ disciplinæ: πόρρῳ ὦ  
 παῖδες πόδα μετάβατε, καὶ κωμάσατε βέλτιον.  
 sæpe idem ac crapulari, & ebrietati indul-  
 gere: quia semper, è computatione prodi-  
 bant comissatores, & sæpe eandem repe-  
 bant. apud \*Svetonium *comissari* est bibere  
 à cœna: Græcis quoque κωμάζειν, vel ἰσπε-  
 ρίζειν. omnia hæc lasciviæ genera denotat  
 vox κῶμος: & ita accipiendum in Apostolo-  
 rum Petri & Pauli epistolis. sed hæc ὁδοῦ  
 παρέργον.

\* Quem bis usurpare hoc verbum, nimirum in  
 Domit. c. xxi. & in Calig. c. xxxii. observavi.


## C A P U T V.

DE poetis SATYRICARUM fabularum. Σατυρογραφί-  
 φαι. Quando cœperint Satyrice componi. primus auctor  
 Thespis, aut Pratinas. eorum dramata. Cratinus malè  
 pro Pratina. Aeschylus & Chœrillus antagonista Pra-  
 tina. ægonum scenicorum institutio. Mos certandi pluri-  
 bus dramatis. τριλογίαι & τετραλογίαι tragicorum.  
 Liberalia trina Athenis. Panathenæa ibidem, & Chy-  
 tri. Mos poetarum in tetralogiis componendis. Ore-  
 stia Aeschyli, & Philoclis Pandionis. Catalogus poe-  
 tarum hujus generis, & Satyricarum quæ apud veteres  
 nominatæ reperiuntur, post Thespidem & Pratenam.  
 Aeschylus: quot Satyricas scripserit: quæ illa: loca

H 3

anim-

animadversa in vita Aeschyli & veteri catalogo fabularum ipsius: Cercyon. Obiter quæsitum de olympiade, quâ natus & denatus Aeschylus. ejus Σατυρικὸν. Ἰωνὶς μέγαν ἀγῶνα. Phrynichus tragicus. Sophoclis Satyrica fabula: item Achai: Euripidis: Xenoclis: Philoclis: Astydamanthis: Iophontis: Platonis. item Lycophronis, Bionis, Demetrii. Comici, qui Σατυροὺς scripserunt. anigma de loco quò appensa ampulla. O pro οὐκ οὐχὲ; ἐκπίπτειν. ἢ οὐκ ἔστιν. πῶλος & παρθένοι pecunia nomina. ποῖτα οἱ Ταρσικοὶ λεγόμενα. Tarsensium extemporalitas. Loca multa apud Athenæum, Aelianum, Diogenem Laërtium, Pollucem, Hesychium & Græcos scholiastas corriguntur atque explicantur.

**H**ACTENUS de origine, materia, forma, sine SATYRICÆ: nunc de efficiente causa, hoc est poetis Satyricarum fabularum quædam attingemus. Hos Græci scriptores non aliter ferè quàm τραγικοὺς ποιητὰς, nominant; vel τραγῳδίας ποιητὰς τῶν λεγομένων Σατυρικῶν δραμάτων:  enim ab aliis, quàm à tragoediarum poetis fabulæ Satyricæ hujus generis aut componebantur aut docebantur. de comicis, qui Satyros docuerunt, quid sentiendum sit, extremò hòc capite dicturi sumus. interdum & σατυρογράφοι poëtæ hi dicuntur: Horatius ad verbum, in Arte, v. 235. Satyrorum scriptor, ut suprâ c. III. exponebamus. vox σατυρογράφος apud unum Diogenem Laërtium, quod meminerim, mihi lecta, librò v. in Demetrio. ult. Etsi autem

tem vetustissima apud Græcos memoria invenitur & chori Satyrici, & tragœdiæ quæque sive τραγῳδίας cujusdam: serò tamen & legitima tragœdia & hæc Satyrica auctores nactæ, per quos suam formam ac τελειότητα adipiscerentur.

Constat sanè, vel primum vel inter primos fabulas tragicas composuisse egisseque in plaustris Thespia† Atticum, τῶν δῆμων Icarium, Σοῶν

† Hoc de Thespide sequentia Nobilium sequens Cassaubonum, tradit Ger. Jo. Vossius. Hist. Poët. c. xrr. §. 3. p. 48. f. Diu Tragœdiæ, solò constitit choro: huic Thespsis unum addidit histrionem; post Thespidem eam excolluit Phrynæchus. Uterque Atheniensis fuit. Sed Dorienſes agebant, multis ante utrumque annis tragœdiam apud se viguisse. Athenienses hinc dixerunt, Thespidi tribuit vulgò tragœdiæ inventionem; quòd chorus addidisset histrionem unum, & tragœdiæ majorem addidisset ornatum: ad longè ante eum apud se tragœdiam viguisse, esse rudiorum. Ajunt quidam, Thespi ad sepulcrum certasse tragicorum: atque eam fuisse tragœdiarum vetustissimam. Sed prima tragœdia solò constabat chorus; ut auctor est Laërtius in Platone, c. lvi. Chori autem tragici institum est tam antiquum, ut planè illud nesciatur. Unde inventrix ejus dicitur Euterpe, Musarum una. Incertus poeta in Antheias primo; Tit. in poetas: ἐγὼν ἱκνῶι,

Εὐτέρπη τραγικὸν χορὸν καλὴν χεῖρα φασίη.

I.e. Invenit Euterpe tragici chori multifoniam vocem. Choro postea histrionem unum addidit Thespsis. Cassaubon exponit idem Laërtius ibid. Ὅσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διὰ δρᾶματιζεν, ὑστέρᾳ δὲ Θέσπιδος εἰς ὑποκριτὴν ἐξέτερε ὑπὲρ τοῦ διαπαιδάζοντος τοὺς χοροῖς. Ut olim tragœdiam prius quidem

chorus.

loni qui Atheniensibus leges scripsit, æqualem.

Flore-

chorus solus agebat; postmodum verò Thespis unum invenit histrionem, ut chorus interdum requiesceret. De Thespide exstabat olim liber Chamæleontis. Inventionem tragædiæ tribuit ei Donatus, sive Euanthius, lib. de Tragæd. & Com. Item Dioscurides, in epigrammate, quod incipit:

Θίσπιδος εὐρημα τοῦτο -----

Adhæc Clemens Alexandrinus, lib. 1. Στρωματ. & Horatius in Arte: cui plaustris dicitur trogædias vexisse; quia fabulæ olim è plaustris agerentur. Ex quibus & convicia jactabantur: unde proverbium, ἐξ ἀμάξης λέγειν è plaustro ~~hæc~~ i, & ἐξαμάξειν de plaustro convitia jacere. Puit autem Thespis Atheniensis, ac temporibus vixit Solonis; discipulum habuit Phrynichum tragicum, itidem Atheniensem. Propter ista Athenienses sibi tragædiæ inventionem vindicabant. Sed antiquiorem his esse contendere Dorienfes, qui Peloponnesum incolebant. Hos ejus inventionem sibi tribuisse, auctor est Aristoteles in Poëtica, c. 111. Atque hi primum fuisse tragicum ajebant Epigenem illum Sicyonium, cujus Bacchas, atque alia, Athenæus citat; ac cui, cum tragædiam de Baccho fecisset, acclamatum fuit, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον nihil ad Bacchum: quod postea in proverbium abiit; ut auctor est Suidas. Ajebant igitur Dorienfes, Thespidem, vel secundum, vel, ut alii dicunt, decimumsextum ab hoc Epigene fuisse. Sed oggerent Athenienses, etiam multò ante Thespidem fabulas Athenis agi solitas. Qua de re sic Plato in dialogo illo, qui Minos, vel de Lege inscribitur, p. 321. ed. H. St. Ἡ δὲ τραγωδία ἐστὶ παλαιὴ ἐνθάδε, οὐχ, ὥς περ οἴονται, ἀπὸ Θίσπιδος ἀρχαμένη, οὐδ' ἀπὸ Φρυνίχου, ἀλλ', εἰ θέλεις ἐποῆσαι, πάντων παλαιῶν αὐτὸ εὐρησεις ἐν τῇ δὲ τῇ πόλει εὐρημα. Tragædia enim antiquum est istius civitatis institutum: non verò, sicuti arbitrantur, à Thespide, vel à Phrynichō

Florebant ambo Athenis circa olympiadem  
 LX. quæ in tempora incidit Babylonice Ju-  
 dæorum captivitatis, & regni apud Roma-  
 nos Tarquiniarum. de hoc igitur Thespide  
 triplex prodita est à Grammaticis veterum  
 sententia. quidam decimumsextum eum re-  
 censebant à primo tragici carminis auctore:  
 alii secundum: multi omnium primum. qui  
 decimumsextum numerabant, ii proculdu-  
 bio τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, quæ artem præ-  
 cesserunt, ut antè dicebamus, c. I. p. 18. & c.  
 III. princ. rationem habuerunt: at nos hōc  
 locō de arte loquimur, quæ rudia illa δραματι-  
 κῆς μουσικῆς cunabula excepit. seqvens sententia  
 eorum fuit, qui Epigenem Sicyonium ante  
 omneis

cho, originem habuit: sed priscum esse comperies hujus ci-  
 vilitatis inventum, si rem attentius volueris considerare.  
 Hæc sententias conciliare ita possumus, quòd The-  
 spis ex arte primus tragœdiam docuerit; cū antea  
 tantū, tam apud Athenienses, quā Dorienteses, αὐ-  
 τοσχεδιάσματα subita, & extemporalia. obtinerent. Hæc  
 Vossius. Et in libr. de Poëtis Græcis, c. III. p. m. 18.  
 Thespis etiam Tragicus Solonis fuit temporibus; ut ex Lærtio  
 satis constat. Suidas tamen ait Tragœdias egisse Olymp.  
 LXI. Ut idem Suidas ait, primus fucō facie illitā fabulas  
 egit; inde portulacā texit: hinc larvarum velis. Vide &  
 Horatium in Arte, & quæ ad eum interpretes adiutârunt.  
 Sunt, qui hunc primum faciant Tragicorum: alii primum  
 ajunt Epigenem Sicyonium: ab eo autem Thespidem fuisse  
 secundum, imò aliis est sextus decimus, eūdem Suidā au-  
 ctore.

omneis alios tragica dramata componendi exemplum posteris dedisse autumabant. tertiam sententiam pars magna scriptorum & melior sequitur. clarissime Horatius è Græcorum scriniis; de Arte, v. 275.

*Ignorant tragicæ genus invenisse Cumenæ,  
Dicitur, et plaustris vexisse poemata The-  
spis.*

nec minùs clarè Plutarchus in Solone; ἀρχομένων τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγωδίαν κινεῖν. Horatius verò etiam Satyricæ primum inventorem Thespin eundem videtur pronuntiare: ait enim, ibid. v. 220.

*Carmine qui tragicò videns carnavit ob hir-  
rum,*

*Mox etiam agresteis Satyros nudavit.*

inter fabulas tamen, quas illi vetustas attribuit, nulla ponitur, quam jure contendas fuisse Satyricam.

Suidas: μνημονεύεται τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἀθλα Πελίου, ἡ Φορβὰς, Ἰερεῖς, Ἡΐφοι, Πενθεύς. postremus titulus non alienum à fabula Satyrica argumentum promittere videri poterat: nisi illud obstitaret, quod in superioribus, lib. i. c. 11. p. 31. observabamus: antiquos poëtas Græcos in Penthei historia nullum locum Satyris dedisse. & verò memoriæ proditum est ab aliis, non Thespin, sed Pratinam Phliasium fabulas

Sa-

Satyricas primum composuisse : easque in multas, ut è dramatis illius numero quinquaginta, Satyricæ fuerint duæ & xxx. Suidas : Πρατίνος Πυρρωνίδου ἢ Ἐγκομίου, Φλιασίος, ποιητὴς τραγωδίας, ὃς πρῶτος ἔγραψε Σατύρους καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ὁ ὢν Σατυρικὰ λβ'.  
 -\*\* Cratinum† in hac re pro Pratina non solum manifestò, verùm etiam absurdò errore corrupta lectio nominat apud veteres Horatii interpretes : quam mendam viris doctissimis fuisse fraudi animadvertimus. Adit Suidas, certasse Pratinam fabulis à se compositis cum Æschylo & Choerillo Atheniensi vetustissimo tragico. Vixere hi tres poëtæ paucis admodum olympiadibus post Thespin : quem & fortasse senem ipsi juvenes, aut quidam saltem eorum, videre potuerunt. nam Choerillum olympiade lxxiv, vel natum esse, vel dramata sua cœpisse publicare, ex Suidæ verbis licet conicere. Pratinam verò atque Æschylum circa olympiadem lxx. floruisse Eusebius \* aliique tradi-

\*\* i. e. Pratinas Pyrrhonida, vel. Engomii filius, Phliasius, Poëta Tragicus, qui primus scripsit Satyros : & fabulas quidem docuit quinquaginta ; è quibus Satyricæ fuerunt triginta duæ.

† Cratinum] Idem. Æschylum sequutus, veteris Comœdiæ auctor, illius Satyros expressit, ut Grammatici notârunt. Vide Dan. Heins. not. in Horat. p. m. 106. f.

\* In Chronicis.



diderunt. hi sunt, cum Phrynicho tragico, qui inchoatam à Thespide scripturam tragicædiæ omnibus pene numeris perfecerunt: de quo multa veteres scriptores Græci ac Latini; qui diversa horum omnium in ea arte inventa, maximè autem Æschyli, commemorant. Tunc igitur etiam instituta sunt musica, sive scenica tragicorum poetarum certamina, quæ adhuc Thespidis ætas ignorabat: οὐπω γὰρ, inquit Plutarchus in Solone, εἰς ἀμιλλαν ἐναγώνιον ἦν ἐξηγμένον τὸ πρᾶγμα. Quum autem initiò singulis dramaticis certare, ut perquam verisimile est, coepissent hi poætæ: non multò post mos est introductus plura dramata committendi. Quot igitur Athenis Liberalia agitabantur, tot fabulas diversas à tragicis poetis doceri solitas legimus: quarum postrema semper Satyrica erat: reliquæ tragicædiæ veræ. atque hoc Græci dicunt, πλείοσι δράμασιν ἀγωνίζεσθαι. Liberalia Athenis fuere trina: Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις, sive τὰ ἀρχαῖα, aliò nomine Ἀνθεστήρια dicta, quia mense Anthesterione qui Martio congruit celebrabantur. Διονύσια τὰ κατ' ἄστν, mense Elaphebolione, qui respondet Aprili. Διονύσια τὰ κατ' αἰγροῦς, sive Λήναια, mense Posideone, qui est Ianuarius. multa de his trinis Liberalibus in primo De emendatione temporum di.

disputat Josephus Scaliger, litterarum τὸ μέ-  
 γα αὐχμημα, & quod omnes unô ore faten-  
 tur boni, virtute atque eruditione juxta ad-  
 mirandus: inde petant studiosi quæ ad rem  
 faciunt. Sed præter trina hæc Liberalia fue-  
 runt & aliæ solennitates Baccho simul cum  
 aliis diis ac deabus sacræ velut Panathenæa,  
 sive Quinquatrus: quarum honos non soli  
 Minervæ proprius, verum & aliis diis: in  
 quibus fuit Liber pater: quod vel ex eo pot-  
 est constare, quia etiam fabulæ tragicæ  
 Panathenæis docebantur: nemo autem du-  
 bitat, earum solennitatum proprios fuisse  
 ludos scenicos, quæ vel προηγουμένως, vel  
 κατ' ἐπακολούθημα ad Bacchi honorem refer-  
 rentur. Diogenes Laërtius in Platone, lib.  
 III. c. LVI. Θρασύλος δέ φησι κατὰ τὴν  
 τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς δια-  
 λόγους· οἷον ἐκεῖνοι τέτρασι δράμασιν ἡγωνίζον-  
 το, Διονυσίοις, Αἰναιοῖς, Παναθηναίοις, Χύτροις·  
 ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν· τὰ δὲ τέτταρα δρά-  
 ματα ἐκαλεῖτο τετραλογία. trina quæ diximus  
 Liberalia habes heic expressa: nam quæ ἀ-  
 πλῶς vocantur à Diogene Dionysia, ea sunt,  
 quæ in urbe celebrabantur mense Elaphebo-  
 lione. per Chytros intellige, τὰ ἀρχαῖα  
 Dionysia, sive Anthesteria. quanquàm Dio-  
 nysia, quæ propriè Anthesteria dicebantur,  
 die unô Chytros præcedebant: die enim duo-

duodecimâ mensis Anthesterionis celebrari solita ea Dionysia. Chytri verò die decimâ tertîâ. de illis disertè Thucydides, librò II. & Demosthenes adversus Neæram. de Chytris scholiastes Aristophanis ad Acharnenses: ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἄγονται οἱ τε Χύτροι, καὶ οἱ Χόες ἐν Ἀθήναις, τῷ Διονύσῳ, καὶ Ἑρμῇ. οὗτος Δίδυμος. ἦγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὡς Φιλόχορος. Panathenæa Hecatombeionis qvi Augusto congruit celebrabantur. multa etiam de his observat in eodem opere Scaliger: quæ melius est apud ipsum legi. Porro in tetralogiis suis videntur poëtæ id studuisse, ut tragœdiæ omneis cujusque tetralogicæ affinis essent argumenti. sic ex Æschyleis hypotheses cognatas habent treis istæ fabulæ, Agamemnon, Choëphori, & Eumenides: quæ cum Proteo Satyrico, alia ejusdem fabula, tetralogiam unam conficiebant. atque ita digesta erant omnia Æschyli, & aliorum tragicorum dramata in veterum criticorum didascalis: de quibus multa disseruimus ad librum vi. Athenæi. singulis autem tetralogiis nomina indebantur ab argumento: ut Pandionidi Philoclis, de qua paullo post: sic & illa Æschyli de qua modò dicebamus, Orestia nomen habuit: videlicet τετραλογία. Aristophanes in Ranis:

Πρω-

Πρῶτον δὲ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστίας λέγε.

scholiastib: τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἰ  
 διδασκαλίας, ἀγαμέμνονα, Χοιφόνου, Εὐμήνι-  
 δος, Πραξιόσατυρῶν. addit vero eruditus ille  
 Grammaticus, Ἀγιστάρχου δὲ καὶ Ἀπολλωνίου  
 τετραλογίαν λέγουσι χάρις πῶν Σατυρικῶν. cur Ari-  
 starchus & Apollonius nobilissimi critici in  
 tragicorum dramatis recensendis tantum tra-  
 gœdiarum, non etiam satyricarum rationem  
 habuerint, quod hic scholiastes ait, ex iis,  
 quæ antè docuimus, non est obscurum. o-  
 stendimus enim, lib. I. c. III. p. 98. Satyricas  
 non inter seria opera esse habitas, sed tan-  
 quàm parerga pictorum & ἐπιφωλίδας. ad-  
 de quòd Satyricæ fabulæ argumentum nihil  
 commune habuit cum hypothefibus trium  
 tragœdiarum, quæ ut plurimum circa eam-  
 dem aut affinem versabantur materiam. ergo  
 ob hæc causas pars criticorum didascalias  
 dramatum tragicorum in trilogias digessit.  
 pars in tetralogias. quod quidem magis fuis-  
 se probatum, eâ mihi persuadetur ratione,  
 quia τετραλογιῶν tragicarum nulla apud veteres  
 mentio occurrit: tetralogiarum verò plura  
 exempla in sequentibus sumus allaturi. His  
 expositis ὥς ἐν προθεωρίᾳ μέρει, accedamus  
 iam ad poetarum σατυρογραφῶν recensum:  
 & fabularum ejus generis nomina, quæ sola  
 hodie supersunt, dramatis omnibus, ὑπὸ  
 Euri-

Euripidis exceptô, amissis, colligamus. Venerustissimi omnium poëtæ, qui in hoc albo nomen profitentur suum, duo illi sunt, Theſpis & Pratinas, quibus inventionem hujus poëſeos tributam eſſe initiô datribæ iſtius, c. v. diximus. nos tamen neutrius iſtorum fabulam ullam Satyricam à veteribus invenimus laudatam. ad alios. itaque pergamus. Pratinas habuit antagoniſtas vel potiùs ἀντιδιδαſκάλους, Æſchylum & Chœrillum poëtæ tragicos. poſtერიorem horum fabulas docuiſſe CL. auſtor eſt Suidas: è quarum numero ſaltem aliquas fuiſſe ſatyricas, non dubito: etſi nemo, quod ſciam, veterum id ſcribit. de Æſchylo in vita ipſius legimus: ἐβίωſεν ἐξήκοντα καὶ τρία ἔτη. ἐν οἷς ἐποίηſε δράματα ἐβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις Σατυρικά ἀμφὶ τὰ πέντε. νίκας δὲ τὰς πάſας εἴληφε τριſκαίδεκα. ſi verum eſt quod heic dicitur, quinque tantùm Satyricas fabulas ab Æſchylo fuiſſe compoſitas, tragœdias verò LXX. quùm toties in certamen tragiçi carminis deſcenderit, terdecies etiam victor è theatro redierit: fatendum neceſſariô, non ſemper τετραλογίαſ eum ἀγωνίſασθαι. an igitur in numero error commiſſus, & ſcribendum ἀμφὶ τὰ ἰε. ſive πεντεκαίδεκα? ita fuerint omnino Æſchyli dramata LXXXV. quod eò minus auſim affirmare, quia index fabularum

larum ejus poëtæ, qvi hodie superest, cum vulgata lectione quæ LXXV. dramata ei tribuit, ferè consentit. Suidas contra, emendationem nostram confirmat: qvi fabulas scripsisse ait Æschylum xc. vicisse autem vicies octies. ἔγραψε τραγωδίας 5. νίκας δὲ εἴλην κή. οἱ δὲ τρισκαίδεκά φασι. juvat etiam quod ex eodem auctore supra referebamus de Pratina, quicum Æschylo fuit certamen: quinquaginta eum fabulas composuisse: è quibus duæ supra triginta essent satyricæ. ubi tamen ne in posteriore numero peccatum sit contrariò errore atque in Æschyli vita, vehementer dubito. Hic poëta cùm in cetera poësi excelluit, tùm in Satyricis scribendis præcipuam gloriam sibi peperit. ceteris enim omnibus tragicis præstare hâc laude eruditus est visus. Diogenes Laërtius, lib. 11. in Menedemo, c. cxxxiii. καὶ δὴ καὶ Ἀχαιοῦ προσείχεν ὥπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Ἀἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπέδιδον. Æschyli satyricum drama extat hodie nullum. in catalogo, qvi adhuc superest, satyricæ aliis fabulis sunt permixtæ, omisâ voce quæ illas à ceteris separabat. neque verò per τετραλογίας more veterum criticorum fabulæ sunt ibi digestæ: sed tantùm κατὰ στοιχεῖον enumeratæ. unicam ex omnibus, quæ ibi nominantur, fuisse satyricam auctor admonet:

ita ibi scribitur. ΚΙΡΚΟΙ Σατυρικοί. nos legendum esse non dubitamus: ΚΙΡΚΗ Σατυρική. Hesychius. Ζυγώσω· δαμάσω, κλείσω, καθεξω. Αισχύλος, Κίρκη Σατυρική. alibi sine διακριτικῷ epitheto. ut, Αιτόφορβος, αὐτοφάγος. Αισχύλος, Κίρκη. Satyrica etiam fuit, quæ ante hanc ibidem recensetur. quamobrem ita scribi debuit: ΚΗΡΥΚΕΣ Σατυρικοί. Julius Pollux, librō x. capite xix. εἰρηται τοῦνομα ἐπὶ ἀμφοτέρων (malim ἀμφοτέρων) ἐν Σατυρικῷ δράματι Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου· στενόστομον. τὸ τεῦχος. idem, capite xlix. Φάινει δὲ ἀν' καὶ σισύραν, Αἰσχύλου ἐν Κήρυξι Σατυρικαῖς λέγοντος, Καὶ τῆς σισύρης τῆς λεοντίας. alibi simpliciter Κήρυκας nominat: quod sæpe faciunt & Grammatici & scriptores alii omnes. librō nonō: φαυλὸν τὸ λογιῶν, ἐν τοῖς Κήρυξι τοῦ Αἰσχύλου. Tres fabulas sub Promethei nomine, sed cognominibus diversas scripserat Æschylus: harum fuisse unam satyricam, & in eadem cum Phineo, Persis ac Glaucō Potniensi tetralogia collocatam, testatur vetus auctor hypotheseos in Persas. Ait enim: ἐπὶ Μένωνος τραγωδῶν Αἰσχύλος ἐνίκησεν Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαυκῷ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. ecquæ verò Prometheus è tribus ejusdem nominis fabulis, intelligeret, divinandum nobis hic Grammaticus reliquit. nos Prometheus sive Περκαῖα, significari

hic

hæc putemus. nam τὸν δεσμιώτην non posse intelligi, fabula ipsa arguit, quæ hodie extat: ἢ λυόμενος quidem est, opinor: aliud enim fradent fragmenta ejus dramatis quæ supersunt non pauca. ὁ πυρφόρος igitur erit. quare ita scribendum in indice, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΦΟΡΟΣ (sive πυρκαεύς, auctore Pol-  
 luce, sub finem libri noni) Σατυρικός. Sed videamus ne mutatō verborum ordine, ita potius scribendum sit apud hunc scholiasten: ἐνίκη Φινεΐ, Πέριπας, Προμηθεΐ, Γλαύκῃ Ποτνιεΐ. nam quum moris sit criticis in recensendis tetralogiæ cujusque fabulis, postremō locō Satyricam nominare: si quidem vulgatam lectionem sequimur, nullum dubium, quin Prometheus heic positus fuerit drama Satyricum. at ex scholiasta Theocriti colligi potest, Glaucum Potniensem ejus generis fuisse: quare non Prometheus, sed hic; ultimō locō erat ponendus. verba illius scholiastæ sunt hæc: τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονες φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν ΓΛΑΥΚΩΙ, Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδῃ. In eodem indice recensetur & Cercyon: quæ fabula nomen habuit à Cercyone, patre Alopes: de qua poëtæ interpretes ad Catalogum. hanc quoque Æschyli fabulam charactere Satyricō scriptam observabamus. Hesychius: Εὐλήματα, λήματος



καὶ ἀνδρείας ἔν ἔχει. Αἰσχύλος Κερκύονη Σατυ-  
 ρικῷ melius Κερκύωνι. Κερκύων, ut Αμφι-  
 τρύων. apud Eustathium tamen Κερκύονι. Scri-  
 bendum in Æschyleo catalogo, ΚΕΡΚΥΩΝ  
 Σατυρικός. Pollux, librô x. c. XLV. εἶεν δὲ  
 ἂν καὶ ἀμφοτίδες τοῖς ἐνωτίοις πέλας ἐν Κερ-  
 κίωνι Αἰσχύλου. Hesychius: ἀπεψύχη, ἀπε-  
 πνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. ita  
 enim scribendum. alibi: Ἀμβωνες, αἱ προσ-  
 αναβάσεις τῶν ὀρέων. Αἰσχύλος Κερκύωνι, καὶ  
 Σισύφῳ. utrumque drama videtur fuisse Saty-  
 ricum: etsi neque ex Hesychio, neque ex  
 Polluce, qui sæpius citat, licet id cogno-  
 scere, in indice plenior inscriptio, Σίσυφος  
 δραπέτης. Satyricum item drama fuit Pro-  
 teus. propterea scribendum in indice, ΠΡΩ-  
 ΤΕΥΣ Σατυρικός. Hesychius, Ἀμαλα τὴν ναῦν,  
 ἀπὸ τοῦ ἀμαῖν τὴν ἄλα. Αἰσχύλος Πρωτεῖ Σα-  
 τυρικῷ: idem ἐπάσω ἐκτήσω. Αἰσχύλος Πρωτεῖ  
 Σατυρικῷ. ad tetralogiam Orestiam hoc dra-  
 ma pertinuit. præter comici interpretem,  
 cujus testimoniô antè sumus usi, idem testa-  
 tur & Grammaticus ille, qui Hypothesi A-  
 gamemnonis hæc subjecit. ἐδιδάχθη τὸ δρά-  
 μα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ  
 ὀγδόῃ: ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέ-  
 μνονι, Χοηφόροις, Εὐμένισι, Πρωτεῖ σατυρικῷ.  
 in numero olympiadis largiter peccat hic  
 Grammaticus, vel qui eum descripsit. nam  
 legen-

legendum *ιβδομηκοστῇ ὀγδόῃ* pro *εἰκοστῇ ὀγδ.* aut quod verum esse non dubito, (nisi in nomine archontis latet error:) τῇ *ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπ.* nam olympiade LXXVII. nullus fuit archon Athenis eō nomine: at annō alterō olympiadis LXXX. Philocles ἦν ἀρχων, inquit Diodorus Siculus, librō XI. nemo ignorat, librorum descriptores nusquā majore socordiā & perfidiā usos quā in numeris. cujus rei exempla insignia, vel in iis, quæ de Aeschylō scribunt veteres. nam in antiqva illius vita ita legimus in postremis doctissimorum hominum editionibus: *συνεχρόνισε Πινδάρῳ, γεγονώς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα*: hæc lectio falsissima. sed alii libri habent *ἑξηκοστῇ*. de hac quoque scriptura dubito: constat enim Aeschylum in pugna Marathonia cum fortissimo viro Cynægiro fratre suo strenuè pugnâsse, adhuc juvenem: atqui si vel ultimō annō olympiadis LX. ponimus esse natum: tempore pugnæ illius annorum invenietur minimum XLII. tot enim numerantur ad secundum olympiadis LXXII. quō annō in Marathoniis campis commissâ illa pugna: rursus apud Suidam leguntur hæc verba: *ἡγωνίζετο αὐτὸς (ὁ Λισχύλος) ἐν τῇ θ'. ὀλυμπιάδι ἐτῶν ὧν κέ.* certavit ipse, inquit, cum esset annorum xxv. olympiade nonâ. & pueri intelli-

gunt deesse heic majorem numerum, quā minorem præcedebat. omnino igitur scribendum: ἐν τῇ ξθ'. ὀλυμπιάδι. quod si verè proditum est, Aeschylum olympiade LXIX. fuisse natum annos xxv. aliò jam argumentò probatum habemus, quod modò dicebamus: videri natalem illius malè collocari in LX. olympiade. Lego igitur in superiore loco ex ejus vita: γεγωνὸς κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἐξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. quare tempora vitæ tragici illius nobilissimi ita digeremus. natus circa annum tertium olympiadis LXIII. exeunte olympiade LXIX. quum esset annorum xxv. dramata sua cœpit publicare. Annò secundò olympiadis LXXII. Marathone contra Persas pugnavit, annò ætatis xxxv. Olympiadis LXXVI. annò IV. Menone prætore Athenis victoriam è scena reportavit, editâ tetralogiâ istâ, Phineò, Persis, Glaucò Potniensi & Prometheò. agebat tum Aeschylus annum ætatis LIII. Olympiadis verò LXXX. annò alterò cùm esset Athenis prætor Philocles, publicata est ab ipso Orestia tetralogia, annò vitæ LXVI. post hæc contulit se, coactus solum vertere, in Siciliam ad regem Hieronem, quem post olympiadem LXXVI. regnare cepisse, Pindari vetus interpretes affirmat. ibique Aeschylus, alterò aut tertiò post annò, in exilio diem supremum obiit. Rectè hæc ita digeri à nobis, etiam

etiam illud argumento est, quod in vita Æschyli scribitur: exilio ipsius occasionem præbuisse Eumenidum fabulam: quum poëta Furias in scenam adeò horribili ornatu induxisset, ut populum universum terror invaderet, pueri è pavore exanimarentur, gravidæ mulieres abortum facerent. Eumenides enim in Orestia fuerant tetralogia. itaque falsum erit aut mendosum, quod scribitur in vita: obiisse ipsum annò ætatis LXV. paullò enim plures vixisse modò dicta arguunt. sed jam ad institutum redeamus. Invenimus aliquando laudari hunc poëtam ἐν σατυρικῷ, nullò præcedente aliò nomine. Hesychius: ἀποφύλαιοι, ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Αἰσχύλος σατυρικῷ. hoc est, ut nos interpretamur, in aliquo dramate Æschyli è Satyricis. vix enim credam ita generale nomen alicui fabulæ inditum. etsi factum scimus aliquando, probavimusque ad Athenæum. ejusmodi titulus fuit fabulæ Ionis tragici, μέγα δράμα, apud Pollucem & Hesychium. Non est dubium præter has fuisse etiam alias ex Æschyleis fabulis satyricas: quia tamen, ipsis fabulis amissis, nullum apud veteres ejus rei argumentum invenimus, conjecturis nostris non indulgebimus. idem dicimus de Phrynichi tragici fabulis: qui paullò ante Æschylum vixit, & docendis tragicædiis celebre nomen est adeptus. multa de hoc veteres.

teres. Glaucus verò, qvi de Æschyli fabulis scripserat, asserere non est veritus, Æschyli Persas è Phrynichi Phœnissis παραπεποιῆσθαι. fabulas hujus recenset Suidas, è quibus aliquot Satyricæ proculdubio; sed quas à ceteris distingvere, è solis, quæ restant nominibus, periculosæ res sit aleæ. Nobilissimus tragicorum secundum Æschylum, Sophocles: cujus fabulæ satyricæ hæ pauculæ, haut dubiè è pluribus, sunt nobis observatæ. ΑΜΥΚΟΣ σατυρικός. Athenæus, librò nonò: τῇ τὸν λαγὸν αἰτιατικῇ, ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλέϊ ἐν Ἀμύκῳ σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστική. Γέραννοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτινοί, λαγοί. alibi simpliciter Ἀμυκος. ut librò tertio ejusdem. ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ σατυρικός. hujus multi meminerunt: sed fabulam fuisse Satyricam pauci admonent. vide quæ scripsimus Animadversionum in Athenæum, librò VI. I. capite IV. ΑΧΙΑΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ σατυρικοί. & hujus fabulæ apud multos habetur mentio: quod autem Satyrica fuerit fabula, dudumprehendimus ex verbis scholiastæ Aristophanis: quæ chorum è Satyris constituisse non obscurè significant. Satyros autem tragœdiam non posse ingredi, negat disertè Demetrius rhetor, quod non semel † diximus. Lege, quæ ad Athenæum observamus. ΕΠΙΤΑΙΝΑΡΩΙ σατυρικῷ. ita citatum invenimus non

† (Vide lib. I. c. II. p. 31.)

non semel, ut ibidem adnotavimus. ΗΡΑΚΛΗΣ σατυρικός. de hac fabula multa ibidem notamus: quod autem Satyrica fuerit, probamus duplici Pollucis testimonio. sic ille, librô vii. cap. xxv. instrumenta coqvinae recensens:

Καὶ Φιτρώς δὲ τούτους λέγει ἡ ποιητικὴ φωνὴ ἐκλυμάδας, Σοφοκλῆς ἐν Ηρακλεῖ σατυρικῷ, συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκλυμάδων. idem, librô x. cap. xxiv. hunc ipsum Sophoclis locum aliter legit. ita enim scribit: προσθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ξύλα καύσιμα, καὶ κληματίδας, καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ηρακλεῖ σατυρικῷ, συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκκαυμάτων.

adde his si lubet & tertium testimonium ex primo libro Athenæi. ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. non potest esse dubium quin Satyricum fuerit drama. nominantur Polluci & Athenæo, ut ibidem ostendimus. ΚΩΜΟΣ etiam sine dubio generis ejusdem fuit. proprius enim Satyrorum ὁ κῶμος, ut antè c. iv. extr. probavimus. sed pro ΚΩΜΟΣ fortasse legendum ΜΩΜΟΣ, in Hesychio, quod olim monebamus. hæc quoque, nisi fallor, in Satyricis censenda. ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ. Non repetemus, quæ de hac fabula pridem observavimus. illud potiùs addemus: videri eandem esse, quæ simpliciter ΣΑΤΥΡΟΙ nominatur ab aliis. Aristides in Apologia communi, αὐτὴν εἰς ἰδῶσι τὴν Ελένην, Ελένην λέγω

δραμαίων ὁποῖαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν Φρυγίαν τῷ ὄντι. παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΙΟΥΤΟ τοῦ Σοφοκλέους. *Laudatur & ΣΑΤΥΡΙΣΚΟΣ Sophoclis. Hefychius:* Ἀράγες ἔμα, οὐ δακρύον ἢ τρέπων φαμέν, κατεργάγη μου δάκρυον. σοφοκλῆς σατυρίσκω. *non videtur esse illa fabula, quam κωφούς σατύρους inscripserat. & fortasse σατυρικῶ legendum:* quasi diceret, in aliquo è dramatis suis Satyricis. vide paulò antè in Aeschylō, p. 135. ita sunt accipienda etiam Athenæi verba è libro x. Ο Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῶ φησὶν, ὡς ἄρα

—— τὸ πρὸς βίαν πίνειν

Ἰσὸν κακὸν πέφυκε τῷ διψῇ βίᾳ.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ. Satyricen fuisse hanc fabulam ex unico interprete Græco Theocriti cognoscimus. ejus verba in Aeschylō antè p. 131. produximus. ΤΥΡΙΣ Σατυρικῇ. vide, si lubet, quæ de hac fabula pridem observavimus ad VII. Athenæi. Sophocli ætate proximus fuit Achæus, Euripide aliquantò natu major. nam hunc ex illo quædam esse mutuum, observant veteres, in his Athenæus, librō VI. de hoc Suidas: ἐπιδείκνυτο δὲ κοινῇ σὺν Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ'. Ὀλυμπιάδος. videtur hoc dicere: Achæum & Euripidem celebres fuisse antagonistas in Attico pulpito. ἐπιδείκνυσθαι pro *fabulam doctre* translatitium est. de præstantia Achæi in Satyricis fabulis, exstat

stat apud Laërtium † Menedemi iudicium, quod supra, p. 129. cum de Æschylo sermonem haberemus attulimus. Nota sunt nobis illius dramata Satyrica ista. ΑΙΘΩΝ σατυρικός. Athenæus, librô x. Ἀχαιοὺς ἐν Αἴθῳ σατυρικῷ, τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὕδαρ ἔπειν, καὶ λέγοντας·

Μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολὺς;

ΑΛΛ' οὐδὲ λῆξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.

Καλῶς μὲν οὖν ἄρειν σκυθιστὶ καὶ πιεῖν.

similis sententiæ duo alii loci sunt apud eundem, librô nonô. ΑΛΚΜΑΙΩΝ σατυρικός. Athenæus, lib. iv. Ἀχαιοὺς ὁ Εἰσπρεΐς ἐν Ἀλκμαίῳ τῷ σατυρικῷ καρυκκοποιούς καλεῖ τοὺς Δελφούς διὰ τούτων, Καρυκκοποιούς προσβλέπων βδελύττομαι. alibi sine distinctionis nota, ut librô xi. Ἀχαιοὺς ὁ Εἰσπρεΐς ἐν Ἀλκμαίῳ, αὐτὶ τοῦ κύλικας πάραγωγος κυλιχνίδας εἶρηκε διὰ τούτων,

ΑΛΛ' οἷς τάχιστα δεῦρο δὴ μόνον φέρειν,

Κοινὸν τε χρῆ κρητῆρα, καὶ κυλιχνίδας.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ σατυρικός. Athenæus, librô xiv.

οἱ παλαιότεροι ἀπλῶς τραπέζας ἔλεγον, οἷς Ἀχαιοὺς ἐν Ηφαίστῳ σατυρικῷ:

Θάινῃ σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεστι δέ.

Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;

Μύρω σε χρίσω πάμπαν εὐόδμῳ θέμις.

Ἰδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;

Ναὶ

† Vide quæ diximus supra p. 21. f.



Ναὶ καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἐπαίρεται.

IPIC σατυρική. Athenæus in tractatu de griphis: Αχαιοὺς ὁ Ερετριεὺς γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅταν καὶ μελαίνει τὴν φράσιν, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει ὥσπερ ἐν Ἰριδι σατυρική· λέγει γάρ. Λιθάργυρος δ' ὅλην παρηγεῖτο χρίσματος πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν· ἀντὶ τοῦ σπαρτιάτην σκυτάλην, hæc sunt corrupta & quidem eò genere, de quo sæpe diximus: cùm aliquid propterea est omissum à librariis, quia ab auctore fuerat repetitum. heic igitur cum poëtæ verba repetantur ab Athenæo, illa interpretante: Achæi testimonium dimidiâ sui parte truncatum est. meliùs in Epitoma ut olim adnotavimus. Scribe igitur: Λέγει γάρ, Λιθάργυρος δ' ὅλην παρηγεῖτο χρίσματος πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν. πλεκτὸν σπαρτιάτην ἔφη κύρβιν ἀντὶ τ. Σ. loquitur poëta de ampulla olei cui appensum lorum. locus ita vertendus. *Achæus Eretriensis etsi poëta est nitidus in compositione dictionis, aliquando tamen orationem obscurat, multaque effert per anigmata: ut in Iride Satyrica: Ait enim: lapidi argentoque similis (candida) ampulla unguinis (olei) appensum habebat plicatilem Spartiatam cyrbim in quo scribi potest. πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν dixit pro scytala Laconica. hæc ferri possunt. nos tamen aliud heic latere*  
ulcus

ulcus suspicamur : neque de ampulla loqui poetam, verum de quodam qui lorō appensam ad cingulum, (ut moris erat, cum adibant gymnasium aut balineas,) ampullam oleō plenam gestabat. hoc enim est ὅλη παρηωρεῖτο. ita igitur Achæi verba in pristinum nitorem censemus esse restituenda:

Δι' ἄργυρος δὲ ὅλη παρηωρεῖτο χρίσματος, ἀπὸ πλεκτοῦ σπαρτιάτου κύρβειος  
Γραπτῷ.

Iridis Achæi meminit etiam Pollux, librō x. cap. xxxiv. locum adscribam, ut legi debet: quia corruptam esse vulgatam lectionem doctissimi viri non animadverterunt.

αἰκτῆρια τὴν βακτηρίαν Αἰχαιοὶ ἐν Ἰριδι ὠνόμασε. καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸ τὸν ῥυμόν τοῦ ἄρματος, ἢ τῆς αἰμάξης ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ. ὁ στήριγμα καλεῖ Λυσίας. Hesychius, ἐκολλόπωσε, συνήρמוσε κόλλη. Αἰχαιοὶ ἱριον. corrige Αἰχαιοὶ Ἰριδι. ΟΜΦΑΛΗ σατυρική. Athenæus, librō xi. Αἰχαιοὶ ὁ τραγικὸς ἐν Οἰμφάλῃ, καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς σατύρους τάδε λέγοντας.

Ο δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,  
Τὸ γράμμα φαῖνον, Δέλτ', Ἰῶτα, καὶ τρίτον  
Ο Ν τοτ' Υ πάρεισι. κούκ ἀπουσίαν

Ἐκ τοῦ πέκεινα Σάν, τὸ τ' Ο κηρύσσετον.

erat sculptum in poculo nomen ΔΙΟΝΥΣΟ:  
hoc est Διονύσου. cur sit omissum Υ caussam

pete.

pate ab ipso Athenæo. Hesychius : Φαραῖος  
 Ἀπόλλων. Ἀχαιοὺς, Ὀμφάλη. παρὰ χρίσις οὕτω λέ-  
 γεται. Scripserat & Ion Chius poëta † tra-  
 gicus Omphalam : sed id drama fuisse saty-  
 ricum nusquam lego. Achæi verò pleraque  
 fabulas, quarum mentio apud veteres, fuisse  
 Satyricas suspicamur. ejusmodi erat quam si-  
 ne nomine laudat Hesychius in istis : Νυμ-  
 φόβας, Ἀχαιοὺς, ὃς ἦν δαῖνος ἐπιβαίων ταῖς Νύμ-  
 φαις· καὶ ἐν Μύροις. Βαβαὶ βαβαὶ βήσομαι γυ-  
 ναῖκες. duæ heic χρεῖται ex Achæo. prior est,  
 vox Νυμφόβας : quam explicat Hesychius.  
 lego autem, ὁ σειληνὸς ἐπιβαίων ταῖς Ν. alte-  
 rius fabulæ, quæ heic laudatur, nomen cor-  
 reximus ad septimum Athenæi. Euripidis  
 est, quæ sola hodie superest in exemplum  
 fabularum hoc genus, ΚΥΚΛΩΨ σατυρικός :  
 de quo sequenti capite. laudatur & ΕΥΡΥ-  
 ΣΘΕΥΣ. σατυρικός : Stephanus De urbibus  
 in Τάρταρος, ὁ οἰκῆτωρ ταρτάριος· καὶ διὰ τῆς  
 εἰ διφθόγγου παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Εὐρυσθεῖ σατυρι-  
 κῷ. plura de hac fabula Animadversionum in  
 Athe-

† Bato Sinopenfis de Ione hoc Chio Poëta scripsit,  
 eumque bibacem & in amorem maximè proclivem  
 fuisse affirmat. Fuit autem Ion ille poëta Tragicus,  
 cujus libr. de Chio citat Athenæus in x. Ejus non pau-  
 ca citant Pausanias in Ach. Eliac. i. Epitome Stra-  
 bonis, Athenæus, lib. i. ii. iii. vi. x. Sextus Em-  
 piricus contra Math. fol. lxi. Floruit Olymp.  
 lxxii.

Athenæum, librô xi. c. xiv. laudatur & ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ σατυρικός. Joannes Tzetzes, Chiliade viii. historiâ cxi.

Ἐν Αὐτολύκῳ δράματι σατυρικῷ τὰ πάντα

Εὐριπίδης ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτων γράφει.

argumentum fabulæ utcumque odorari est ex præcedentibus ejus Grammatici verbis.

Pollux, librô x. c. xxiiv. Εὐριπίδης εἴρηκεν

ἐν Αὐτολύκῳ σατυρικῷ τοὺς ἄνους τὰς λαρκαγω-

γούς. idem, c. xlv. μάλιστα καὶ Εὐριπίδου ἐν

Αὐτολύκῳ σατυρικῷ εἰπόντος, σχοινίας γὰρ ἵπ-

ποικί, φλοῖνας δ' ἡνίας πλέκει. Duos autem

Autolycos ediderat Euripides: nam in x.

laudatur Athenæo. Αὐτόλυκος ὁ πρῶτος. an igitur

ambo Satyrici? ita putem. ΣΙΣΥΡΟΣ σα-

τυρικός. annô primô olympiadis xci. produ-

xit Euripides in theatrum tetralogiam, cu-

jus dramata: Alexander, Palamedes, Tro-

jani, & Sisyphus Satyricus. certavit cum

Xenocle poëta obsкуро: à quo tamen victus

est. adeo τὸ θέατρον, qvôd olim Cratinus

dixit, ἐνόησε τὰς φρένας. auctor Ælianus:

cujus locum vide mox in Xenocle. ΣΚΙΡΩΝ

σατυρικός. hujus nomen eruimus è depravata

apud Pollucem scriptura, librô x. c. vii.

τῶν ἀδοξετέρων ἢ χαμευνή καὶ τὸ χαμεύνιον.

ἐν γοῦν τῷ σατυρικῷ Κίῳνι Εὐριπίδης φησι;

Σχεδὸν χαμευνή σύμμετρος Κορινθίας

Παιδὸς· κνεφάλου οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.

omni-

omnino scribendum τῷ σατυρικῷ σκίρωνι. nam in Scirone multa dicebantur de puellis Corinthiis, auctore eodem Polluce, librô nonô. τάχα δ' αὖν, ait, εἴη κόρη, ὡς Ευριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν σκίρωνι· λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἐταιριδῶν.

Καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλον \* ἀνενδεῶς·

\* ἐννάτας δὲ κᾶπειτα ἐπὶ τετλίάρῳν

Φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· Φιλοῦσι δὲ·

Τὰς ἐξ Ἀθηνῶν, παρθέτους αἷς αὖν φέροι

Παῖδάς.

obscurus est hic locus, quia verborum mendis sententia obruitur. quam ob causam in elegantissimo Pollucis codice, quem servat regia bibliotheca, totius Euripideæ χρείας, nec vola nec pes apparet. ita sæpe observavimus in libris antiquis, ea omitti solita à librariis, quæ propter mendas non intelligebant. Videtur hoc voluisse qui hæc loquebatur: puellas Corinthias in urbe ipsarum Corintho faciliè parabiles esse parvâ pecuniâ: cujusmodi cudebatur Corinthi qui πῶλος dicebatur, quòd equi Pegasi formam impressam haberet. easdem verò postquam Athenas venerint, delicatulas evadere, & amatores suos sumptibus exhaurire. hoc venustâ allegoriâ exprimit poëta, factâ allusione ad primam notionem vocis πῶλος, quæ pulam equinum significat. in patria, inquit,

con-

conduci possunt mercede πάλου unius : Athenis verò non venient, nisi quatuor eqvis argenteis : hoc est tantam argenti summam pactæ, quæ parandis quatuor eqvis sufficiat. adamant enim, ait, παρθένης (id genus nummi Athenis, facie Palladis significati.) Atticas, quas attulerit Minerva. hypallage, pro, quæ Minervam exhibent in figura spectandam. in primo versu scribi potest; Καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλος εἰς ἀνενδεῶς. in sequenti opem desidero meliorum codicum. Scironem Euripideam laudat etiam Athenæus, librò III. Stobæus quoque, sermone XLIV. Æqualis vixit Euripidi Xenocles : cujus apud Aristophanem mentio in Ranis † : nisi hic alter potius est tragicus poëta : à quo fuit editus ΑΘΑΜΑC σατυρικός. Jam diximus ex Aeliano contra Euripidem coronatum istum fuisse in certamine tragico : id judicium imperitiâ † † aut

† Η.ε. ὁ δὲ Ξενοκλῆς ; Δι. ἐξόλοιτο τῇ Δίᾳ ;

Ubi verò Xenocles ? pereat ille per Jovem.

Ubi Scholiastes : Filius Carcini Xenocles traducitur ως ἄριστος, ut rudis & impolitus in Poësi, & allegoriis plus justò indulgens.

†† Imperitiâ } Benè Anacharsis, θαυμάζειν ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρείττους δὲ οἱ μὴ τεχνῖται πύττει se, inquit, quâ ratione apud Græcos artifices quidem certent, sed judicium ferant artis imperiti. Aristophanes in Vespis se victum ait,

K

ὑπὸ

aut corruptelâ accidisse scribit Aelianus. sic  
 sæpe legimus præstantissimos poëtas à dete-  
 ficientibus victos, suffragiis Atheniensium :  
 quos Græci dicunt eleganter, ὑπὸ Ἀθηναίων  
 καταστροφασθῆναι. Locus Aellani est libr. 6  
 ff. c. VIII. Κατὰ τὴν πρώτην, καὶ ἐκτὴν ἐ-  
 λυμπτὰ δα, καὶ ἡμενικὰς ἐξαινέτος ὁ ἀκράγωντι-  
 νὸς ἠτάσθαι, αὐτῶν ὀνίσσαντο ἀλλήλοισι Ξενοκλῆς καὶ  
 Εὐριπίδης· καὶ πρῶτος γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις πο-  
 τε αὐτὸς ἐστίν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάωνι, καὶ Βά-  
 χχῳις, καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῶ. τούτου δευτέρως  
 Εὐριπίδης ἦν· Ἀλεξάνδρῳ; καὶ Παλαμήδῃ, καὶ  
 Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ σατυρικῶ. Γελοῖον δὲ οὐ γὰρ  
 Ξενοκλῆα μὲν ἠτάσθαι, Εὐριπίδην δὲ νικῶν, καὶ  
 τὰύτῃ τοιούτοις δράματι. Adduximus pluseu-

12

ὅτι τὸ μὴ γινῆναι καθαρῶς, quod spectatores non satis la-  
 borem suum intellexissent. Lucian. in Hæmonide, ὁ πο-  
 λὺς οὗτος λαὸς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω &c. populus  
 iste meliora nescit, cum plurimi eorum sellulariam exerceant  
 artem. quæm verò principes viri laudaverint, cum non de  
 nihilo dilaudatum credunt; adeoque laudandum sibi existi-  
 mant. Quapropter in certaminibus plures quidem sunt,  
 qui spectent, plaudant, explodant. κρινοῦσι δὲ ἑκά, ἢ  
 πέντε, ἢ ὅσοι δὲ, judicant verò septem aut quinque aut  
 quovisunque tandem. Felices, inquit Fabius; ἀπὸς Hiero-  
 nymum Epist. ad Pammaechium, essent artes, si de illis  
 soli artifices judicarent. Poëtam non potest nôsse, nisi qui  
 scit dogmatum varietates. Mânù facta & oculis patientia  
 magis probant artifices. Nostra quàm dura sit necessitas  
 hinc potes animadvertere, quod valgi standum est iudiciò,  
 & ille in turba metuendus, quæm, cum videris solum, de-  
 spicias.

† E

la Æliani verba, ut graves mendas tollere-  
 nius, quæ primam & postremam periodos  
 foedant. tempus hujus agonis falsissimè heic  
 designatur, annò primò olympiadis sextæ.  
 Pro ἐκτῆς legendum ἐννενηκοστῆς. olympiadi  
 xci. congruit nota heic apposita. Diodo-  
 rus †, librò xiii. p. 204. παρὰ Ηλείου ἡχθῆ  
 ὀλυμπιάς πρώτη πρὸς ταῖς ἐννεήκοντα, καθ' ἣν  
 ἐνίκα στάδιον Εξαίνετος ὁ Ακραγαντίνος. consen-  
 tit his etiam vetus Olympionicarum catalo-  
 gus regiæ bibliothecæ, de quo plura disces  
 ex Eusebianis commentariis Josephi Sca-  
 ligeri. Postremam periodum miserè pertur-  
 batam ita restitue: Γελοῖον δὲ (οὐ γάρ;) Ευ-  
 ριπίδην μὲν ἡττᾶσθαι Ξενοκλέα δὲ νικᾶν. cor-  
 rumpendo huic loco fuit ignoratio elegan-  
 tissimæ locutionis, οὐ γάρ; quando cum in-  
 terrogatione in mediam orationem inseritur  
 sanè quàm venustissimè, & ὡς Ἀττικώτατα.  
 habet ea phrasis affirmandi vim: ut si Lati-  
 nè dicas, quis neget? quis de eo ambigat?  
 idem auctor (Ælian.) librò viii. c. xii.  
 Παράδοξόν γε, οὐ γάρ; ἀληθὲς δὲ, ἐκπεσόντος  
 Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ, Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρε-  
 μήτου ὁ Κόθωκίδης ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι.  
 ita

† E quo loco Siculi redarguitur Samuel Petitus, lib.  
 i. Miscellan. c. xiii. Κατὰ τὴν δευτέραν scribendum  
 contendens.



ita \* scribendus hic locus: quem viri eruditissimi non intellexerunt. frustraue emendare conabantur. vertendum autem: *Mira sanè res: quis dubitet? at vera tamen: quum non stetisset Demosthenes in Macedonia, Aeschines ille Atrometis filius, ille inquam Cothocides, apud Macedones famam ingenii est assecutus.* ἐκπίπτειν & heic & paullò pòst pro obmutescere, non placere, translatus ab histrionibus, qui etiam Latinis stare, aut non stare dicuntur. Aequalis item fuit Euripidi & Philocles tragicorum Satyricorum poëta, auctor tetralogiæ Pândionidis, de qua locuti sumus, p. 134. quamque Aristoteles in suis didascaliiis recensuerat. meminit ejus Aristophanes in Avibus.

—— οὗτός ἐστι μὲν Φιλοκλέους

Εξ ἑποπος.

vetus

\* Hæc emendatio, auctore Cl. Joach. Kuhniô, p. m. 417. not. in Ælian. loc. hunc, meritò suò omne tulit punctum. Virgil. v. Æn. v. 850.

----- Quid enim? fallacibus austris,

Οὐ καὶ toties deceptus fraude sereni?

ubi Servius quid enim? interpretatur quid ni? cur. non? Græcè dicerem τί γάρ; vel, πῶς γάρ; οὐ; Etymolog. Magnum. τί γάρ; τί οὐν, καὶ ἔφασιν δηλοῖ ἀντὶ τοῦ; πῶς γάρ; οὐ; διατί γάρ; οὐ; Dio Chrysost. orat. x. de Servio, p. m. 147. D. οὐδεὶς τῶν βλαπτομένων ἀπὸ τινος χεῖται ἐκείνῳ ὅφ' οὐ βλάπτεται. οὐ γάρ; nemo laesus à te quadam, utitur eò, quò leditur, quid ni?

† Hunc

vetus interpret† : οὗτος ὁ Φιλοκλῆς Εποπα ἐ-  
 σκέυασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογία, οὗ ἡ ἀρ-  
 χή. Σὲ τῶν ἀπάντων δεσπότην λέγω. τὴν δὲ  
 Πανδιονίδα τετραλογίαν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς δι-  
 δασκαλίαις ἀναγράφει. Philoclem hunc Ae-  
 schyli ἀδελφιδοῦν vocat Suidas: hoc est sorore  
 ejus natum non autem fratre. sic enim  
 ancipitem vocem debere accipi, docet in-  
 terpres Aristophanis. ἦν, ait, Φιλοπείδους υἱὸς  
 ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς. Philocli fuit filius Mor-  
 simus, & ex eo nepos Astydamas: ut præ-  
 ter Suidam testatur comici enarrator, cū  
 ad Aveis, tūm ad Ranas: ubi perperam e-  
 ditum υἱὸν ἔσχεν (Morsimus) ἀμφιδάμαντα.  
 lege Ἀστυδάμαντα. hic Astydamas filium ha-  
 buit sibi & ὁμώνυμον & ὁμότεχνον: ambo e-  
 nim eodem dicti nomine: ambo tragœdia-  
 rum poëtæ. Scripserunt multa, vel potius  
 qvamplurima: nam patris fabulas numerant  
 veteres CCXL. neque dubium, extitisse in his  
 satyricas non paucas. fabularum Astydaman-  
 tis junioris extant inscriptiones aliquot. in  
 his est ΗΡΑΚΛΗΣ σατυρικός. cujus fabulæ  
 mentio luculenta apud Athenæum, initiô  
 deci-

† Hunc Philoclem μελοποιὸν vocat Scholiastes Ari-  
 stophanis ad Vespas, f. 461. & κωμικοποιὸν idem The-  
 smoph. f. 776. ubi eundem Aristophanes Philoclem  
 ob capitis deformitatem deridet. Confer eundem Scho-  
 liaften & ad Aristophanis Aves, fol. 554.

decimi: ubi plura scripsimus de verbis poëtar.  
 eodem titulo Sophoclis aliam antè, p. 137.  
 recensuimus. Sophoclis filius, & in tragœ-  
 diarum Satyricorumque scriptione successor,  
 fuit Iophon. Videtur hic esse, cujus lau-  
 dantur Clementi Alexandrino ΑΥΛΩΔΟΙ  
 σαύτροι. ipse tamen comicum poëtam appel-  
 lat, non tragicum. locus est in primo Stro-  
 mateo: Ιοφῶν ὁ κωμικὸς ἐν Αὐλωδαῖς σαύτροις  
 ἐπὶ ῥαψωδῶν καὶ αἰλῶν τινῶν λέγει. — καὶ γὰρ  
 εἰσελήλυθεν Πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρητημένος.  
 an scripserat Clemens ὁ τραγικὸς? an aliud  
 agens hallucinatur? nam eqvidem præter  
 Sophoclis filium, quem paternæ scriptio-  
 nis æmulum fuisse constat, alium eò nomine dra-  
 maticum poëtam novi nullum. Suidas: Ιοφῶν,  
 Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγωδιο-  
 ποιοῦ. Superioribus poëtis adnumerandus est  
 & Homerus ille philosophorum, Plato: quem  
 tetralogiam scripsisse, at non docuisse, nar-  
 rat Ælianus \*, Παικ. librō 11. c. xxx. ἐπέ-  
 θετο, inquit, τραγωδία. καὶ δὴ καὶ τετραλο-  
 γίαν εἰσγάσατο. καὶ ἐμελλεν ἀγωνιεῖσθαι δοῦς ἡ-  
 δὴ τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. Haftenus  
 poë-

\* Vide ominò Schefferum & Königium adductum  
 in Æliani locum, p. m. 122. edit Argentorat. m. dc.  
 lxxiv. in 8t. ut & Thom. Aldobrandn. ac Ægid. Mo-  
 nag. Observat. in Diogen. Laërt. lib. 111. c. lvi. Item  
 Joh. Jonsium Holsatum in 1. de Scriptoris. Historiæ  
 Philosoph. c. xvi. p. m. 87.

† Asia-

poetas eos recensuimus, qui per Thespidis & Pratinæ vestigia ingredientiæ, tragicam & Satyricam poësam excoluerunt, & fabulas composuerunt Athenis docendas, quæ propria sedes ejus poëseos. solos autem illos enumeravimus quos indubitatis veterum testimoniis probare poteramus satyricas fabulas scripsisse. alioquin quot extiterent temporibus illis tragoediarum poëtæ, tot & Satyricorum dramatum auctores fuisse, ex iis, quæ superius, p. 118. f. diximus, rectè colligas. Isti sunt poëtæ, quorum successiones & dramata omnia in suis Didascaliis veteres critici singulari diligentia digesserant. præter hos verò & alii extiterunt tragici poëtæ cum Athenis, tum alibi, qui Satyricas scripserunt. exemplò sint, Python, Lycophron, Bion, Demetrius. Pythones ætate Alexandri duo fuerunt: unus Catanæus, alter Byzantius. horum unus, sed incertum uter, creditus est ab ejus ætatis hominibus, auctor fuisse dramatis Satyrici A G E N inscripti, quod actum constat in castris Alexandri, cum Liberalia exercitus agigaret, secundum Hydaspem fluvium. Traducebantur eò dramatici, (sic enim vocatur Athenæo:) Harpalus, & Athenienses: qui, quum Glyceram secretum ad illum misissent, donati ab eo fuerant nescio quot modiorum tritici millibus.

bus. nec multò post fugientem cum regia gaza regis ingratiis exceperunt. quidam neutrum Pythonem, sed ipsum Alexandrum eam fabulam composuisse memoriæ prodiderunt. Excerpta ex primo Athenæi. Ὅτι Ἀγῆνα Σατυρικόν τι δράμα ἀμφιβάλλεται, εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος, ἢ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος. plura cognosces ex ejusdem libro XIII. c. VI. ubi & de appellatione dramatis aliquid. non autem dubitamus hanc fabulam per se actam, nec tragoediæ fuisse adnexam, sicut fieri solitum Athenis. De Menedemo Lycophronis, qui inter illos Pleiadis septem poëtas nobiles censeretur, capite primò, p. 22. aliquid attigimus. Satyricum fuisse drama, nequit ambigi. Athenæus, librò X. μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ χαλκιδεὺς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους. deinde subjicit plusculos ejus versus, Satyrici planè characteris. in ea fabula sub Sileni habitu Menedemus philosophus traducebatur: per Satyros verò, discipuli illius intelligebantur. vixit Lycophron Ptolemæi Philadelphi temporibus. Bion & Demetrius ætate longè inferiores: quos non multò ante Strabonis tempora floruisse, aut etiam ævò illius, ex verbis Diogenis Laërtii, qui solus è veteribus illorum meminit, facimus

meas conjecturam. is librò IV. c. LVIII. quum decem Bionēs ingenio quondam claros enumeraret, nonum ponit in eo albo istum, de quo loquimur. ἑνῶτος, inquit ποιητῆς τραγωδίας, τῶν Ταρσικῶν λεγομένων. recentem fuisse poetam duplici ratione ostendit eruditissimus scriptor: & quod penè ultimum inter tam multos enumerat: & quod Tarsicorum poetarum unum ait fuisse. Sicut inter oratores extitere olim, qui à genere dicendi multis in Asia familiari, dicebantur † Asiatici:

† Asiatici Oratores sunt, genere qui utuntur dicendi Asiaticò, quod erat copiosum tumidum ac redundans, unde Petronius *ventosam ac enormem loquacitatem* adpellavit in Satyrico, p. m. 2. De eo Cicero in Bruto, c. XIII. *Asiatici Oratores, inquit, non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi, & nimis redundantes. Rhodii saniores, & Atticorum similiores.* In c. xcv. ejusdem libri retur, genus hoc *adolescencie magis concessum, quam senectuti.* Causa tumoris Asiatici in sermone petenda videtur ab ingenio & natura Gentis, quæ ex opibus superba ac vana. Legatus Rhodiorum apud Livium; lib. XLV. c. XXIII. *Non negaverim & totam Asiae regionem inaniora parere ingenia & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur.* Octav. Cæsar Augustus in quadam ad M. Antonium epistola, apud Sveton. c. LXXXVI. ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus: *Tuque dubitas, inquit, Cimberne, Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi ita ut verbis, quæ C. Sallustius excerpfit ex Originibus Catonis utaris? an potius Asiaticorum Oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem*

K. 5. nem

tici: item, qui similem ob causam, Rhodiaci, de quibus Græci Latinique rhetores multa: sic poetarum genus fuit, qui propter certum poëseos characterem quò plurimum usi Tarsenses, dicti sunt Tarsici. ideam ejus poëseos ex solo nomine velle divinare, fanatici sit hominis, aut oppidò confidentis. hoc tamen scimus, quod ad rem maximè facit, ætate Strabonis, quò tempore studia literarum mirum in modum Tarsi florebant, extemporale genus dicendi Tarsensibus proprium fuisse, tam in soluta quàm in astricta numeris oratione. Strabo, librò κιν. de Athenodoro oratore Tarsensi: ἐπῆρεν αὐτὸν, καὶ Ἀντώνιος, καὶ ἐτι μᾶλλον ἡ εὐχερία, ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν, ὥστ' ἀπαύσπῳς (vel ἀπταίστως) σχεδιάζειν πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. & paullo post de poësi Tarsensium extemporalis, & quidem tragica: ὁ δὲ Διο-  
γένος

*nem transferenda? Hieronymus ad Rusticum: Qui Asiaticum tumorem Atticò siccabant salo. Julius Severianus: in p. m. 8. Syntomat. Rhetoric. princ. edit. Amverpiens. m. d. lxxxiv. in 8t. quæ Lucas Fruterius Brugensis primus in lucem edidit. Quærendum est, inquit, quò genere orationis uti debeat Orator, Atticorumne nobis sequenda sit actio, (fortè dicto) qui breves adstrictique sunt & acres, purè inter res ipsas, aculeosque versantes, quique adfectum ex occulto petunt. An imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui vagi, ac fusi, rapere potius adfectibus, quàm disputationibus persuadere didicerunt. Sit tamen Romanus Orator Asiaticò pressior, Atticò capiosior. Vide Voss. Instit. Orator. lib. & c. vi. p. 466. f.*

γένους καὶ ποιήματα ὡς περ ὡπερφαίβαζε τεθείσης  
 υποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. sed præ-  
 ter extemporalitatem, quæ & aliis in locis  
 ἐπεπόλασεν, potuerunt aliæ quoque esse no-  
 tæ hujus idæ. Qvi igitur Tarsespium cha-  
 racterem imitabantur, sive oratores, sive  
 poetæ, Tarsici sunt appellati. Ταρσεύς &  
 Τάρσιος, qvi Tarfi natus est, aut Tarfi ci-  
 vis. at Ταρσικός, qvi Tarsenses æmulatur,  
 ut Ασιατικός & Ροδιακός. Ita interpretamur  
 Diogenis verba, τῶν Ταρσικῶν λεγομένων: in  
 quibus exponendis clarissimi viri nihil quàm  
 Iuserunt hactenus operam. Lilius Gyr-  
 aldus, & Hadrianus Turnebus pro Ταρσικῶν  
 emendabant Ταρσικῶν: ac quoniam *Biancos*  
*sermōnes* apud Horatium \* legerant, Ταρσι-  
 κούς poetās tragædiarum ab audacia & inso-  
 lentia sic denominatos putârunt. in quo viros  
 summos vehementer ratio fugit. repugnat  
 enim hellenismo atque analogiæ, ut à Τάρ-  
 σος derivetur Ταρσικός. quum Τάρσους aut Τάρ-  
 σαλέος dicant Græci. At qvi pro Ταρσικῶν  
 scribi imperant σατυρικῶν, ab ipso Diogene  
 satis refelluntur: cujus verba librô v. de De-  
 metrio, c. LXXXV. extr. τρίτος, Ταρσικός, σα-  
 τυραγωγός. Sed dubitari non debet, ve-  
 rum esse quod diximus: extitisse olim genus  
 & oratorum & poetarum qvi Tarsici dice-  
 ren-

\* lib. II. Ep. II. v. 60.



rentur: inter quos hi duo numerandi Bion  
& Demetrius, tragicorum & satyricorum  
dramatum poetæ non ignobiles. Bionem  
hunc Æschyli filium Gyraldus appellat: e-  
go non ambigo multis post seculis natum:  
quod Tarsici appellatio manifestò arguit.  
Ierò enim, nec multò ante Geographum,  
cœpère literarum studia apud Tarsenses flo-  
rere: à quibus postea οἱ λεγόμενοι Ταρσικοὶ  
nomen invenerunt. Postremo sciendum,  
quò tempore vigeant Athenis tragici illi  
poetæ de quorum Satyricis diximus: non-  
nullos etiam extitisse comicos, qui fabulas à  
se scriptas Satyros nominarent. Anaxandri-  
dæm ἐν σατύρῳ laudat philologus Naucratis,  
librò III. & statim Ecphantidem ἐν σατύ-  
ροις: paullo prius Phrynichum similiter ἐν  
σατύροις: estque in scholiis comici fabulæ  
illius aliquot locis mentio. Timoclis fabu-  
lam Δημοσατύρους, quasi dicas Satyrorum  
populum, nominat idem Athenæus, librò  
IV. & lib. IX. Ἰκαρίους σατύρους poetæ ejus-  
dem. Omnia hæc dramata istorum co-  
micorum, & si quæ alia his similia, totò  
genere fuerunt diversa à superioribus Sa-  
tyricis tragicorum poetarum. Verùm ita  
soliti ejus ætatis comici tragicis personis &  
argumentis comicos soccos interdum apta-  
re: ut dicebamus ad Athenæum, librò VII.

C. XXIII.

c. XXI I. ubi plura ejus rei exempla à nobis allata. Qvare, non magis existimare debemus *σατύρικος* inscriptas horum comicorum fabulas, similes fuisse tragicorum Satyricis: qvàm alias eorundem qvæ tragica argumenta titulô præferebant, tragœdias fuisse.

## CAPUT VI.

*Corollarium hujus libri, sive in Cyclopem fabulam Satyricam nota. Euripidis esse ostenditur. κῶπης ἀναξ. ἀναπίπτειν. Athenai locus animadversus, Satyricam esse probatur, ex choro, scena, ornatu, tempore, qvò docta fuit. veris principium in Anthesterione. alia argumenta ex natura ipsius fabula. exius illius, tristis an latus sit censendus? observatio super inscriptionibus dramatum. hanc fabulam esse ἡθικὴν. joci in ea multi illustrantur. βλέφ' ὦδε. ἀνὴρ κρόταλον. διακροτεῖν, ἐκπατάσσειν. διακατάσσειν. Metra satyrica. loca aliquot hujus fabula emendantur. συνασπίζειν εἰς δῶρον. ἀποθλίβειν. ἀποδρύπτειν. αὐτὸς ἔχει. ἀποχινάειν. βρύκειν. Δαναΐδης νύμφαι. λελημμένος πτέρυγος. ῥυσμός. δεδοκότως.*

**Q**VÆ de natura Satyricæ in superioribus disputata sunt, admonent nos, ut prius, qvàm huic libro finem imponimus, aliquid de ea fabula dicamus, qvæ sola è tot veterum tragicorum Satyricis ad nos pervenit: illustrari enim & confirmari qvæ docuimus non possunt melius, qvàm adlatô in medium hóc exemplô & pensius paullo exami-

minatô. Ea fabula CYCLOPS est: cuius patrem esse Euripidem præter consensum codicum, manifestò arguit vel sententiarum crebritas, è media interdum philosophia petitarum: qui proprius semper habitus poëtae huius character. dictio quoque planè Euripidea, & qualis in aliis ejus fabulis: nisi quòd propter genus poëseos majoris licentiae solutior est, interdum & ad plebis sermonem propius accedit. notat in Rhetoricis Aristoteles, ut durius dictum ab Euripide in Telepho, κώπης ἀνάσσειν. quod genus loqvendi etiam heic invenies: nam ait Silenus:

Ορῶ πρὸς αἰκταῖς νεὸς Ἑλλάδος σκάφος,

Κώπης τ' ἀναπτάς σὺν στρατηλάτῃ τινί.

veteres etiam non alii quàm Euripidi attribuisse, facilè probatur. Athenæus, librô i. de voce ἀναπίπτειν loqvens: Εὐριπίδης Κύκλωπι, Ἀνέπεσε, Φάρυγγος αἰθέρ' ἐξανιείς βαρύν. hodie in libris editis ἐξίεις: cetera eadem. verum Athenæus, qui ἀνέπεσεν heic accepit pro *ad mensam accubuit*, parum videtur cavisse, neque enim ad cibum sumendum accumbit mensæ cò loci truculentus Cyclops: sed post voratos duos ex Ulyssis sociis, epulis vinòque obrutus, gravia membra humi deponit, ut quiescat. præcedit hic versus: Ἐπεὶ δ' ἐταίρων τῶν ἐμῶν πλησθεῖς βορᾶς Ἀνέπ. &

& statim: Ο δ' ἐκπλεῖς ὦν τῆς ἀναισχύντου βο-  
 ρᾶς. melius igitur accipias pro supinus cecidi-  
 dit, jacuit. vel pro verbo ἐκλίθη: quô infra  
 utitur in eadem sententia: Κλίθητι νῦν μοι  
 πλευρὰ θεῖς ἐπὶ χθονός. idem Athenæus, li-  
 bro XIV. Εὐρηπίδης ἐν Κύκλωπι φησι παλιούρου  
 κλάδων. respicit istum fabulæ illius versum:  
 ἔσπετος δρεπάνω γε οὐκ, ἀλλὰ παλιούρου κλάδω.  
 meminit & alibi. Hoc drama Satyricum  
 esse, quamvis de eo fides Athenæus non ad-  
 monet, rectè eruditissimi homines pridem  
 observârunt: quorum sententiæ qui non ac-  
 cédunt, verbis refelli abundè possunt: quum  
 ut sæpe diximus, Satyròs, è quibus constat  
 chorus, tragædia in totum non admittat. Vi-  
 de p. 136. quid scena? an negari potest Satyri-  
 cam esse, & agrestem? erat ab una parte Poly-  
 phemi antrum, ab altera colles & pascua cum  
 pascente grege: solum totum glebis herbæ vi-  
 rentis constratum: quod ille versus ostendit:  
 Καὶ μὲν λαχνοῖδες τοῦθ' αὖ ἀνδρῶν χλόης. Sal-  
 tatio Satyrorum, qualem antè descripsimus:  
 sicinnis nempe: ita Silenus ipse nominat:  
 τί ταῦτα; μὲν κρότος σικιννίδων; ornatus item  
 Satyrorum, qui nobis dictus, pellis caprina  
 humeris circumposita.

Εγὼ δ' ὁ σὸς πρόσπολος

Θητεύω Κύκλωπι

τῷ μονοδέκτῃ,

Δοῦ-

aut corruptelâ accidisse scribit Aelianus. sic  
 sæpe legitimus præstantissimos poetas à dete-  
 fionibus victos, suffragiis Atheniensium:  
 quos Græci dicunt eleganter, ὑπὸ Ἀθηναίων  
 κατασπονδασθῆναι. Locus Aellani est libris  
 II. c. VIII. Κατὰ τὴν πρώτην, καὶ εἰσὴν ὁ-  
 λυμπιάδα, καὶ ἡμενίκας Ἐλαινέτος ὁ ἀκραγώντι-  
 τος ὑπᾶδριον, ἀντήγωνίσαντο ἀλλήλοισι Ξενοκλῆς καὶ  
 Ευριπίδης καὶ πρῶτος γὰρ ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις πο-  
 τε οὗτος ἐστίν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάσι, καὶ Βά-  
 πχαις, καὶ Ἀθάραντι σατυρικῷ· τούτου δευτέρως  
 Ευριπίδης ἦν· Ἀλεξάνδρω, καὶ Παλαμήδῃ, καὶ  
 Τρωσὶ, καὶ Σιεύφω σατυρικῷ. Γελοῖον δὲ οὐ γὰρ  
 Ξενοκλέα μὲν ἠτῶσθαι, Ευριπίδην δὲ νικᾶν, καὶ  
 ταῦτα τοιούτοις δράματι. Adduximus pluseu-

la

ὅτι τοῦ μὴ γινῆναι καθαρῶς, quod spectatores non satis la-  
 bore in suum intellexissent. Lucian. in Harmonide, ὁ πο-  
 λὺς οὗτος λεῶς, αὐτὰ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελία &c. populus  
 iste meliora nescit, cum plurimi eorum fellulariam exerceant  
 artem. quem verò principes viri laudaverint, eam non de-  
 nihilo dilaudatum credunt, adeoque laudandum sibi existi-  
 mant. Quapropter in certaminibus plures quidem sunt,  
 qui spectent, plaudant, explodant. κρινοῦσι δὲ ἐπ' αὐτῷ, ὃ  
 πέντε, ἢ ὅσοι δὴ, judicant verò septem aut quinque aut  
 quotcumque tandem. Felices, inquit Fabius, apud Hiero-  
 nitum Epist. ad Panimædium, essent artes, si de illis  
 soli artifices judicarent. Poetam non potest nosse, nisi qui  
 scit dogmatum varietates. Mânù facta ὁ οὐκ ὀφείλει  
 magis probant artifices. Nostra quàm dura sit necessitas  
 hinc potes animadvertere, quod valgi standum est iudicari,  
 ὁ ἢ ille in turba metuendus, quem, cum videris solam, de-  
 svitias.

† E

la Æliani verba, ut graves mendas tollere-  
 nius, quæ primam & postremam periodos  
 foedant. tempus hujus agonis falsissimè heic  
 designatur, annò primò olympiadis sextæ.  
 Pro ἑκτῆς legendum ἐννενηκοστῆς. olympiadi  
 xci. congruit nota heic apposita. Diodo-  
 rus †, librò xiii. p. 204. παρὰ Ηλείου ἤχθη  
 ὀλυμπίας πρώτη πρὸς ταῖς ἐννεηκοντα, καθ' ἣν  
 εἴκα στάδιον Εξαίνετος ὁ Ακρᾶγαντίνος. consen-  
 tit his etiam vetus Olympionicarum catalo-  
 gus regiæ bibliothecæ, de quo plura discas  
 ex Eusebianis commentariis Josephi Sca-  
 ligeri. Postremam periodum miserè pertur-  
 batam ita restitue: Γελοῖον δὲ (οὐ γάρ;) Εὐ-  
 रिπίδην μὲν ἡττᾶσθαι Ξενοκλέα δὲ νικᾶν. cor-  
 rumpendo huic loco fuit ignoratio elegan-  
 tissimæ locutionis, οὐ γάρ; quando cum in-  
 terrogatione in mediam orationem inseritur  
 sanè quàm venustissimè, & ὡς Αττικώτατα.  
 habet ea phrasis affirmandi vim: ut si Lati-  
 nè dicas, quis neget? quis de eo ambigat?  
 idem auctor (Ælian.) librò viii. c. xii.  
 Παράδοξόν γε, οὐ γάρ; ἀληθὲς δὲ, ἐκπεσόντος  
 Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ, Αἰσχίνης δὲ ὁ Ατρο-  
 μήτου ὁ Κόθωκίδης ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι.  
 ita

† E quo loco Siculi redarguitur Samuel Petitus, lib.  
 I. Miscellan. c. XIII. Κατὰ τὴν δευτέραν scribendum  
 contendens.

ita \* scribendus hic locus: quem viri eruditissimi non intellexerunt. frustra que emendare conabantur. vertendum autem: *Mira sane res: quis dubitet? at vera tamen: quum non stetisset Demosthenes in Macedonia, Aeschines ille Atrometis filius, ille inquam Cothocides, apud Macedones famam ingenii est affecutus.* ἐκπίπτειν & heic & paullò pòit pro obmutescere, non placere, translatum ab histrionibus, qui etiam Latinis stare, aut non stare dicuntur. Aequalis item fuit Euripidi & Philocles tragicorum Satyricorum poëta, auctor tetralogiæ Pândionidis, de qua locuti sumus, p. 134. quamque Aristoteles in suis didascaliiis recensuerat. meminit ejus Aristophanes in Avibus.

—— οὗτός ἐστι μὲν Φιλοκλέους  
Εξ ἑποπος.

vetus

\* Hæc emendatio, auctore Cl. Joach. Kuhniô, p. m. 417. not. in Ælian. loc. hunc, meritò suò omne tulit punctum. Virgil. v. Æn. v. 850.

----- Quid enim? fallacibus austris,

U' cali toties deceptus fraude sereni?

ubi Servius quid enim? interpretatur quid ni? cur. non? Græcè dicerem τί γάρ; vel, πῶς γάρ οὐ; Etymolog. Magnum. τί γάρ; τί οὐν, καὶ φασιν δηλοῖ ἀντί τοῦ; πῶς γάρ οὐ; διατί γάρ οὐ; Dio Chrysost. orat. x. de Servio, p. m. 147. D. οὐδεὶς τῶν βλαπτομένων ἀπό τινος χεῖται ἐκείνῳ ὅφ' οὐ βλάπτεται. οὐ γάρ; nemo laesus à te quadam, utitur eò, quò leditur, quid ni?

† Hunc

vetus interpres † : οὗτος ὁ Φιλοκλῆς Εποπα ἐ-  
 σκέυασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογία, οὗ ἡ ἀρ-  
 χή. Σὲ τῶν ἀπάντων δεσπότην λέγω. τὴν δὲ  
 Πανδιονίδα τετραλογίαν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς δι-  
 δασκαλίαις ἀναγράφει. Philoclem hunc Ae-  
 schyli ἀδελφιδοῦν vocat Suidas: hoc est sorore  
 ejus natum non autem fratre. sic enim  
 ancipitem vocem debere accipi, docet in-  
 terpres Aristophanis. ἦν, ait, Φιλοπείδους υἱὸς  
 ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς. Philocli fuit filius Mor-  
 simus, & ex eo nepos Aftydamas: ut præ-  
 ter Suidam testatur comici enarrator, cū  
 ad Aveis, tūm ad Ranas: ubi perperam e-  
 ditum υἱὸν ἔσχεν (Morsimus) ἀμφιδάμαντα.  
 lege Ἀστυδάμαντα. hic Aftydamas filium ha-  
 buit sibi & ὁμώνυμον & ὁμότεχνον: ambo e-  
 nim eodem dicti nomine: ambo tragœdia-  
 rum poetæ. Scripserunt multa, vel potius  
 qvamplurima: nam patris fabulas numerant  
 veteres ccxl. neqve dubium, extitisse in his  
 satyricas non paucas. fabularum Aftydaman-  
 tis junioris extant inscriptiones aliquot. in  
 his est ΗΡΑΚΛΗΣ σατυρικός. cujus fabulæ  
 mentio luculenta apud Athenæum, initiō  
 deci-

† Hunc Philoclem μελοποιὸν vocat Scholiastes Ari-  
 stophanis ad Vespas, f. 461. & κωμωδοποιὸν idem The-  
 smoph. f. 776. ubi eundem Aristophanes Philoclem  
 obcapitis deformitatem deridet. Confer eundem Scho-  
 liasten & ad Aristophanis Aves, fol. 554.



decimi: ubi plura scripsimus de verbis poëtar.  
 eodem titulo Sophoclis aliam ante, p. 137.  
 recensuimus. Sophoclis filius, & in tragœ-  
 diarum Satyricorumque scriptione successor,  
 fuit Iophon. Videtur hic esse, cujus lau-  
 dantur Clementi Alexandrino ΑΥΛΩΔΟΙ  
 σάτυροι. ipse tamen comicum poëtam appel-  
 lat, non tragicum. locus est in primo Stro-  
 mateo: Ιοφῶν ὁ κωμικὸς ἐν αὐλωδοῖς σατύροις  
 ἐπὶ ραψωδῶν καὶ αἰδων τινῶν λέγει. — καὶ γὰρ  
 εἰσελήλυθεν Πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτημένος.  
 an scripserat Clemens ὁ τραγικὸς? an aliud  
 agens hallucinatur? nam eqvidem præter  
 Sophoclis filium, quem paternæ scriptionis  
 æmulum fuisse constat, alium eὖ nomine dra-  
 maticum poëtam novi nullum. Suidas: Ιοφῶν,  
 Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγωδιο-  
 ποιοῦ. Superioribus poëtis adnumerandus est  
 & Homerus ille philosophorum, Plato: quem  
 tetralogiam scripsisse, at non docuisse, nar-  
 rat Ælianus \*, Ποικ. librô 11. c. xxx. ἐπέ-  
 θετο, inquit, τραγωδία, καὶ δὴ καὶ τετραλο-  
 γίαν εἰσγασατο. καὶ ἐμελλεν ἀγωνιεῖσθαι δοῦς ἡ-  
 δὴ τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. Haëtenus  
 poë-

\* Vide ominò Schefferum & Königium adductum  
 in Æliani locum, p. m. 122. edit Argentorat. m. dc.  
 lxxxv. in 8t. ut & Thom. Aldobrandi. ac Ægid. Mo-  
 nag. Observat. in Diogen. Laërt. lib. 111. c. lvi. Item  
 Joh. Jonsium Holsatum in 1. de Scriptorib. Historiæ  
 Philosoph. c. xvi. p. m. 87.

† Asia-

poetas eos recensuimus, qui per Thespidis & Pratinæ vestigia ingredientibus, tragicam & Satyricam poësim excoluerunt, & fabulas composuerunt Athenis docendas, quæ propria sedes ejus poëseos. solos autem illos enumeravimus quos indubitatis veterum testimoniis probare poteramus satyricas fabulas scripsisse. alioquin quot extiterent temporibus illis tragoediarum poëtæ, tot & Satyricorum dramatum auctores fuisse, ex iis, quæ superius, p. 118. s. diximus, rectè colligas. Isti sunt poëtæ, quorum successiones & dramata omnia in suis Didascalis veteres critici singulari diligentia digesserant. præter hos verò & alii extiterunt tragici poëtæ cum Athenis, tum alibi, qui Satyricas scripserunt. exemplò sint, Python, Lycophron, Bion, Demetrius. Pythones ætate Alexandri duo fuerunt: unus Catanæus, alter Byzantius. horum unus, sed incertum uter, creditus est ab ejus ætatis hominibus, auctor fuisse dramatis Satyrici A G E N inscripti, quod actum constat in castris Alexandri, cum Liberalia exercitus agitare, secundum Hydaspem fluvium. Traducebantur eò dramatiô, (sic enim vocatur Athenæo:) Harpalus, & Athenienses: qui, quum Glyceram secretum ad illum misissent, donati ab eo fuerant nescio quot modiorum tritici millibus.

bus. nec multò post fugientem cum regia gaza regis ingratiis exceperunt. quidam neutrum Pythonem, sed ipsum Alexandrum eam fabulam composuisse memoriæ prodiderunt. Excerpta ex primo Athenæi. Ὅτι Ἀγῆνα Σάτυρικόν τι δράμα ἀμφιβάλλεται, εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος, ἢ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος. plura cognosces ex ejusdem libro XIII. c. VI. ubi & de appellatione dramatis aliquid. non autem dubitamus hanc fabulam per se actam, nec tragoediæ fuisse adnexam, sicut fieri solitum Athenis. De Menedemo Lycophronis, qui inter illos Pleiadis septem poëtas nobiles censeretur, capite primò, p. 22. aliquid attigimus. Satyricum fuisse drama, nequit ambigi. Athenæus, librò X. μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους. deinde subjicit plusculos ejus versus, Satyrici planè characteris. in ea fabula sub Sileni habitu Menedemus philosophus traducebatur: per Satyros verò, discipuli illius intelligebantur. vixit Lycophron Ptolemæi Philadelphi temporibus. Bion & Demetrius ætate longè inferiores: quos non multò ante Strabonis tempora floruisse, aut etiam æνὸ illius, ex verbis Diogenis Laërtii, qui solus è veteribus illorum meminit, facimus

meus conjecturam. is libro IV. c. LVIII. quum decem Bionēs ingenio quondam claros enumeraret, nonum ponit in eo albo istum, de quo loquimur. *ἐνάρτος*, inquit *ποιντῆς τραγωδίας*, τῶν *Ταρσικῶν λεγόμενων*. recentem fuisse poetam duplici ratione ostendit eruditissimus scriptor: & quod penè ultimum inter tam multos enumerat: & quod Tarsicorum poetarum unum ait fuisse. Sicut inter oratores extitere olim, qui à genere dicendi multis in Asia famulati, dicebantur † Asiatici:

† Asiatici Oratores sunt, genere qui utuntur dicendi Asiaticò, quod erat copiosum tumidum ac redundans, unde Petronius *ventosam ac enormem loquacitatem* adpellavit in Satyrico, p. m. 2. De eo Cicero in Bruto, c. XIII. *Asiatici Oratores*, inquit, *non contemnendi quidem nec celeritate, nec copiâ, sed parum pressi, & nimis redundantes. Rhodii saniores, & Atticorum similiores*. In c. xcv. ejusdem libri retur, genus hoc *adolescencie magis concessum, quàm senectuti*. Causa tumoris Asiatici in sermone petenda videtur ab ingenio & natura Gentis, quæ ex opibus superba ac vana. Legatus Rhodiorum apud Livium; lib. XLV. c. XXIII. *Non negaverim & totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quòd excellere inter finitimas civitates videamur*. Octav. Cæsar Augustus in quadam ad M. Antonium epistola, apud Sveton. c. LXXXVI. ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus: *Tuque dubitas*, inquit, *Cimberne, Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, quæ C. Sallustius excerptit ex Originibus Catonis utaris? an potius Asiaticorum Oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem*

tici: item, qui similem ob causam, Rhodiaci, de quibus Græci Latinique rhetores multa: sic poetarum genus fuit, qui propter certum poëseos characterem quò plurimum usi Tarsenses, dicti sunt Tarsici. ideam ejus poëseos ex solo nomine velle divinare, fanatici sit hominis, aut oppidò confidentis. hoc tamen scimus, quod ad rem maximè facit, ætate Strabonis, quò tempore studia literarum mirum in modum Tarşi florebant, extemporale genus dicendi Tarsensibus proprium fuisse, tam in soluta quàm in astricta numeris oratione. Strabo, librò κιν. de Athenodoro oratore Tarsensi: ἐπῆρεν αὐτὸν, καὶ Ἀντώνιος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχερία, ἢ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν, ὥστ' ἀπαύστως (vel ἀπταίστως) σχεδιάζειν πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. & paullo post de poësi Tarsensium extemporalī, & quidem tragica: ὁ δὲ Διο-

γένης  
nem transferenda? Hieronymus ad Rusticum: Qui Asiaticum tumorem Atticò siccabant salo. Julius Severianus: in p. m. 8. Syntomat. Rhetoric. princ. edit. Antverpiens. M. D. LXXXIV. in 8t. quæ Lucas Fruterius Bruggensis primus in lucem edidit. Quærendum est, inquit, quò genere orationis uti debeat Orator, Atticorumne nobis sequenda sit actio, (fortè dicto) qui breves adstrictique sunt & acres, purè inter res ipsas, aculeosque versantes, quique adfectum ex occulto petunt. An imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui vagi, ac fusi, rapere potius adfectibus, quàm disputationibus persuadere didicerunt. Sit tamen Romanus Orator Asiaticò pressior, Atticò capiosior. Vide Voss. Instit. Orator. lib. & c. vi. p. 466. f.

γένους καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε τεθείσης  
 ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. sed præ-  
 ter extemporalitatem, quæ & aliis in locis  
 ἐπεπόλασεν, potuerunt aliæ quoque esse no-  
 tæ hujus ideæ. Qvi igitur Tarsensium cha-  
 racterem imitabantur, sive oratores, sive  
 poætæ, Tarsici sunt appellati. Ταρσεὺς &  
 Τάρσιος, qvi Tarsi natus est, aut Tarsi ci-  
 vis. at Ταρσικὸς, qvi Tarsenses æmulatur,  
 ut Ἀσιατικὸς & Ροδιακός. Ita interpretamur  
 Diogenis verba, τῶν Ταρσικῶν λεγομένων: in  
 quibus exponendis clarissimi viri nihil quàm  
 iusserunt hactenus operam. Lilius Gyr-  
 al-  
 dus, & Hadrianus Turnebus pro Ταρσικῶν  
 emendabant Ταρσικῶν: ac quoniam *Biancos*  
*sermones* apud Horatium \* legerant, Ταρσι-  
 κούς poætās tragicædiarum ab audacia & inso-  
 lentia sic denominatos putârunt. in quo viros  
 summos vehementer ratio fugit. repugnat  
 enim hellenismo atque analogiæ, ut à Θάρ-  
 σος derivetur Ταρσικός. quum Θαρσύς aut Θαρ-  
 σαλέος dicant Græci. At qvi pro Ταρσικῶν  
 scribi imperant σατυρικῶν, ab ipso Diogene  
 satis refelluntur: cujus verba librô v. de De-  
 metrio, c. LXXXV. extr. τρίτος, Ταρσικὸς, σα-  
 τυραγράφος. Sed dubitari non debet, ve-  
 rum esse quod diximus: extitisse olim genus  
 & oratorum & poëtarum qvi Tarsici dice-  
 ren-

\* lib. II. Ep. II. v. 60.

rentur: inter quos hi duo numerandi Bion & Demetrius, tragicorum & satyricorum dramatum poëtae non ignobiles. Bionem hunc Ælchyli filium Gyraldus appellat: ego non ambigo multis post seculis natum: quod Tarfici appellatio manifestò arguit. serò enim, nec multo ante Geographum, cœpère literarum studia apud Tarsenses florere: à quibus postea οἱ λεγόμενοι Ταρσικοὶ nomen invenerunt. Postremo sciendum, quò tempore vigeant Athenis tragici illi poëtae de quorum Satyricis diximus: nonnullos etiam extitisse comicos, qui fabulas à se scriptas Satyros nominarent. Anaxandridam ἐν σατύρῳ laudat philologus Naucratis, librò III. & statim Ecphantidem ἐν σατύροις: paullo prius Phrynichum similiter ἐν σατύροις: estque in scholiis comici fabulæ illius aliquot locis mentio. Timoclis fabulam Δημοσατύρους, quasi dicas Satyrorum populum, nominat idem Athenæus, librò IV. & lib. IX. Ἰκαρίους σατύρους poëtae ejusdem. Omnia hæc dramata istorum comicorum, & si quæ alia his similia, totò genere fuerunt diversa à superioribus Satyricis tragicorum poëtarum. Verùm ita soliti ejus ætatis comici tragicis personis & argumentis comicos foccos interdum aptare: ut dicebamus ad Athenæum, librò VII.

C. XXIII.

c. XXI I. ubi plura ejus rei exempla à nobis allata. Qvare, non magis existimare debemus *σατύρικος* inscriptas horum comicorum fabulas, similes fuisse tragicorum Satyricis: qvàm alias eorundem qvæ tragica argumenta titulô præferebant, tragoedias fuisse.

## CAPUT VI.

Corollarium hujus libri, sive in Cyclopem fabulam Satyricam nota. Euripidis esse ostenditur. *κώπης ἀναξ. ἀναπίπτειν.* Athenai locus animadversus, Satyricam esse probatur, ex choro, scena, ornatu, tempore, qvò docta fuit. veris principium in Anthesterione. alia argumenta ex natura ipsius fabula. exius illius, tristis an latus sit censendus? observatio super inscriptiombus dramatum. hanc fabulam esse *ἡθικὴν*. joci in ea multi illustrantur. *βλέψ. ὦδε. ἀνὴρ κρόταλον. διακροτεῖν, ἐκπατάσσειν. διακατάσσειν.* Metra satyrica. loca aliquot hujus fabula emendantur. *συνασπίζειν εἰς δόμους. ἀπαθλίβειν. ἀποδρύπτειν. αὐτὸς ἔχει. ἀποχινάειν. βρύκειν. Δαναΐδης νύμφαι. λελημμένος πτέρυγος. ῥυσμος. δεδοκότως.*

QVÆ de natura Satyricæ in superioribus disputata sunt, admonent nos, ut prius, qvàm huic libro finem imponimus, aliquid de ea fabula dicamus, qvæ sola è tot veterum tragicorum Satyricis ad nos pervenit: illustrari enim & confirmari qvæ docuimus non possunt melius, qvàm adlatô in medium hóc exemplô & pensius paullo exami-



minatō. Ea fabula CYCLOPS est: cu-  
jus patrem esse Euripidem præter consensum  
codicum, manifestò arguit vel sententiarum  
crebritas, è media interdum philosophia pe-  
titarum: qui proprius semper habitus poë-  
tæ hujus character. dictio quoque planè Eu-  
ripidea, & qualis in aliis ejus fabulis: nisi  
quòd propter genus poëseos majoris licentiæ  
solutior est, interdum & ad plebis sermo-  
nem propius accedit. notat in Rhetoricis  
Aristoteles, ut durius dictum ab Euripide  
in Telepho, κῶπης ἀνάσσειν. quod genus  
loquendi etiam heic invenies: nam ait Si-  
lenus:

Ορῶ πρὸς αἰκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος,

Κῶπης τ' ἀναπτάς σὺν στρατηλάτῃ τινί.

veteres etiam non alii quàm Euripidi attri-  
buisse, facile probatur. Athenæus, librō 1.  
de voce ἀναπίπτειν loquens: Εὐριπίδης Κύκλω-  
πι, Ἀνέπεσε, Φάρυγγος αἰθέρ' ἐξανιείς βαρύν.  
hodie in libris editis ἐξίεις: cetera eadem.  
verùm Athenæus, qui ἀνέπεσεν heic accepit  
pro *ad mensam accubuit*, parum videtur ca-  
visse, neque enim ad cibum sumendum ac-  
cumbit mensæ cō loci truculentus Cyclops:  
sed post voratos duos ex Ulyssis sociis, epu-  
lis vinōque obrutus, gravia membra humi  
deponit, ut quiescat. præcedit hic versus:  
Ἐπεὶ δ' ἑταίρων τῶν ἑμῶν πλησθεὶς βορᾶς Ἀνέπ.  
&

& statim: Ο δ' ἐκπλεῖς ὦν τῆς ἀνάσχυντος βο-  
 ρᾶς. melius igitur accipias pro supinus ceci-  
 dit, jacuit. vel pro verbo ἐκλῖθη: quô infra  
 utitur in eadem sententia: Κλῖθητι νῦν μοι  
 πλευρὰ θεῆς ἐπὶ χθονός. idem Athenæus, li-  
 bro XIV. Εὐριπίδης ἐν Κύνικῳ φησι παλιούρου  
 κλάδον. respicit istum fabulæ illius versum:  
 Ξεστὸς δρεπάνω γε οὐκ, ἀλλὰ παλιούρου κλάδω.  
 meminit & alibi. Hoc drama Satyricum  
 esse, quamvis de eo fides Athenæus non ad-  
 monet, rectè eruditissimi homines pridem  
 observârunt: quorum sententiæ qui non ac-  
 cédunt, verbè refelli abundè possunt: quum  
 ut sæpe diximus, Satyròs, è quibus constat  
 chorus, tragædia in totum non admittat. Vi-  
 de p. 136: quid scena? an negari potest Satyri-  
 cam esse, & agrestem? erat ab una parte Poly-  
 phemi antrum, ab altera colles & pascua cum  
 pascente grege: solum totum glebis herbæ vi-  
 rentis constratum: quod ille versus ostendit:  
 Καὶ μὴν λαχναῖδες τοῦθ' αὖ ἀνθηρᾶς χλόης. Sal-  
 tatio Satyrorum, qualem antè descripsimus:  
 sicinnis nempe: ita Silenus ipse nominat:  
 τί ταῦτα; μῶν πρότος σικιννίδων; ornatus item  
 Satyrorum, qui nobis dictus, pellis caprina  
 humeris circumposita.

Εγὼ δ' ὁ σὸς πρόσπολος  
 Θητεύω Κύνικῳ  
 τῷ μονοδέκτῃ,

Δοῦ-

minatō. Ea fabula CYCLOPS est: cu-  
jus patrem esse Euripidem præter consensum  
codicum, manifestò arguit vel sententiartum  
crebritas, è media interdum philosophia pe-  
titarum: qui proprius semper habitus poë-  
tæ hujus character. dictio quoque planè Eu-  
ripidea, & qualis in aliis ejus fabulis: nisi  
quòd propter genus poëseos majoris licentiæ  
solutior est, interdum & ad plebis sermo-  
nem propius accedit. notat in Rhetoricis  
Aristoteles, ut durius dictum ab Euripide  
in Telepho, *καίπης ἀνάσσειν*. quod genus  
loqvendi etiam heic invenies: nam ait Si-  
lenus:

*Ορῶ πρὸς αἰκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος,*

*Καίπης τ' ἀναπτάς σὺν στρατηλάτῃ τινί.*

veteres etiam non alii quàm Euripidi attri-  
buisse, facilè probatur. Athenæus, librō 1.  
de voce *ἀναπίπτειν* loqvens: *Εὐριπίδης Κύκλω-  
πι, Ἀνέπεσε, Φάρυγγος αἰθέρ' ἐξάνιεις βαρύν.*  
hodie in libris editis *ἐξίεις*: cetera eadem.  
verùm Athenæus, qui *ἀνέπεσεν* heic accepit  
pro *ad mensam accubuit*, parum videtur ca-  
visse, neque enim ad cibum sumendum ac-  
cumbit mensæ eò loci truculentus Cyclops:  
sed post voratos duos ex Ulyssis sociis, epu-  
lis vinòque obrutus, gravia membra humi  
deponit, ut quiescat. præcedit hic versus:  
*Ἐπεὶ δ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν πλησθεὶς βορᾶς Ἀνέπ.*  
8c

& statim: Ο δ' ἐκπλεῖς ὦν τῆς ἀναισχύντου βο-  
 ρᾶς. melius igitur accipias pro supinus cecidi-  
 dit, jacuit. vel pro verbo ἐκλίσθη: quò infra  
 utitur in eadem sententia: Κλίθῃτι νῦν μοι  
 πλευρά· θείε ἐπὶ χθονός. idem Athenæus, li-  
 bro XIV. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι φησι παλιούρου  
 κλάδον. respicit istum fabulæ illius versum:  
 ἔστ' αὖτ' ὅς γε πᾶν γε οὐκ, ἀλλὰ παλιούρου κλάδω.  
 meminit & alibi. Hoc drama Satyricum  
 esse, quamvis de eo fides Athenæus non ad-  
 monet, rectè eruditissimi homines pridem  
 observârunt: quorum sententiæ qui non ac-  
 cédunt, verbò refelli abundè possunt: quum  
 ut sæpe diximus, Satyròs, è quibus constat  
 chorus, tragædia in totum non admittat. Vi-  
 de p. 136: quid scena? an negari potest Satyri-  
 cam esse, & agrestem? erat ab una parte Poly-  
 phemi antrum, ab altera colles & pascua cum  
 pascente grege: solum totum glebis herbæ vi-  
 rentis constratum: quod ille versus ostendit:  
 Καὶ ροὴν λαχναῖδες τοῦθ' αὖς ἀνθηρᾶς χλόης. Sal-  
 tatio Satyrorum, qualem antè descripsimus:  
 sicinnis nempe: ita Silenus ipse nominat:  
 τί ταῦτα; μῶν κρότος σικιννίδων; ornatus item  
 Satyrorum, qui nobis dictus, pellis caprina  
 humeris circumposita.

Εγὼ δ' ὁ σὸς πρόσπολος

Θητεύω Κύκλωπι

Τῷ μονοτέρκτῳ,

Δοῦ-

Δούλος αἰαίνων σὺν τᾷδε

τράγου χλαίνα μαλέα.

tempus præterea congruit antè dictis. principio enim veris docebatur hæc fabula : quod manifestò probat Cyclops, cùm invitari se ait, ut ad fratres Cyclopes commissatum eat, ab ipso anni tempore : quoniam veris adventu novò gramine terra vestiatur. sic ille :

Ἰπάγει μ' ὁ χάριτος εὐφρων

Ἐπὶ κῶμον ἤρος ὥραις,

Ἐπὶ Κύκλωπας ἀδελφούς.

Horatius eandem sententiam pluribus persecutus est in oda vii. ad Torquatum, librò iv. v. i. f.

*Diffugère nives: redeunt jam gramina campis,*

*Arboribusque comæ.*

*Mutat terra vices, & decrefcentia ripas*

*Flumina prætereunt.*

*Gratia cum Nymphis geminisque sororibus au-*  
*det*

*Ducere nuda choros.*

Satyrice autem dramata mense Anthestione solita doceri ex Diogene Laërtio docebamur superiore capite, p. 124. in quem mensem veris principium incidere, quando virescere agri incipiunt, ipsum nomen Ἀνθεστηριῶνος satis superque arguit. Sed & cetera, quæ natu-

naturam Satyricæ explicantes quartô capite docebamur, omnia fabulæ huic optimè congruunt. Actio ipsa quæ heic imitatione exprimitur, sive ut loquitur philosophus, ἡ τοῦ μύθου σύνθεσις, partim seria, partim ludicra & jocosa. seriò Ulysses agit: qui tempestate delatus ad Siculum litus & Polyphemi antrum, inops iniitiô rerum omnium, & prætereà in præsentissimum adductus periculum, salutis suæ prudenter simul & dolosè consulit: tandemque ubi inimicum grandi infortuniô mactavit, victo victor insultans, gaudiô cumulatus, naves conscendit cum sociis, patriam repetens. hic fabulæ exitus, satyrico dramati convenientissimus: quod, sicut demonstratum est ex antiquis Grammaticis, ut plurimum ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾷ. eadem tamen ratione Cyclopi habitâ, in ejulatum & ὀλόφυσιν definit. Videtur poëta præcipuam dramatis personam facere Cyclopem: cum de ejus nomine fabulæ appellationem indidit. quâ ratione dicendum fuerit, hanc quoque fabulam, ut ferè omnes tragoedias, tristi fine claudi. sed non ita est: nam ut bellis populus devictus solet nomen dare, quod & Strabo alicubi admonet: sic sæpe tragi-ci dramatis suis appellationes imposuerunt, non ab iis, qui primas obtinebant in argumento fabulæ: sed ab iis quos aliqua insi-

L gnis

gnis calamitas nobilitâset. ita plerumque tituli ejusmodi exponendi : Pentheus, Sciron, Busiris, Cyclops, Antæus, & similes his: de quo melius constaret nobis, si dramata ipsa exstarent, quæ à plurimis olim poëtis fuerant edita sub iis titulis. Hypothesim Euripides mutuatus est ab Homero: quem scribit Aristoteles hâc etiam laude ceteris præstitisse, quòd primus *μιμῶσεις δραματικὰς ἐποίησε*. Satyricæ cum tragœdia commune, genus argumentorum. nam comœdia ipsa hypothesim fingit, concinnatque personas, ut lubet. tragœdia & Satyrica fabulas notas necessario recoqvunt: & ut ait philosophus, *τῶν γενομένων ὀνομάτων ἀντέχονται: τοὺς γὰρ παρελημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι*. eamque ob causam ait idem, paucas domos esse, circa quas pulcherrimæ tragœdiæ versentur. *περὶ ὀλίγας*, inquit, *οἰκίας αἱ κάλλιστα τραγωδίαί συντίθενται*. quod etiam de Satyrica verè dixeris. Porro Ulyssis actio, integra est, sed unica & simplex, proinde fabula non est *ἐπεισοδιώδης*, quod vehementer damnat Aristoteles. implicita quoque non est: *πλοκὴν* inquam non habet, neque *περίπτεIAN* aliquam memorabilem, aut agnitionem: quæ sunt absolutæ omnibus numeris tragœdiæ, propriæ laudes. at in Satyrica non omnes illæ præceptiones locum habent,

qvi-

quibus tragoediae legitimae perfectae partes  
 κατὰ τὸ ποιὸν philosophus χαρακτηρίζει: etsi in  
 plerisque nulla est omnino differentia. Hoc  
 amplius fabula haec, ut multae etiam tragoe-  
 diae, auctore Aristotele, ἡδυκὴ est, potius  
 ἡδυκὴ παθητική. Scopus poetæ, docere ipso  
 fabulae exitu, suis quemque moribus for-  
 tunam † sibi fingere. itaque Ulysssem indu-  
 cit non solum prudentem ac probum: sed  
 interdum etiam de virtute & pietate φιλο-  
 σοφικώτερον præcipientem. ut in illa pulcher-  
 rima

† Hoc est Ciceronis dictum Paradoxo v. c. i. Sal-  
 lust. in Orat. ad Cæsarem de Rep. ordinanda: in prin-  
 cip. Res, inquit, docuit id verum esse, quod in Carmini-  
 bus Appius ait, Factum esse suae quemque fortunae. Idem  
 Sallustius initio Belli Jugurth. Suam quippe culpam au-  
 ctiores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarum  
 rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profu-  
 tura, multumque etiam periculosa petunt; neque regeantur  
 magis, quam regeant casus; & eò magnitudinis procede-  
 rent, ubi pro mortalibus, gloria aeterni fierent. Virgil. lib.  
 x. Æn. v. 111.

----- Sua cuique exorsa laborem  
 Fortunamque ferent -----

Corn. Nepos, xxv. xi. 6. Sui cuique mores fingunt fortu-  
 nam. Et xxv. xix. 1. Supra significavimus suos cuique  
 mores plerumque conciliare fortunam. Columell. lib. i.  
 c. 111. Quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magnò  
 animò sustinere: ita dementis est, ipsum sibi malum facere  
 fortunam. Sed hoc argumentum accuratè & ex profecto  
 tractavit Franciscus Baco de Verulamio Vice Comes  
 S. Albani in suo discursa: Faber Fortuna.



rima ad Polyphemum oratione, quam ita claudit:

—— τὸ δ' εὐσεβὲς

Τῆς δυσσεβείας ἀνδελοῦ. πολλοῖσι γὰρ

Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἡμεῖψατο.

at Polyphemus contrarium ἥθος summamque immanitatem pari impietate junctam, non magis declarat factis, quam oratione: ut in istis:

Ὁ πλοῦτος ἀνδρωπίσκει τοῖς σοφοῖς θεός.

Τὰ δ' ἄλλα, κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.

Et mox idem:

Ὡς τόγε πιεῖν τε καὶ φαγεῖν τ' οὐφ' ἡμέραν,

Ζεὺς οὗτος ἀνδρώποισι τοῖσι σάφροσι.

Λυπεῖν δὲ μηδὲν αὐτόν.

Satyri verò in hac fabula medium ἥθος obtinent: quantumque ab Ulyssis virtute, tantum à Cyclopis feritate crudeli absunt. itaque liberantur quidem: verum alienâ virtute non suâ: nec certò ipsorum consiliò, sed casu fortuitò, qui Ulysses in illam partem Siculi littoris compulit. Quoniam autem eâ fine Satyri adhibentur, ut risum excitent, fiatque hilaris fabula: ubique Silenum & Satyros videas heic ludere & jocari. quare hòc dramate nihil ἱλαρωδέστερον. quid suavius quam τὸ παρωδικὸν μέλος, sive primum canticum, chori scenam ingredientis, & pecus cogentis, ipsasque oves & hircos ἀγροικικῶς com-

compellantis? Sileni φιλοινία, quot locis, quàm lepidè traducitur, & quàm facetè? idem jussus à Cyclope suo hero animum advertere, ejus imperium in risum vertit ac jocum. dixerat ille: βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω. quæ formula est attendere jubentis. sic in Trachiniis Sophoclis ait Deianira ad Licham:

Οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;  
& in Oedipode tyranno,

Οὗτος σὺ πρέσβυ, δεῦρό μοι φώνει βλέπων  
ὅς' ἂν σ' ἐρωτῶ.

sic apud Plautum Amphitruo: I. II. 118.  
*Sofia, age! me huc aspicere. Specto.* at Silenus capite resupinatô, verba Cyclopis hîc facetô responso excipit:

Ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν τὸν Δι' ἀνακεκύνφαμεν.

Καὶ τ' ἄστρα καὶ τὸν Ωρίωνα δέρομαι.

Rogatus idem, ecquid paratum esset prandium, Πάρεστιν· inquit: ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον. lepidissimus etiam ille locus, ubi Cyclopis metu non magis Ulyssēm, quàm salutem suam prodit Silenus: qui etiam paulo post cum Satyris, pater cum filiis, facete committitur. ibi ait ille inter cetera:

— ἢ κακῶς οὗτοι κακοί.

Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ' οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ.  
quibus similia sunt ista è Menedemo Lycophronis, fabula item Satyrica:

Παῖδες κρατίστον πατρὸς ἐξωλέστατοι.

jam quum Satyri operam suam in excæcando Cyclope promisissent: ubi ad rem ventum γνωσιμαχοῦντες ignaviam suam produnt: prorsus enim tales ab Euripide finguntur, quales descripserat Hesiodus † illô versu:

Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀρηχαστοῦ γων.

quid magis ridiculum eâ excusatione, quam Satyrorum pars affert, quòd repentè facti sint claudi, aut cæci? nec minùs ridiculi alii, qui paratos se dicunt Ulysssem adjuvare, & trabem in oculum Cyclopi impellere: verùm eâ conditione ac lege, ne antrum ingrediantur: sed in vestibulo stare finantur: ubi præclaram operam se navare posse confirmant, quia sint staturæ grandioris. in rebus positum heic τὸ γελοῖον: in verbis verò quantum facietiarum? ut cùm interroganti Ulyssi an essent φιλόξενοι regionis incolæ, respondet Silenus:

Γλυκύτατα φασὶ τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν.

cùm Ulysssem vocat ἄνδρα κρόταλον: *vintum crepitaculum*: id est verborum multorum, & multæ experientiae ac fraudis, nam κροτεῖν & κρότημα, ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται, inquit Hesychius. ineptè veteres Grammatici, quos  
recen-

† Hunc locum in Hesiodo reperiri valde dubito; ego sanè istum adhuc quæro.

recentiores sunt secuti, κρόταλον heic genere masculinô esse positum putârunt. nam ita accipiendum, ut apud cômicum in Nebulis:

Λάγειν γενήσεται τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη.  
non dissimili jocô, etsi diversâ sententiâ, famosus Grammaticus Augusto est dictus, *εμβαλὺν μυστικαῖς*. aliô locô Silenus διακροτεῖν, verbum pullatæ plebis, obscœnâ notione usurpat: Ἄπαντες αὐτὴν Helenam διεκροτήσατ' ἐν μέρεσι. Jocosum est & ἐκπατάσσειν, pro vinum ex utre effundere. φέρ' ἐκπάταξον, ὡς ἀναμνησθῶ πινόν. alludit autem ad sonum liquoris inclusi & in utre bilbientis, ut dixit Nævius: vel ad strepitum vini per angustum amici vicini canalem effluentis. propriè est cum strepitu percutere, & foràs ejicere. aliô verbô idem expressit Ulysses, cùm ait:

Μῶν τὸν λάρυγγα διεκάνναξέ σου καλῶς;  
hoc est, *εἰς σφικτὴν ποτήριον*. monile Silenus vocat κλοιόν, id est boiam.

— καὶ τὸν χεύσεν

Κλοιὸν φοροῦντα παρὶ μέσον τὸν αὐχένα.  
de Paride, qui Helenam rapuit. jocosum &, πυκτεύειν εἰς κρᾶτα, pro tundere. item σίφων pro poculo. cùm ajunt Satyri: Ὡς διὰ μακροῦ γὰρ τὸν σίφωνα τὸν φίλον χηρεύομεν. perperam de fistula accipiunt. cantharos aut scyphos grandes, quales vulgò Satyris & Silenis tri-

L 4 bue-

buebantur, intelligit. sed mirè exprimitur eâ voce vini aviditas. nam σίφων est infundibulum. omitto similia his alia: & præsertim quæ comicam sapiunt impuritatem. Atque hujusmodi ferè est, hilaritas illa, quam Satyricæ convenire supra, p. 164. docebamus. Non prætermittam genus metrorum: diximus enim suum quoddam genus versuum habere hæc dramata, qui Satyrici nominantur metricis. tales jambici in hac fabula multi, ubi duo aut tres pedes trium syllabarum. in ipso initio:

Ω Βρόμιε, διὰ σε μυρίους ἔχω πόνους,  
Et statim:

Εγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσσην θένων δορί.  
Et similes his multi: at longè σατυρικώτεροι isti:

Τί χρεῖμα; Βρομίου πόλιν εἰκόαμεν εἰσβαλεῖν.  
Et:

Ανεχε, πάρεχε. τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία;  
Mox:

Τί φάτε; τί λέγετε; τάχα τίς ὑμῶν τῷ ξύλῳ.  
item ille:

Ωινοχόος ἄδικος. Σ. ναί μα Δί' αἰπ' ὦνος γλυκύς.

Hæc ferè sunt, quæ illam fabulam arguunt esse Satyricam non legitimam tragœdiam. Nunc, quoniam se occasio obtulit, locorum aliquot emendationes subjiciemus, quæ  
Ste

Stephani nostri & Canteri virorum eruditissimorum diligentiam fugerunt. Versus XL. ita scribitur. κῶμοι συνασπίζοντες Αλθαίας δόμους Προσῆτε. placet Stephanica emendatio κῶμοις. quia tamen membranæ habent κῶμους, fortasse ita veriùs.

— χ' ὥτε Βακχίῳ

Κῶμους συνασπίζοντ' ἐς Αλθαίας δόμους  
Προσῆτε.

ut sit pro συνασπίζοντι. quid hoc? ait Silenus, an vos sicinnin saltatis, ut olim estis soliti, quando accedebatis ad Bacchum, id est, comitabamini Bacchum, qui magnò sodalium numerò stipatus, comissatum itabat ad Althææ domum? συνασπίζειν cum præpositione notum peritis hujus lingvæ loqvendi genus. heic verò κῶμους συνασπίζειν poëtica periphrasis ἀντὶ τοῦ κωμάζειν. XLVII.

Εν πίστραις κεῖται πέλας ἂν —

τρων· οὐ σοι βλαχαὶ τεκέων.

Lege,

Εν πίστραις κεῖται· πέλας δὲ ἂν —

τρων· οὐ σοι βλαχαὶ τεκέων.

non in illis locis, quò tendis, parati sunt alvei, unde potemini: sed propè antrum Polyphemi, ubi agniculi tui balantes te expectant. CCXVIII. Ον ἂν θέλῃς σύ· μή με κατ' μ. scribe, ὅγ' ἂν θέλῃς σύ. nempe γάλα. CCXXXIV. Κλωῶ τριπήχει. melius κλοιῶ τε. &

L 5

κατὰ

κατὰ cum Cantero non καὶ τὰ. affirmant se  
 validissima vincula colle tibi circumdaturus,  
 & per medium oculum viscera tibi extractu-  
 ros. ridicula sunt quæ deinde subjiciuntur à  
 Sileno: neque aliter accipienda. nam qui  
 per oculum fuerit exenteratus, huic nihil  
 metuendum amplius. CCXXXVI. Μάστιξι τ' εὖ  
 τὸ νῶτον ἀποθλίψειν σέθεν. ineptum hōc locō  
 verbum ἀποθλίψειν. Lēgō ἀποδρύψειν. la-  
 ceraturos. quō nihil aptius ad hanc senten-  
 tiam. & est dictio poëtica, pro eo quod  
 vulgo ξαίνειν dicitur. mox scribe φάκελον  
 unicō λ. metri causā. αὐτὸς ἔχε paullo pōst,  
 formula deprecandi mali: quæ aliter ita con-  
 cipi solet, εἰς κεφαλὴν σοι. quō nihil apud  
 poëtas occurrit frequentius. vulgò malè ca-  
 piunt: neque assentiendum viro docto qui  
 corrigit, αὐτῶς. qui etiam in illo versu,  
 ΕΦΘΑ, καὶ ὀπταί, καὶ ἀνδρεσκιαὺς ἀποχναύειν,  
 postremam vocem sine causā mutat. χναύειν  
 & ἀποχναύειν pro avidè vorare, dictiones sunt  
 Græcis poëtis familiareis, ut dicebamus ad  
 Athenæum. proximō versu, qui est CCCLVII. I.  
 pessimè scriptum βρύχειν. quum scripserit  
 poëta, βρύκειν, κρεωκοπεῖν μέλη ξένων. He-  
 sychius: βρύκειν, λαύρως ἐσθίειν. sæpe apud  
 Athenæum. at βρύχειν, fremdere, nihil ad  
 Bacchum. quare iterum corrige paullo pōst,  
 & scribe Κόπτων, βρύκων, ἐφθά τε δαινύμε-  
 νος.

vos. ΟΟΟΟΧΧV I I I. — τὰ Βακχίου Ναΐειν μέ-  
λαθρα Δαναίδων νυμφῶν μέγα. Lege, Ναΐ-  
δων. Nymphas Bacchi comites passim poë-  
tæ Naidas appellant, nunquàm Danaides,  
æc Græcas. ibi Ulysses Satyros hortans, ut  
se in patrando facinore, quod parabat, irent  
adjutum: cur in Sileno eorum patre nullam  
spem ponat, causam affert: non quia nolit:  
sed quia vinô Ebrius, & poculô captus, si-  
cut capitar viscô avis, sanæ jam mentis non  
sit. Poëtæ verba:

Ὁ μὲν γὰρ ἔνδον σὸς πατήρ, τάδ' ἦνεσε·  
ἀλλ' ὡς θενὴς γὰρ, κ' ἀποκερδαίνων ποτοῦ,  
ὥσπερ πρὸς ἔξω τῇ κύλινι λελημμένος,  
Πτέρυγος αἰλύει.

Lege & distingue, ὥσπερ πρὸς ἔξω τῇ κύλινι,  
λελημμένος Πτέρυγος, αἰλύει. locus est elegan-  
tissimus. neque mutanda vox λελημμένος, ut  
docto viro placebat λεληφθαι πτέρυγος, &  
pueris nota phrasis. ΟΟΟΟΧΧV.

— ῥυθμοῖσι νιν

Σφάζαι μενοινῶς, ἢ πετρῶν ὥσιν κάτω.  
omnino aut ῥυτῆρσι cum aliis libris legen-  
dum: aut, quod puto verius, ῥυσμοῖσι ῥυσμός,  
tractio. cogitas securum in commissionatione  
clam pede trahere, & jacentem perdere.  
ΟΟΟΟΧΧV. Κώμον μὲν αὐτὸν τοῦδ' ἀπαλλάξαι λέ-  
γων. Scribe: τοῦδ' ἀπαλλάξω: & λέγων  
junge cum sequentibus. ΟΧΧΙV. — πάδες αὐ-  
τὸν



τὸν εἰς μέσον. scribendum κατάθες, & metri  
 caussâ & sententiæ. DLXI. Ὡσπερ ὁρᾷς πί-  
 νοντα, χ' ὥσπερ οὐκ ἐμέ. Simul hæc profert  
 verba Silenus, & utrem ori admovet, bi-  
 bitque. qvare scribendum: χ' ὥσπερ νῦν ἐμέ.  
 alioquin nulla sententia: qvæ jam elegantif-  
 sima est. DLXVII. Συνεκθανεῖν δε σιγῶντα  
 χρὴ τῷ πώματι. in σιγῶντα prima corripitur:  
 qvod numqvàm apud veteres invenies. sed  
 aliter dubio procul scripserat poëta. Lege:  
 Συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι. bibe,  
 inquit, ac perbibe. decet enim potatorem  
 strenuum, non antè bibendo defatigari,  
 qvàm bibentem simul vita & vinum defi-  
 ciant. DLXXXIV. Μέμφη τὸν ἐραστὴν. καὶ  
 τρυφαῖς πεπωκότα. Scribe, κ' ἐντρυφᾷς πεπω-  
 κότι. DXXXI. Ἡμεῖς μὲν ἐσμέν μακρότεροι,  
 πρὸ τῶν θυρῶν. Εστώτες, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλ-  
 μὸν τὸ πῦρ· rectè μακρότεροι: nam μικρότεροι  
 qvod doctis placet, pugnat ἐκ διαμέτρου cum  
 poëtæ mente, qvàm antè exposuimus. DCXLIII.  
 Πάλαι μὲν ἦδει σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει. Scrib.  
 ἦδειν. DCXCVI. Κλαίειν σ' ἀνωγα· καὶ δέδορχ'  
 ὅπως λέγω. Legendum suspicor: καὶ δέδορ-  
 κῶτως λέγω. acutissima sententia. qvum Ulyssi  
 Cyclops venturas ei calamitates prædiceret:  
 ipse respondens, jubeo, inquit, te flere: at-  
 que hoc salvis oculis dico. non poterat amario-  
 re jocô hosti victo atqve excæcato insultare.

δε-

δεδοκότως, à δεδοκώς, ut δεδοικότως, *metuendo*, à δεδοικώς. sic; λεληθότως, πεποιθότως, & similia apud poëtas. Sed & vulgata ferri potest, si ita exponas: opto tibi infortunium: nec solùm verbis, ut tu facis: sed hâc simul voluptate fruens, qvòd mala, qvæ tibi opto, evenisse jam tibi video.



ISAA-

ISAACI CASAUBONI  
DE  
SATYRICA  
GRÆCORUM POESI,  
ET  
ROMANORUM SATIRA  
LIBER SECUNDUS.

## CAP. I.

SATIRÆ Romanæ forma pro temporibus diversa: parum  
hactenus cognita. præcipua capita hōc librō tractanda.  
Antiquissima poësis Latina, Saturnii versus, Fescennini,  
& Satira. quæ illa initia rei scenica apud Romanos.  
item incrementa per Livium Andronicum. Satira spreta  
postquàm fabula doceri cœpta. eadem redit in scenam: sed  
aliter atque olim. exodiaris. Atellanarum exodia. iō-  
ōdior. ἐξόδιον. Atellanum canticum.



QVOD de Græcorum tragoedia  
scribit Aristoteles, multas illam  
mutationes passam, serò perfe-  
ctam, in ea forma quam postre-  
mò nacta fuerat, tandem con-  
quiēsse: idem & de Satira Romana jure ali-  
quis dixerit. nam & hæc poësis ποίησις, ut  
ait philosophus, μεταβολὰς μεταβαλοῦσα,  
varièqve tractata à Latinis poëtis, ubi tan-  
dem ad duas illas species fuit perducta, quas  
so-

solas Fabius Quintilianus, lib. x. c. i. agnoscit, finem mutandi fecit. prior species est ejus Satiræ, quam Lucilius invenit, excoluere autem Horatius, Persius, Juvenalis & multi item alii: posteriorem eximie nobilitavit M. Terentius Varro, scriptor inter togatos, sine controversia, longè doctissimus. Omnes Satiræ mutationes & diversas formas explicare, illorum intererat, qui Latinæ poëseos historiam memoriâ patrum ex professio tractandam susceperunt. Sed accidit fatô, nescio quô, ut viri eruditissimi qui de eo argumento libros hætenus ediderunt, susceptæ provinciæ partem hanc adeò perfunctorie curarent, ut & multa necessariò dicenda prætermitterent: & secus ac res habebat, non pauca traderent. Caput verò & fons erroris ille est: quod dum neglectâ auctoritate Horatii & Fabii, Satiram Lucilianam in poësi Græcorum invenire satagunt, omnia susque deque miscent, ἀσύγκλωστα πάντα πάντως, quod ait Plato, κλέθοντες πράγματα. Equidem sine indignatione legere non possum, quod ipsi passim affirmant: Æschylum, Sophoclem, Euripidem & similes alios Græcorum poëtas Satiras, vel ut vulgò scribunt, Satyras, composuisse. quod neque veterum cuiquam venit in mentem dicere: & ita falsum est,  
ut

ut nihil queat magis: quum Græci homines, illi utique antiqui, non minùs Satiras Romanorum, quàm Græcas Kalendas semper ignoraverint. Ut igitur tantus hic & propè jam ἐσκιρρωμένος in studiosorum animis error, funditus evellatur: universam ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Romanæ Satiræ historiam, quoad quidem ejus fieri poterit, ut in re propter monumentorum inopiam obscurissima, breviter afferemus: tum de differentia Satyricæ Latinorum poëseos ab eorundem Satira, deque origine, causâ, & recta nominis hujus scriptione disputabimus: ac postremò circa naturam illius poëseos, quæ Satiræ appellationem quasi propriam sibi vindicavit, nonnulla haut præter rem considerabimus. jam ergo ad primum disputationis hujus caput accedamus. SATIRÆ apud Romanos mentio exstat sanè quàm antiquissima. nam si Saturnios Faunorum vatumque versûs, & Fescenninos excipias, nullius temerè Latinæ poëseos antiquius nomen invenio quàm istius. Saturniorum originem primam nemo veterum tradidit, neque legem certam. Saturnium enim metrum de quo loquuntur metrici, non est illud omnium vetustissimum: cujus lex adeò soluta fuit, ut non metrum, sed simplicem cum rhythmo cantum fuisse quidam scribant. Servius in illud Virgil. 11. Georg. v. 385. Nec

*Nec non Ausonii Troia gens missa coloni  
Versibus incomptis ludunt, risuque solutô.*

*id est, inquit, carminibus Saturniô metrô compositis: quos ad rhythmum solum vulgares componere consueverunt. ut videantur hujusmodi versus à prosa abfuisse propius, quàm à vera poësi. nam ῥυθμός, etiam in soluta oratione habet locum: quæ nihilô minus si numeris careat ἔννεμος fiet, at non ἑμμετρος: proinde ne poësis quidem. Non multo plus artis habuerunt Fescennini, ipsi quoque temerè compositi ac rudeis. hæc nempe erant adhuc nascentis Romanæ poëseos primordia: & quæ vocari ab Aristotele αὐτοσχεδιασματα, librô superiore, c. 1. p. 2. 10. 17. observabamus: ubi etiam de Fescenninorum origine, Horatii verba proferebamus è libr. 11. Epist. 1. v. 145.*

*Fescennina per hunc inventa licentia morem,  
Versibus alternis opprobria rustica fudit.*

Fescenninos excepit Satira: ut tempore posterior, ita elaborata magis, & quod ad metrorum leges attinet, perfectum jam poëma. Livius, lib. VII. c. 11. 4. de ludorum scenicorum institutione agens: *Ceterum, ait, parva hæc quoque, (ut ferme principia omnia,) & ea ipsa peregrina res fuit. sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex*

M

He-

*Ættruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. imitari deinde eos Juventus simul, inconditis inter se jocularia fundentes versibus, capere: nec absoni à voce motus erant. Accepta itaque res, sapiusque usurpando excitata. vernaculis artificibus, quia Hister Tusco verbò ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante Fescennino versui similem, compositum temerè ac rudem alternis jaciebant: sed impletas modis SATIRAS, descriptò jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti, peragebant: hæc Livius in anno U. C. cccxc. cons. C. Sulpitiò Peticò, C. Liciniò Stolone: quando gravi pestilentia urbs laboravit. conferenda autem historia hæc est de origine & progressu poëtices, καὶ τῆς θεατρικῆς μουσικῆς apud Romanos, cum iis quæ de Græcorum poësi disputata sunt initio libri superioris. videbis propemodum omnia heic atque ibi similia. quod non ideo sic accidit, quia Græcos Romani adhuc imitentur. nam imitatio Græcorum tunc coepit, cum ingenio ars accessit: at rudimenta hæc poëtica ab auctore atque impellente natura proficiscebantur, sicut demonstratum est, & probat elegantissimâ disputatione Marius Victorinus, librò quartò. ut igitur teste philosophò, c. iv. de Poëtica. ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων nata sunt τὰ ἰαμβεῖα, ὅτι*

ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰαμβίζον ἀνέμους: sic ex illis jocularibus dictis quæ fundi prius temere solebant in Romanorum sollemnibus, Satira primum est orta. Satira hæc carmen fuit, ridicula versibus intexta continens, quæ inter se more antiquo jactitabant, ut mox loquitur ipse Livius. quàm fuerit hujusmodi Satira diversa à Luciliana, dicere nihil attinet. res enim manifesta: & clarissime arguent quæ deinceps dicentur. à Satyrica vero Græcorum tantum differebat, quantum à cetera poësi distat dramatica: cujus ne nomen quidam nôrant tum Romani. Quemadmodum autem apud Græcos usurpationem τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, ut cum philosopho loquamur, excepit in scenâ dramaticæ, post inventam à Thespide tragediam, ab Epicharmo & Cratete comœdiam: sic Satiram veterem secuta est fabularum compositio: quarum auctor primus apud Romanos Andronicus, homo & Græcus, & Græcis litteris excultus: qui postea ab hero M. Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, manumissus, Livius Andronicus est dictus. de hoc idem ibid. princeps historiæ Romanæ: *Livius post aliquot annos ab Satiris ausus est primum argumentò fabularum serere.* Valerius Maximus, II. IV. 4. à Satiris primus omnium poëta *Livius ad fabularum argumenta spectantium*



*animos transfudit.* atque ita nullum dubium, quin universam dramaticen Græcis acceptam ferre debuerint Romani: quod enim in Sicilia Epicharmus, Athenis Theſpis & Crates, id Romæ fuit unus Andronicus: qui primus Latinis & tragœdiæ & comœdiæ componendæ præbuit exemplum. Satis constat, primam Livium docuisse fabulam C. Clodiô Cæci F. & M. Tuditanô Coss. annô post Romam conditam, ut ex Attico suo scribit M. Tullius, quartôdecimô & quingentesimô. unde potest intelligi quàm lentè Romanorum studia ad poëticen excolendam sint traducta. Porro fabularum compositione inventâ, refrixit initiô Satira: verùm hoc tantisper, dum mos obtinuit, ut ipsi poëtæ suas in scena fabulas agerent: ubi verò agendi parteis ad histriones sunt translatae, retulit in scenam ipsa juvenus Romana risus joculque priorum Satirarum: non quidem ut fabulas excluderent: sed ut fabulis ipsis, præsertim autem Atellanis, adjungerentur, sive infererentur. quam mutationem etiam alia deinde est secuta, cum Exodia dici cœpere, quæ prius erant Satiræ. Livius docet clarè ibidem: ubi, postquàm de fabulis Andronici dixisset, & partitô officiô inter puerum ac tibicinem cantantes, & histrionem, (qui poëtæ successit) canticum agentem,

tem, hoc est, ut exponit Valerius Maximus, gesticulationem peragentem, subjicit hæc: *Postquam lege hæc fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus paulatim in artem verterat, juvenus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cepit: qua inde Exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanus sunt.* appellatione versuum Satiram, cujus paullo ante meminerat, intellexisse heic Livium, nequit ambigi. quamobrem ad honestatem veteris Satiræ referri debet, quod de privilegio actoribus Atellanarum concessio subjicit. Valerius Maximus, loc. cit. ita narrat ex Livio: *Atellani ludi ab Oscis acciti sunt: quod genus delectationis Italicæ severitate temperatum, ideoque vacuum notæ est: nam neque tribu movetur, neque à militaribus stipendiis repellitur.* Satiram quæ Atellanis conjuncta nuncupat Valerius *Italicam severitatem.* ex quo apparet, totum istud poematis genus jocis & ridiculis dictis abundasse potius, quam impuris atque obscenis. idem supra de Satyrica Græcorum observabamus. ac videtur ea non postrema fuisse causa, cur nonnulli è veteribus criticis cum Atellanis † fabulis Satyri-

† Latina Atellana, auctore Salmasio in Sveton. Tiber. c. XLV. à Græca Satyrica eò tantum differebat, quod in Satyrica Satyrorum serè personæ inducebantur,

tyricas comparârint : de quo plura inferiùs. Fuit & alia caussa , quam potissimum dubio procul iidem spectârunt : nam ut Satyricæ tragicis dramatis adjectæ sunt à Græcis ad temperandam tragoediæ moestitiâ : sic Satiras, sive exodia, simillimam ob caussam post tragoedias produci solitas, memoriæ quidam prodiderunt. Scholiastes antiquus Juvenalis †: *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret : ut quicquid lacrymarum atque tristitiæ coëgissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret.* Exodiarium \* vocat poëtam Atellanarum : nam etsi Atella-

nas

tur , aut aliæ æqvè ridiculæ; in Atellanis Oscæ , ut Maccus. Rhintonica autem est *ἰλαροτραγωδία* vel *ἰλαροῦδία*. & quid aliud est *Ξαυροπῶν δράμα*, quàm *ἰλαροτραγωδία* ? hujus auctor Rhinton Tarentinus. unde adparet genus hoc in majore Græcia viguisse : atque inde Oscorum Atellanæ similes Rhintonicis.

† In Satyr. III. v. 175. p. m. 40 : edit. Heidelb. c1313 xc. in 8t.

\* *Exodiarium* ] Latini, inquit Cl. Salmas. in notis ad c. XLII. Vopiscii in Aurelian. p. m. 529. a. part. II. Historiæ Augustæ Scriptor. edit. Lugdun. Batav. 1671. in 8t. *Urbicos & Urbicarios etiam adpellant Mimicos scurras; & Exodiarios & Atellanos. Etsi enim non ignorem, quid distent Atellana & mimi, recentiores tamen confudisse videntur. Unde Exodiarius pro mimo vel mimico scurra apud Ammianum, lib. XXVIII. c. IV. extr. Id enim nunc repertum est pro sonitu laudum impensio-re, per adplicatos homines ad loquendum, at in omni spectaculo exodiariorum, venatorum, aurigarum, & histrio-*  
num

nas hic Grammaticus non nominat : de illis

num generi omni, & iudicibus cellis, itidemque minoribus, nec non etiam matronis clametur assidue, per te ille discat. Postquam laudatus Salmasius verba Veteris Scholiastæ, quæ & noster Casaubonus habet, adduxit, loc. cit. subjicit: Idem scil. Scholiastes addit versum Lucillii, qui sic legendus est: --- Principiò dignum exodiumque sequetur. (In meis libris lego: Hujus & Lucillus meminit: Principio exitus dignus, exodiumque sequetur.) Nam exitus dignus in versum illum irrepsit ex Glossa. Exodium enim exitum significat. Unde ad exodium vitam perducere Varroii. (cujus loca & verba habes apud Nonium, p. m. 13. b.) Festus, ad exodium, ad exitum. & male ibidem doctissimi viri, qui Græcos ἐξόδιον dixisse, non ἐξόδιον autumant. Latinis autem exodium dictum, ut prologium, quum idem Græci non πρῶλον sed πρῶλον dicerent. falsum hoc inquam. nam Græcis etiam ἐξόδιον dicitur, pro fine alicujus rei vel exitu. Plutarch. in Crasso: εἰς τοιαῦτο φασὶν ἐξόδιον τὴν τοῦ Κράσσου σπαρταρίαν τελευτῆσαι. sic & μέδον & μέδονα dixerunt. Sed ad rem. exodiarum olim proprie Atellanarum, postea verò, ut dixi pro mimis vel mimicis scurris, vir incomparabilis in notis ad Manilium exodia dici putat diſteria, quæ in fine fabula dicerentur, ut ἐξόδιον, quæ in principio, & ἔμβολα, quæ in media fabula interponerentur, horum nihil verum esse potest. nam exodia Atellanarum aliâ ratione dicta, nec in fine fabularum introducebamus, & res erat prorsus à fabula separata. & fallitur ille vetus Scholiastes, qui exodiarum in fine ludorum intrasse scripsit. cum illa scriberet, respiciebat ad nominis rationem. nam exodium est finis vel exitus. non minus errat vir ille, quem dixi, doctissimus, dum apud Firmicum exitum fabularum, pro exodiis, quæ in fine fabularum ponerentur, accipit. verba Firmici: cum effeminati corporis mollitie cunctos efficiunt, & qui veterum fabularum exitus in scenis sæpe saltantes imitentur. quis non videt Firmicum de Pantomimis loqui,

lis tamen potissimum, quæ scribit, debent acci-

qui veteres historias saltando exprimebant? nam exitus fabularum pro fabulis posuit Firmicus. at de mimis qui pote accipi? prorsus dicas Scaligerum Scaligerum ibi non esse; ita obliuio sui est. rectè autem Firmicus pantomimos, & histriones, fabularumque veterum saltatores, cum cinædis effeminati corporis iuxxit. nam illi ipsi saltatores effeminatò fluxoque erant corpore, & magnam partem cinædi. Tertullianus de pantomimis: quid quod imago Dei vestri ignominiosissimum caput, & famosum vestit? quod corpus impurum, & ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repræsentat? Idem in libro de spectaculis: quid de Pantomimo qui etiam muliebribus curatur? hinc spectari licet, quàm bene cinædos & pantomimos simul posuerit Firmicus, & eandem illis constellationem assignaverit. de mimis res alia est. Hæc Salmasius. Qui & ibi in eo à Scaligero abit, quòd putat, ἐπεισόδια, & ἐμβόλια, fuisse diversa in re scenica; indèque emboliarum mulierem Plinio, lib. VII. c. XLVIII. quod est de spatiis vite longissimis, dictam: quia embolia saltaret in sceua. Stephanus Pighius in Annalibus Romanis ad an. MDLXXI, ait emboliarum esse mimam primum ingredientem, quæ scena repræsentanda argumentum populo demonstrat, quemadmodum prologus apud Terentium. Embolii voce usus etiam Tullius. Ut lib. III ad Quintum Fratrem, epist. I: ceter. Mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum includere, dicentem Apollinem in concilio Deorum qualis reditus duorum imperatorum futurus esset. Pisonem, & Gabinium signat. Lusit etiam ambiguò hòc vocabulò orat. pro Sextio, c. LIV. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator; sed actor, & acroama, qui omnia fororis embolia novit. Loquitur de P. Clodio; qui cum sorore Clodia rem habuisse ferebatur. Hæc fini pergit interjectis aliquot ibi Salmasius. Exodiarii igitur Urbicarii, mimici, scuræ & urbici idem. Glossa: Atellani Σκηνικοί, ἀρχαίοι.

accipi: quum non aliis ferè fabulis quàm Atellanis, adjungi solita fuisse Exodia, & superiora verba Livii doceant, & testimonia veterum: qui Exodia propria faciunt id genus fabularum. Svetonius, librô I I I. c. XLV. *Unde mora* (ita scribendum esse non nota, alibi docemus:) *in Atellanico exodio proximis ludis*

λόγοι, βιολόγοι (quæ verba cum multis aliis in Lugdun. Batav. ann. CIICIC. edit. in fol. omiffa, in Luter. Paris: M. DC. LXXIX. invenio.) *Donatus*: Atellanæ salibus, & jocos compositz, quæ in se non habent, nisi veterum elegantiam. *Hinc ἀρχαιολόγοι* Attellani. βιολόγοι *mimici dicti*, quod sententias ad vitam utiles jactarent isti mimici scurræ, ut videre est in iis sententiis quæ supersunt ex mimis Publii Syri, & Laberii. hinc dicebantur etiam ἡθολόγοι. *Hesych.* ἡθολόγος, διατριστής. ubi ἡθολόγος vir magnus perpetam accipit pro philosopho ad ravum usque in mores vel de moribus declamante in theatris. *Hactenus Salmasius.* Ceterum, quod Mimi hujusmodi exodia usurpaverint postea *Valesio* in cit. *Ammiani* locum sub *Julio Cæsare* cœpisse videtur, qui *Laberii* & *Publii Syri* *Mimos* introduxerit. Quorsum adducit quod *Cicero* in lib. IX. Ep. XVI. ad *Pætum*, postquam de *Cæsaris* dominatione multa dixit: nunc venio, ait, ad jocationes tuas quando (quum) tu secundum *Oenomaum Accii*, non (ut olim solebat) *Atellanam* sed (ut nunc fit) *mimum* dedisti. Ibi adducit & *Juvenalis* locum, nostro *Casaubono* quoque citatum, malè è Sat. 4. putavitque *Veteris Scholiastæ* verba eamdem *Satyram* & locum respexisse, quare & illa in notis ad eamdem *Satyram* 4. haberi dixit. Claro documento ipsum *Scholiastam* *Valesium* non inspexisse, sed ex alio *Juvenalem* cum *Scholiastæ* falsò citante exscripsisse.

M 5

*dis assensu maximò excepta, percrebruit: Hir-  
cum vetulum capris naturam ligurrare. Juvena-  
lis in sexta, v. 71.*

*Urbicus exodio risum movet Atellana  
Gestibus Autonoes.*

apud Grammaticos quando Q. Novius, aut Afranius aut L. Pomponius aut alii in Exodio laudantur, de fabulis Atellanis, ut arbitror, semper accipiendum. Apud Svetonium in Galba, c. XIII. *Atellanum canticum* de Exodio interpretor. non enim aliud in Atellana canticum, nisi Exodium. quod ita dictum, vel quia singulorum divertorum fini subiciebatur: vel quia extremæ fabulæ semel. sic inter chorica mele Græcorum dramatum, quod ab introeuntibus in scenam cantabatur, εἰσόδιον dicebant: quod ab exeuntibus ἐξόδιον. auctores Pollux & comici interpretes. Etsi autem dubitari non potest ex Livii verbis, Exodia Atellanarum ex antiqua Sarira fuisse primùm nata, utut postea nomen fuerit mutatum: servatum tamen etiam à posteris eandem poëseos formam ac modum, neque exemplis ullis potest probari, neque ullius antiquorum testimoniiis evinci.

## CAPUT II.

DE Satira Ennii & Pacuvii: ea cujuscumque fuerit. varietas metrorum in illis: item argumentorum. quadrati versus, non soli jambici. L. Pomponii Satira. Græci qui poemata ex diversis metris composuerunt. Homeri Margites: Chæremonis Centaurus. Satira Enniana Græcis incognita. Locus Horatii in eam rem correctus. De Varroniana Satira. quomodo prior Lucilianâ: qualis illa, & quàm multiplex in ea varietas. locus Ciceronis animadversus. Menippus & Meleager duo scriptores *πρωτογενεῖς*. Strabo ex conjectura correctus. Varro Menippum imitatus. ejus Satira Menippea dicta & cynica. ipse quoque Menippeus cognominatus. Probi error super Satiris Menippi. character dicendi Menippeus. *παρῶδιος* in legitima descriptione vitiosus: *παρῶδιος* pro convitiari. differentia inter Menippi scripta & Varronis Satiras. Juliani Caesares. Luciani stilus. Seneca Apocolocyntosis. Petronii Satiricum: item Martiani. Boetii liber De consolatione Satira similis.

AUCTOR est M. Tullius, natus poetam Ennium annò proximò postquàm inceperat Livius Andronicus fabulas Romæ docere. quum igitur superiore capite de ea Satira egerimus, quæ ante Livianas fabulas in Romana scena florebat: postulat instituti ratio, ut de Satira Enniana hòc locò dicamus, & aliis, quæ ab illa ceu capite vel prototypo exemplo, videntur manasse. Hanc ita describit Diomedes, librò III. col. 483.

Olim



*Olim carmen quod ex variis poematibus constabat Satira vocabatur, quale scripserunt Pacuvius & Ennius. sine causa † Ennio anteponit Pacuvium: antiquiori posterius natum: qui nepos Ennii ex filia appellatur Hieronymo* \*  
apud

† Repetivit hæc è nostro Ger. Jo. Vossius, 111. Institut. Poëtic. c. x. p. 47. Natus est Q. Ennius Calaber ex Centurione (is enim fuit Bellò Punicò 11. si Silio in x11. v. 395. credimus) Poëta A. U. C. dxiv. secundum Tullium in Bruto, c. xviii. Livius, inquit, *qui primus Fabulam, C. Clodiò Caci filiò & M. Tuditanò Consulib. docuit, annò ipsò, anteqvàm natus est Ennius; post Romam conditam autem quartodecimò & quingentesimò, ut hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter Scriptores de numero annorum controversia. At ipsò eòdem Cicerone auctore natus est Ennius annò cccc xi. post Romam conditam. Serius Poeticam nos accepimus, inquit in i Tuscul. c. 1. extr. annis enim ferè ccccx. post Romam conditam Livius Fabulam dedit, C. Claudiò Caci filiò, M. Tuditanò, Coss. annò ante natum Ennium: qui fuit major natu, quàm Plautus & Nevius. Gerard. Jo. Vossius, c. 1. de Poëtis Latin. p. 4. Mortuò jam Nevio, inquit, clarescere Romæ cœpit Quintus Ennius. Eum ex Cicerone & Agellio diximus natum annò Urb. 1514. C. Mamiliò Turrinò & Q. Valeriò Faltone Coss. At ille ipse Vossius, 1. de Historicis Latin. c. 11. p. m. 7. scribit. Sanè Nevius stipendia fecit bellò Punicò primò: quod defuit annò Urbis 1514. - Annò 1525. primam Fabulam dedit Livius. Annò 1526. Ennius nascitur. Quæ profectò non conveniunt. Et tamen hic est ille locus ad quem nos in de Poëtis ablegat, adducens ibi Ciceronem & Agellium. Nisi Typographo hoc imputare velis, quod malim, notas numerorum vi. & iv. confundenti.*

\* in Chronico

† c.

apud Eusebium in olympiade CLVI. Plinius in xxxv. historiæ † sorore Ennii scribit genitum. Hujus Satiræ cujusmodi fuerint penitus hodie ignoramus: quum præter Diomedis unicum hoc testimonium, nihil, opinor, exstet apud veteres, unde vel scriptas à Pacuvio Satiras possit cognosci. qui ad nos pervenerunt laudati in scriptis antiquorum, fabularum ejus tituli, paucis exceptis, puris tragœdiis potius quàm \* ullo alii generis poematis videntur convenire. Ennii Satiras non rarò est invenire laudatas. Quatuor earum libros reliquissè legitur apud veteres Horatii interpretes. sextum Satirarum Ennii citat Donatus ad Phormionem Terentianam: nisi error commissus in numerorum notis: & iv. pro vi. apud hunc restituendum: aut contra in iis quæ Porphyrii tribuuntur. Ex ipsis fragmentis, quæ tamen supersunt non adeò multa, apparet, quod ait Diomedes: miscellam diversi generis carminum fuisse Ennii Satiras. non solum enim in diversis libris aliud atque aliud metrum usurpaverat: sed etiam in eodem libro, hoc est, ut existimo, Satira eadem: nam singulis libris singulas Satiras fuisse contentas,

† c. iv.

\* Forrè ullis altus. Istam sanè Latinitatem, pro ut in Textu jacet, non capio.

tas, adducunt me, ut credam veteres, qui eorum meminerunt. Servius ad XII. Virgilii v. 121. profert è secundo Satirarum Ennii ista:

— *contemplor*

*Inde loci liquidas pilatasque atheris oras.*  
 putes ex istis totum illud carmen eodem genere metri scriptum atque Annaleis ejusdem poëtae. sed aliter rem habuisse Nonius arguit, cujus sunt ista: **OBSTRINGILLARE**, *obstare. Ennius, Satirarum librò II. Resistant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant.* perperam editum est in Junii editione, librò III. nam in aliis libris, quibus consentiunt membranae nostrae; scriptum aliter. Eandem metri varietatem & librò III. observabamus. heroicus est, quem inde affert Nonius in voce *politiones*.

— *testis sunt*

*Lati campi, quos gerit Africa terra politos.*  
 at jambicos hosce trimetros, fanè quàm venustissimos, ex eodem libro III. idem Grammaticus non semel descripsit:

*Enni poëta salve, qui mortalibus*

*Versus propinas flammeos mœdullitas.*

idem alibi: **CRIMINAT**. Ennius, Satirarum librò III,

*Nam is non bene volt tibi, qui falso criminat*

*Apud*

*Apud te: & hic versus non obscure est iambicus trimeter. Alibi versu quadrato usum in Satiris Ennium disertè scribit A. Gellius. exstant apud eundem, capite 11. libri duodevicesimi, aliquot trochaici ex illis ipsis Satirarum libris. tanta in opere non nimis longo, metrorum diversitas. nec tantum metrorum, sed etiam argumentorum: de quibus amissis Satiris ipsis, constare utcumque potest tam ex lectione reliquiarum: quam ex testimonio aliquot scriptorum. A. Gellius, librò 11. cap. xxix. Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in Satiris scite admodum & venuste versibus quadratis composuit: quorum duo postremi isti sunt: quos habere cordi & memoriae operae pretium esse Hercle puto:*

*Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:*

*Nequid expectes amicos, quod tute agere posses.*

in prioris versus fine scribendum metri lex admonet positum. sunt enim octonarii sive tetrametri trochaici perfecti: ut valde mirer summos viros aliter pronuntiâsse: & A. Gellium reprehendisse, quod quadratos versus esse dixerit. at quanto facilius nobis imponi potest in tam paucis verbis, quam illi qui ex integro carmine hæc delibabat? Sed pauci observârunt, quadratos versus appel-

latos

latos fuisse veteribus criticis, non solos Jambicos octonarios: verum & trochaicos ejusdem mensuræ: quæ de re plura alibi. redeundum enim ad argumenta Satirarum Ennii. Fabius Quintilianus, librô nonô, capite 11. *Formas quoque fingimus sæpe: ut Famam Virgilius: ut Voluptatem ac Virtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus: ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in Satira tradit Ennius.* Etsi non possumus omnium Satirarum Ennii hypotheseis ex istis divinare: illud tamen non difficile solers lector cognoscet: totô genere diversam fuisse Satiram Ennianam ab illa, quam superiore capite describebamus. de communi appellatione rerum non congruentium, satis capite quartô. An alius præter Ennium & Pacuvium tales Satiras scripserit, non temerè dixerim. L. Pomponium in Satira meminimus Prisciano laudari sextô librô: sed hujus Atellanarum scriptoris, quemadmodum A. Gellio vocatur, Satiram referimus ad genus antè expositum. Porro autem Ennio, cum varia genera metrorum in idem poemâ confunderet, contra legitimæ poëseos legem, exemplum Græcorum non defuit, quô se tueretur. Observant enim Græcorum critici Homerum ipsum, qui omnis eruditionis fons & norma semper est habitus,

tus, in Margite suo heroicis versibus Jambicos inferuisse : non quomodo lyrici sæpe faciunt, quum singula cola aut systemata certo ordine sibi invicem respondent : sed temere & inordinatè, sine ulla observatione.

Hephæstion : μετρετὰ ἄτακτα, ὅσα ἐκ μέτρων μὲν ὁμολογουμένων σωέστηκε, τάξιν δὲ καὶ ἀνακλήσιν οὐκ ἔχει, οὔτε κατὰ κύκλον, οὔτε κατὰ συστήματα. οἷός ἐστιν ὁ Μαργίτης ὁ εἰς Ὀμηρον ἀναφερόμενος ἐν ᾧ παρέσπαραται τοῖς ἔπεσιν ἱαμβικά, καὶ ταῦτα οὐ κατ' ἴσον σύστημα. Marius Victorinus, librô 1. in extremo : *Homerus fons atque origo metrica disciplina, non tantum in duobus corpusculis Iliados & Odyssea his versibus Tetrametris frequenter est usus : sed & in eo carmine, cui Margites †† nomen est, idem herois hexametris trimetros jambicos tanquam pares numero miscuit. idem, librô tertio \* de jambico loquens qui septemdecim syllabis constat : Hoc genere versuum, ait, primus usus est Homerus in Margite suo : nec tamen totum carmen ita digestum perfecit : nam duobus pluribusvè hexametris antepositis, istum subjiciens copulavit : quos † postea Archilochus interpolando composuit. apud Græcos tamen non multos invenio, qui parem*

†† In meæ Hanovienfis, anni M. DC. V. quam Helias Putschius curavit, columna 2512. est *Margite*.

\* col. m. 2572.

† In adducta mea editione habeo quod.

rem licentiam in pangendis. versibus usurpâr-  
rint. quosdam nominant Græci metrici. de  
Chæremone narrat Aristoteles, ipsum com-  
posuisse ex omni metrorum genere carmen  
quoddam, cui nomen indiderat Hippocen-  
tauro: quem negat poëtæ loco censendum.

Χαιρέμων, inquit, ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον, μι-  
κτὴν ῥαψωδίαν ἐξ ἀπάντων τῶν μέτρων, ὃν ποιη-  
τὴν οὐ προσαγορευτέον. ceterum neque Chære-  
monis hujus, neque ullius omnino è Græcis  
exemplum secutus est Ennius, cùm Satiras  
composuit diversitate istâ metrorum simul &  
argumenti: nam hujusmodi scriptionis mi-  
scellæ neque exemplum neque nomen Græ-  
cis hominibus fuit notum: quod & Horatius  
disertè affirmat, Satirâ ultimâ libri Sermo-  
num prioris: v. 64. f. quô locô de Lucilio  
disputans ait:

— fuerit Lucilius, inquam,  
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,  
Quàm rudis & Græcis intacti carminis au-  
ctor,

*Quamque poëtarum seniorum turba.*

manifesto Horatius his verbis comparat Lu-  
ciliū cum primis poëtis Latinis: quorum  
de numero unum separat, tanquàm pri-  
mum \* auctorem carminis Græcis intacti, hoc  
est,

\* Vetus Commentator editus Antverpiæ, M. D.  
LXXIX.

est, Satiræ, τὰ *rudis* † in secundo accipi casu debet, non in primo: nisi volumus purissimum Romanæ lingvæ poëtam ὑπό τι βαρβαρίζειν. poëta, quem designat, non nominat, Ennius est, ut apparet ex iis, quæ modo sunt dicta. ac fortasse scripserat poëta:

*Quàm Rudius, Græcis intacti carminis auctor.*

de qua emendatione tantùm non necessaria, nemi-

lxxix. in 4to, operâ Jacobi Cruqvii Messenii, apud Brugavos politionis litteraturæ Professoris publici, p. m. 400: a. Limatior, inquit, politior, emendatior. Sensus est: sit Lucilius limatior, quàm rudis auctor carminis & intacti Græcis, id est, non usitati & usurpati à Græcis scriptoribus. Nam Lucilius primus invenit Satyræ. Græcis intacti: nulli enim Græcorum hexametris versibus hoc genus operis scripserunt. Acro idem cùm dicat, admiscet tamen alia propemodùm ab his dissona. Limatior, inquit, politior, emendatior, id est, quàmvis Græca carmina Lucilius Latinis primus admiscuerit, quod superius reprehendit. Græcis intacti carminis. Quia primus Satyræ Græcis intactam versibus hexametris scripsit, etiam Græcis auctor hujus operis est. Antea enim soli Comici mores suorum carpebant apud Græcos. Quia dicuntur Græci Satyræ non puram scripsisse. Auctor, Satyræ. Græci non scripserunt Satyræ integram, hoc est, heroicò carmine sed miscuerunt cum Comædiis.

† Rudis] Rudis cum carminis rectè conjungitur, inquit Gvil. Xylander Augustanus in h. J. p. m. 146. edit. Neostad. m. d. xc. in 8t. habeatur inquit, Lucilius, id quod non est, politior & tersior, quàm ab autore novi carminis, & in quo præeuntem Græcum nullum habuit. •quem sequeretur, fuerit expectandum aut requirendum.



nemini adhuc oboluisse mirum est. *Rudius* \* pro Ennio etiam apud Ciceronem pro Archia poeta : c. x. *Rudium hominem maiores nostri in civitatem receperunt.* Quod autem alibi dicitur Flacco Lucilius non Ennius scripsisse primus Satiras : id superiori interpretationi atque emendationi, ne minimum quidem repugnare, capite sequente demonstrabimus. Apud Latinos verò videtur Ennii exemplum posterioribus ingeniis fiduciam attulisse, ut non solum diversorum generum metra eodem congererent : sed etiam ut ibridas prorsus scriptiones ederent, è soluta oratione & numeris adstricta conflatas. Ejusmodi lasciviæ Satira fuit, quam nos Varronianam nuncupamus : quia antiquiorem auctorem similis scriptionis ciere alium non possumus. Quintil. lib. x. c. i. *Alterum illud est, & prius Satiræ genus quod non solâ carminum varietate mistum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus.* palàm est ex his tanti magistri verbis, Lucilianam Satiram de qua paullò antè dixerat, posteriorem esse Satirâ Varronianâ : cùm tamen

*Concessio est, quæ mox corrigit. Est autem, inquam, insertum hyperbati emolliendi causâ, quod parenthesis efficiebat.*

\* *Rudius pro Ennio*] Rudix, Calabriæ oppidum ad Tarentinum sinum, patria Ennii. Mela II. IV. 61. *Enniò cive nobiles Rudix.*

† Var-

tamen annis minimum unô & triginta post magnum Auruncæ alumnum in lucem editum, natus sit Varro. nimirum hoc voluit Fabius: Satiram in qua Varro claruit, eam ipsam esse quam vetusti scriptores, quorum facilè princeps Ennius, illustraverant: hoc interesse tantum; quod illi solâ metrorum varietate poemata sua Satirica condierant: Terentius verò etiam prosam † Satiræ suæ miscuerat. Enimverò mirificum prorsus & multiplici varietate notabile, ne dicam monstruosum, opus edidit Varro, cùm in illo opere prosam miscens cum carmine, seria cum jocis, Græca cum Latinis, (id enim & fragmenta arguunt) novæ scriptionis exemplum Latinis suis primus dedit. nec verò subjecti minor ibidem varietas. docent hodieque tituli,

† Varronem non tantum variò & metrò & argumentò Satiram condidisse. sed etiam prosam carmini miscuisse clarè Quinctiliani verba Casaubono citata docent. Nam si non solum carmine constiterit, prosa etiam scriptum fuisse, consequitur. Et sanè id etiam cognoscimus è Fragmentis, quæ supersunt. De prosa tamen tacet, ac solum omnigeni carminis meminit Valerius Probus in Ecl. vi in verbis mox à Casaubono adducendis. Quamquam enim falli videtur, cùm ait, Menippi satyras omniogenò carmine compositas fuisse: tamen de Varronis Satiris, quas optimè nōrat, sine dubio verum dixit. Quare hoc extra controversiam esto, Satyras olim argumento pro diverso, & prosa, & carmine, cōque varii generis fuisse conscriptas.

hi, quos auctor ut plurimum binos singulis Satiris indiderat, ut nôrunt eruditi. Scopum suum in scribendis Satiris, aperit ipse apud M. Tullium in Academicis: ubi postquam rationem attulit, cur philosophiam lucubrationibus suis illustrandam ex professio non suscepit: *Et tamen, inquit ++, in illis veteribus nostris, quæ, Menippum imitati, non interpretati, quâdam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia, multa dialecticè dicta: quæ quô facilius minus docti intelligerent, jucunditate quâdam ad legendum invitati, .... \* in laudationibus, in ipsis antiquitatum procemiis .... philosophia scribere volumus, si modò consecuti sumus. vitii notam inuissimus postremo colo: est enim non solum depravatum: sed etiam ut videtur † mutilum. hoc autem sine dubio voluit Varro: ita se, cùm Satiras componeret, philologiam philosophiâ temperâsse, ut mixta ex utroque genere scriptio dici potuerit. hoc & Cicero confirmat, quando paullo pòst c. III. his illum verbis compellat: atque ipse varium & elegans omni fere numero poema fecisti: philosophiamque multis locis in-*

++ lib. I. Academ. QQ. c. II. extr.

† Primus, quod ego sciam, Casaubonus hoc in Ciceronis loco lacunam advertit, Turnebus sanè & alii etiam novissimi editores altam silent, nec ipsius hujus Casauboni loci meminerunt.

\* Sic.

*inchoasti: ad impellendum satis, ad docendum parum.* idcirco Fabius Varronem inter eos numerat, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt: componitque cum Empedocle ac Lucretio. Quod autem supra p. 196. dicebamus, non posse nos alium nominare, qui ante Varronem Satiram huiusmodi ediderit: hoc verum est: neque obstat, quod Menippum dicatur Varro esse imitatus, ut modò ipse de se testabatur: hic est Menippus Gadareus \*, qui cynicam impudentiam & ἀδιατρεψίαν, vitam simul ac scriptis expressit: de quibus non omnibus eruditi idem iudicârunt. Strabo utcumque videtur laudare, cùm librò xvi. viros illustres Gadarenos recensens, ita scribit: ἐκ τῶν Γαδάρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. Diogenes Laërtius & Menippum & scripta illius penitus damnat: idque iis verbis, ut jure existimes Strabonem, & alios, qui σποδογελοῖον vocabant, voluisse confutare: φέρει μὲν εὖν, αἶτ, † σπουδαῖον οὐδέν. τὰ

\* Stephan. in Γάδαρσιν Strabonem sequutus; Γάδαρσιν, inquit, πόλις καὶ ἄλλης Συρίας, ἣ τις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύχεια ἐκλήθη· τὸ ἰδιὸν Γαδάρειος· Καὶ Γαδάρεις, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα. ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος· id est. Gadara, urbs cava Syria, quae etiam Antiochia & Seleucia dicta est. Gentile Gadurensis: & Gadaris de muliere & regione usurpatur. Inde originem habuit Menippus, seria jocosè solitus exprimere.

† lib. vi. c. xcix.

τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει  
καὶ τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου, τοῦ κατ' αὐτὸν γινο-  
μένου. Meleager cui Menippum comparat  
Laërtius, & ipse professione cynicus fuit,  
tam moribus quàm genere scribendi illi com-  
par. ac fortassè apud Strabonem eò, quem  
modò attulimus locò, numerò multitudinis  
scribendum, οἱ σπουδογαστοῖς. nihil enim si-  
milis duobus hisce Gadarenis. utrumque  
non semel Athenæus citat: ex quo etiam  
cognoscimus, inter alia scripta Symposium  
ab utroque \* horum fuisse editum. Menip-  
pum

\* Menippi Cynici Συμπόσιον citat Athenæus, lib.  
xiv. c. vii. Meleagri Cynici Συμπόσιον adducit idem,  
lib. xi. c. xiv. p. 247. his verbis: Καὶ Μελέαγρος δὲ  
ὁ Κυνικός ἐν τῷ Συμπόσιῳ οὕτως γράφει· Ægid. Me-  
nagius, Observ. in adductum Laërtii locum, p. m.  
266. b. edit. opt. Amstelæd. cl. Ioc. viiic. Vossius,  
inquit, in libr. iiii. de Historic. Græc. p. m. 388. Me-  
nippum Cynicum diversum facit à Gadarensi qui σπουδογέ-  
λατος dicitur Straboni & Stephano, nos eundem esse existi-  
mamus. Idem & Casaubono & Jonstio videbatur. At  
Jonstius non de Menippo, sed de Meleagro loquitur.  
Gesnerus, inquit, lib. iv. de Scriptorib. Historiæ Phi-  
losophicæ p. m. 339. Biblioth. Meleagrum Cynicum  
& Meleagrum Gadarensem distingvit. Verum Meleagrum  
Gadarenum Cynicum fuisse docet Nicium Scortum istud quod  
Cynulcum illum Carneum Megarensem & reliquos Cynicos  
Deipnosophistas apud Athenæum iv, 14. ita alloquitur:  
ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδάρευς ἐν ταῖς χάρισιν  
ἐπεγεγραφομέναις ἔφη τὸν Ὀμηροῦ Σῦρον ὄντα τὸ γένος καὶ  
τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς ἀρχαίους δα-  
ψιλείας πορρῆς οὐσης καὶ τὸν Εὐχάρστον. ἢ μόνον αὐ-  
γινται

pum quanti Varro fecerit re non verbis ostendit :

γνωσε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον λικίδου καὶ φακῆς σύγκρισιν. i. e. Avus vester Meleager Gadarensis in opere quod Grantias vocavit, antiquos heroas piscibus abstinuisset more patrio finxisse, cum eorum magna copia in Helle-sponto sit : an verò ejus opus, tantum legistis, quod lentis & leguminum comparationem continet. *Meleager itaque hic Gadarensis Cynicus fuit : quem propter verba citata interpretibus Homeri annumerare nolim cum Gesnero Bibl. Meleagrum Græcum authorem volumen singulare scripsisse lecitithi & phaces comparationem continens ex Hermolao refert idem Gesnerus ibidem. verum Hermolaus Meleagri non meminit, & pro Hermolao rectius Athenaus substituitur, ut vidimus. Hæc Jonsius. Ceterum Meleager nobilis Poëta, cujus Στέφανος, (auctore Lucæ Holsteniò in p. 77. b. edit. Lugdun. Batav. m. dc. xcii. in fol. Notar. & Castigation. in Stephanum de Urbib.) sive Antiqua Epigrammatum Collectio in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini exstat, in principio istius operis describitur :*

Ὁ Μελέαγρος Γκαδάρησις ἦν τὸ γένος

Σύρος, ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ ἡλικίᾳ.

Idemque duo pulcherrima Epigrammata testantur, quæ in eodem opere exstant : quæ quoniam adhuc inedita sunt, quantum quidem nobis innotuit, publicare hic non gravabimur. Sunt autem hęc titulò :

Εἰς τοὺς σοφὸν Μελέαγρον τὸν τοὺς στιφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πληξάντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτεος τοῦ Γαδάρητος.

Εὐκράτεω Μελέαγρον ἔχω, ξένη, τὸν σὺν ἔρωτι

Καὶ Μούσαις κεράσαντ' ἠδυλόγους χάριτας.

Πρῶτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλιν ἔπλετο πάτερ,

Ἡ' ἰδρωσιν δ' ἱερὰ δεξιμήνη με Τύρος.

Εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔδην καὶ διὰ θρηψαμένη Κῷς

Κ' ἀμειδίῃ Μερόπων ἀστὸν ἰγροπέφει.

Μοῦσαι δ' εἰν ὀλίγοις με τὸν Εὐκράτεω Μελέαγρον

Παῖδα μεληϊοῖς ἠγλαῖσαν χάρισιν.

N 5

Hiscce

dit : cū imitationem illius suam, titulō ipsō professus est : nam Satiras suas appellavit Menippeas. A. Gellius, lib. II. c. XVIII. *Servus Menippus fuit, cujus libros M. Varro in Satiris emulatus est : quas alii cynicas, ipse appellat Menippeas*, posterior appellatio frequens apud Grammaticos : cynicas verò nuncupat Probus, in iis, quæ scripsit in Virgilium. Sed & ipse Varro ab imitatione Menippi, vel accivit sibi, vel ab aliis delatum tulit Menippeï cognomen. in quarto Athenæi Larenfis, qui ad Varronem genus suum aliquō modō referebat, sunt verba : μέμνηται τῆς παροιμίας καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ Οὐάργων ὁ Μενίππειος ἐπικαλούμενος. dedit olim istud cognomen minùs peritis historiæ occasionem existimandi, Varronem Menippi fuisse γνώριμον

Hiscē conjungatur alterum Epigramma editum è lib. III. Anthol. c. VI. p. 302. in quo Meleager totam vitam suam explicat & in juvenia se Menippum imitatum proficitur :

Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσαι χάρισιν.

& fortè sic etiam in altero illo, pro Μελητείοις legendum :

--- Μενιππείαις ἠγλαΐταν χάρισιν.

Ostendit quoque patriam suam Græcæ originis civitatem fuisse primò distichò :

Νᾶτος ἐμὲ Θρέπλεια Τύρος, Πάτρα δέ με νεκροῖ

Ἀγῆς ἐν Ἀσσυρίοις ναομένα Γαδάροις.

Vide reliqua.

equon & familiarem, sive discipulum: quos  
 refellit jure Probus in sextam Virgilii eclo-  
 gam: *Varro Menippus non à magistro, cujus*  
*ætas longè præcesserat, nominatus: sed à societate*  
*ingenii, quòd is quoque omnigenò carmine Sati-*  
*ras suas expoliverat.* eruditus hic Grammati-  
 cus, qui sciebat Varronem in Satiris scriben-  
 dis Menippum esse imitatum: persuasit sibi,  
 & Menippum igitur Satiras scripsisse: eas-  
 que pari varietate carminis condidisse, atque  
 Varronem nôrat fecisse. sed erravit Probus  
 mirum in modum. nam Menippi libros quis  
 unqvàm Satiras vocavit? exstant apud Athe-  
 næum & Diogenem multi libellorum Me-  
 nippearum tituli: in quæis nulla profectò Sa-  
 tira nominatur. eqvidem faciliè concedam pa-  
 ri licentiâ Menippum Satirarum scriptorem  
 posse dici, atque Xenophani Satiræ tribuun-  
 tur ab Apuleio: de quo plura capite sequen-  
 te: sed penitus ignorasse Probum genus scri-  
 bendi, quò usus fuerat Menippus, etiam se-  
 quentia probant. non enim composita à se  
 carmina scriptis suis Menippus intexuerat,  
 quod putavit iste criticus: sed aliena è notis-  
 simis poëtis: potissimum autem Homero at-  
 que Euripide, & ceteris tragicis. planè ex-  
 pressit Menippi characterem Lucianus, ini-  
 tiò dialogi illius inter Mortuales, qui *Nervo-*  
*maria* inscribitur. est autem, ut puto, ad  
 imi-



imitationem factus ejus dialogi, quem Menippus ipse Νεκύται, Diogene teste, inscripserat. ibi Menippus inducitur ab ingeniosissimo scriptore animi sensa non aliter quàm versibus tragicorum, aut interdum Homeri exprimens. non dubitabunt autem acuti lectores, id propterea factum à Luciano, ut stylum Menippi exprimeret simul ac traduceret. est enim hæc alienorum versuum usurpatio, cùm caret modò, & non ad probationem rei alicujus afferuntur: sed ad mentem animi exprimendam: non tam jocosa quàm ridicula. turpe enim est centonibus loqui, nec sine curione, quæ velis, posse dicere. denique ut in operibus sapientissima Natura, omnia ἀλόκοτα & mixta ex diversis generibus averfatur atque abominatur: sic & ὁ κατὰ φύσιν λόγος simplex est & μονοειδής: à qua naturæ lege in totum recedere numquàm sibi permittet sapiens. ridentibus aut iridentibus potius convenit hæc lascivia. quare etiam Græci παρωδεῖν, pro irridere & convitiari posuerunt. Julianus in Saturnali-  
bus aut Symposio: sic enim in veteribus codicibus is liber inscribitur, non Cæsares: πέφυκα γὰρ οὔτε σκώπτειν, οὔτε παρωδεῖν, οὔτε γελοιάζειν. Græcis παρωδεῖν dicitur quicumque in alienam sententiam detorquet poetæ alicujus verba. hoc verò quia plurimum

mum fieri solitum ab eo genere scriptorum quibus & homines & res humanas irridere fuit propositum, ut Mimis, & ei, de quo loquimur, Menippo: propterea angustius ea vox coepit usurpari, eam quam indicavimus notione. Diogenes in Bione: c. LII. εὐφυής ἦν καὶ παρωδῆσαι. οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα. Ω πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενὲς, ὀλβιότυφε. Τῆς ὑπαίτης ἐριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν. & ita παρωδὸς sæpe & παρωδία pro irrisore & irrisu. Longè igitur diversa fuit ratio poetæ in Satiris Varronis, & Menippi dialogis vel epistolis. quum Græcus hic meras parodias ex alienis versibus contexuerit: quam ob causam nemo unquam veterum inter poetas eum numeravit. Varro contra pulcherrimis carminibus, quæ ipse composuerat, Satiras suas consperferit: quas propterea M. Tullius loc. cit. *poëma* nominat, & quidem *varium atque elegans*. Ex his sequitur, Menippeas à Varrone fuisse dictas Satiras suas, non quia prosam cum versu eodem modò miscuerint: sed propter simile quoddam iucunditatis temperamentum, in materia non dissimili: ut non abs re utrumque hunc auctorem *σπονδογελοῖον*, & scripta amborum, philosophiam ludentem, sit aliquis nuncupaturus. hoc amplius etiam illud sequitur: Satiræ Varronianæ auctorem facere Menippum:

pum: hoc verò esse, certò delirare, & in antiquitatis Græcæ Latinæque cognitione puerum se ostendere. E Græcis scriptoribus qvi Menippum sunt secuti nullus hodie superest, qvi ad characterem dicendi illi usurpatum satis ἐπισήμως accedat nisi qvò videntur Juliani Κρόνια five Symposium, qvò priores omneis Cæsares irrisit, Menippeum aliquid sapere. orationis corpus profaicum: sed cui multi sint versus inserti, plerumque alieni: interdum tamen & proprii. Lucianum à Menippo non pauca esse mutuatum, & in multis æmulatum fuisse non dubito: sed facies orationis tota diversa. qvin ipse gloriatur, novum scribendi genus se invenisse: ac sub comica jocositate gravitatem philosophicam occuluisse: καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἀρρενὶ ἐγκάταμιξαι. Inter Romanos verò scriptores multi fuerunt, qvi Varronis exemplò utramque facundiam in eodem argumento ac scripto exercerent. Liber Senecæ, qvò in mortuum Claudium venustissimè invehitur, quid aliud est, nisi Satira partim Menippi, partim Varronis stilò scripta? inest pedestris oratio: inest & metrò vehens: eaque interdum ritu παρωδίας aliunde accepta: interdum nata ibidem, atque eâ fine scripta, ut eò inferciretur. Satiram tamen librum illum non appellavit Seneca: titulum jam vul-

vulgatum, ut puto, aspernatus, utique præ illo altero, qui novitate suâ vel solâ poterat lectorem allicere. & est ferè mos hic scriptorum, titulum *γενικόν* aliô mutare, qui susceptæ materiæ sit proprius. Petronius Arbiter cur opusculum suum, quô Neronis & aliorum procerum flagitia horrenda, non minore flagitiô publicavit, Satiricum potiùs, quàm Satiram inscribere maluerit, frustra fortassè quæsierimus: neque est tanti: de quo tamen aliquid capite quartô erit nobis dicendum. Martianus Capella libros suos eruditionis multijugæ, quibus orbem disciplinam liberalium est complexus, Satiram semper nominat: non ut vulgo inscribuntur Satiricum. de hoc etiam inferiùs nonnihil necessariò attingemus: poterat in hoc album ascribi & Boëtius: qui libris illis, quibus suos gravissimos atque æquissimos dolores ipse sibi divinitus levavit: sanctioris philosophiæ gravitatem asperiores elegantiorum Musarum amœnitate foelicissimè temperavit. in quo Varronem esse illum æmulatum, paret ex ante dictis: sed judiciô fecit vir sapientissimus, cum festiviorem titulum impuritate priorum scriptorum, qui illum usurpant, contaminatum, à libellis suis rejecit.

CA-

## CAPUT III.

DE SATIRA LUCILIANA : quomodo Lucilius ejus inventor. qvt differat ab Enniana. varia metra apud Lucilium. materia hujus Satiræ : imitatio prisca comœdia in libertate maledicendi. Stilus populo accommodatus pedestre eloqvium. Sermo & Sermocinari de comicis. Græca mixta Latinis à Lucilio. Error Isidori, qvi Satiram facit speciem comœdiæ. quomodo tota Romana. Error eorum, qvi Satiram cum Satyrice confundunt. qvid differunt? Similitudo Satiræ cum Sillis. Timonis Silli. Et Xenophanis. locus Apulei correctus. Recensus poetarum qvi post Lucilium Satiras scripserunt : & de titulis Satirarum Horatianarum nonnulla. item aliquot locorum emendationes.

**P**ERGAMUS in historia Satiræ Romanæ explicanda : cujus nobilissima species restat adhuc nobis indicta. Naturam hujus & qvid ab Enniana differat, ita declarat Diomedes, col. 482. *Satira est carmen apud Romanos \*\*, non quidem apud Græcos, maledicum, & ad carpenda hominum vitia archæa comœdia caractere compositum : quæ scripserunt Lucilius & Horatius & Persius. Sed olim car-*  
men

\*\* Hæc verba : non quidem apud Græcos in mea Hænoviensi Putschiana non habeo ; sed pro iis nunc quidem maledicum, & ad carpenda &c. Et statim pro Sed olim : lego Et olim ; pro dicebatur, habeo vocabatur, quemadmodum ipse Casaubonus superiore citavit capite.

† Sim-

*men quod ex variis poematibus constabat, Satira dicebatur: quale scripserunt Pacuvius & Ennius.* manifestò separantur his verbis diversæ duæ species Satiræ: quarum nos alteram Ennianam, alteram Lucilianam indigetavimus. nam ut Ennius, quum differentem non parum ab antiquissima & omnium prima Satiram scribere instituisset, Satiræ primus auctor est habitus: ita Lucilius, quum ad carpenda hominum vitia stilum convertisset, coepissetque veteris comœdiæ Atheniensium licentiam in suis poematis usurpare: non ille quidem ἀπλῶς † Satiræ: sed talis Satiræ inventor est celebratus. Horatius \*:

—— est Lucilius ausus

*Primus in hunc operis componere carmina morem:*

*Detrahere & pellem, nitidus qua quisque per ora*

*Cederet, introrsum turpis? ——*

alibi †† de se & Lucilio:

*Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino*

*Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem,*

*Inventore minor. —— ——*

Alii

† Simpliciter.

\* 11. Serm. Sat. 1. v. 62.

†† 1. Serm. Sat. ult. v. 46.

Alii non invenisse, sed primum in Satira excelluisse Lucilium scripserunt. Quintilianus, lib. x. c. i. *Satira tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius.* ex iis quæ modò dicebamus facilis conciliatio. Differentia præcipua Lucilianæ Satiræ ab Enniana, non fuit in genere carminis. etsi enim miscere varia metra in eodem poemate non videtur sic fuisse solitus Lucilius, ut de Ennio antè probavimus: variò tamen metrò usum in Satiris, reliquæ arguunt: ex quibus clarè liquet, non omnes libros Satirarum Lucilii heroicò metrò (quò solò usi Horatius, Persius & Juvenalis,) fuisse compositos: verùm & jambicò, ac fortassè etiam aliò, nonnullos. fuit verò potissimum discrimen in materia & illius tractandæ modo. nam spectavit quidem ad doctrinam morum utraqve hæc Satira: sed Lucilius multò magis quàm Ennius personis adhæsit: & quia plures semper mali quàm boni, in notandis objurgandisque vitiis plurimus fuit. quæ in re quoniam summâ libertate erat usus, nominibus etiam adjectis magnatum & in Rep. potentium: visus dictusque fuit, mutatò genere metri & facie poetæ, priscam Atheniensium comœdiam retulisse. Horatius, lib. i. Sat. iv. v. i. f.

*Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poeta,*  
At-

*Atque alii, quorum comædia prisca virorum  
est:*

*Si quis erat dignus describi, quod malus aut  
fur,*

*Quod mæchus foret, aut sicarius, aut aliqui  
Famosus. multa cum libertate notabant.*

*Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus,  
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus,  
Emuncta naris. ———*

alibi, lib. I. Sermon. Sat. x. v. 14. eisdem  
poëtas Satirarum scriptoribus proponit stu-  
diosè imitandos.

—— *ridiculum acri*

*Fortius & melius magnas plerumque secat res:*

*Illi scripta quibus comædia prisca viris est,*

*Hoc stabant, hoc sunt imitandi.*

idem sibi volunt & hæc Persii, Sat. I. v.  
123.

—— *audaci quicumque afflate Cratino,*

*Iratum Eupolidem pragranti cum sene palles,*

*Aspice & hæc. ———*

nec temerè Diomedes in rudi definitione Sa-  
tiræ hujus verba illa posuit, col 482 edit.  
Hanovienf. M. DC. v. *archæ comædia caracte-  
re compositum.* Græci critici veterem comæ-  
diam Atticam multis notis distinguunt à me-  
dia & nova: sed omnium certissima & mo-  
menti maximi est ἡ ἀγαν καὶ ἀνέματος παρ-  
ρησία: nimia & immoderata libertas maledi-



cendi quibusvis, sive privatis sive magistratibus. Lucilium non multo remissiore priscis illis comicis fuisse cachinnonem: præter fragmenta, quæ id luculentè docent, locuples testis est Persius, Sat. I. v. 114 f.

— *secuit Lucilius urbem,*

*Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis*

idem & Juvenalis, Sat. I. v. 165. Plinius quoque hoc significat, cum Præfat. Hist. Nat: scribit, *primum Lucilium condidisse stili nasum*. Stilus autem Lucilii à comœdiæ loco non alienus; humilis inquam, inaccuratus & populo accommodatus, quam ob causam Horatius, qui Lucilium imitatus, Satiras suas *pedestrem Musam* vocavit, lib. II. Sat. VI. v. 17. *Quid prius illustrem Satiris Musæque pedestri?* aliò locò (lib. I. Epist. IV. v. 1.) *sermones* appellat: *Albi, nostrorum Sermonum candide iudex*. ratio utriusque appellationis eadem: nam ut alibi adnotabamus, in quocumque scribendi genere sponte fulam sine cura orationem, qualis usurpari solet in quotidianis colloquiis, *πεζὸν λόγον*, & *pedestre eloquium* vocabant: cui opponit alicubi Gregorius Nazianzenus, τὸν ὑπεραίροντα λόγον. hic est, qui propriè *sermo* dicitur. Plinius epistolâ v. ad Maximum, librò v. *Jam tres libros absolverat subtileis & diligentes, atque inter*

*inter sermonem historiamque medios.* † ejusmodi est apud comicos dictio: de qua Flaccus, lib. I. Sat. IV. v. 47. -- *nisi quod pede certò Differt sermoni, sermo merus.* inde *sermocinari* propriè tributum comœdis. Apuleius in Floridis, (p. m. 359. edit. Francof. M. DC. XXI. in 8t.) *minus hallucinatur, comœdus sermocinatur, tragœdus vociferatur.* \* ut comœdia sermone constat: ita comœdi actio sermocinatio-

† Idem Plinius, ejusd. libri Ep. VIII. *Habet quidem, inquit, oratio & Historia multa communia, sed plura diversa in his ipsis, quæ communia videntur.* Ubi vide quæ Catanæus notat. *Sermones verò Satyræ dicuntur, quia oratio earum quotidiano sermoni similis,* Hinc Horatius, lib. I. Sat. IV. v. 39. f.

*Primum ego me illorum, dederim quibus esse potestas,  
Excerptam numerò. neque enim concludere versum  
Dixeris esse satis: neque si quis scribat, uti nos,  
Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.  
Ingenium cui sit, cui mens diviniore, atque os  
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.*

Et profectò, quotuscunque, si in epistola aliqua, vel oratione, hæc legat, ea aliud, quàm prorsam existimet? Deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quòd cras surgendum sit mane, obeundus Marciâ. At Horatii sunt eòdem verborum ordine, lib. I. Sat. VI. v. 118.

Hoc præceptum non satis observat Juvenalis: cujus dictio epica: multòque minùs hâc sibi parte cavit Persius; qui grandi scribit stylò. Atqui nihil æquè ornat satyrâ, quàm idea veritatis, & simplicitatis. Cui translationes audaces adversantur.

\* Hinc Horatius, in Arte, v. 234.

*Non ego inornata, & dominantia nomina solùm,*

natione: quam Euclides in Harmonicis vocari ait, συνεχῇ καὶ λογικὴν τῆς φωνῆς ποιότητα. Ad imitationem quotidiani sermonis ac vitæ communis, pertinuit & illud in Lucilii Satiris: quòd Græca non rarò Latinis miscuerat. Horatius, lib. 1. Serm. Sat. x. v. 20.

*At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis  
Miscuit: ô feri studiorum. — —*

ex his quæ hæcenus commemoravimus de natura hujus Satiræ, est intelligere magnâ affinitate jungi poëseos istud genus cum comœdia. quare etiam existère, qui Satiram speciem comœdiæ facerent. Isidorus, librò VIII. *Duo sunt genera comicorum, id est, veteres & novi. Veteres qui & jocò ridiculares exstiterunt, ut Plautus, Actius, Terentius. Novi qui & Satirici, à quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Juvenalis & alii: Hi enim delicta corripiunt: nec vetabatur eis pessimum quemque describere: nec cujuslibet peccata moresque reprehendere. Unde & nudi pinguntur, eò quòd per eos vitia singula denudentur. hæc ille: sed è fæce \*\* haurit bonus*  
Ifi-

*Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo.*  
Ubi clarè ait, Satyræ scriptorem non ornatum sectari, sed verba propria & dominantia.

\*\* Refutat Isidorum quoque Dan. Heinsius de Satyra Horat. lib. 1. p. m. 45. f.

Isidorus, ut sæpe. neque enim verum est, Satiram comœdiæ speciem posse dici: quum genere differant. neque invenias, opinor, aliquem è veteribus criticis, qui Satiram inter species scenicæ aut dramaticæ poëseos retulerit. & omnino aliud est comicos imitari, aliud comœdiam scribere: quod non intellexit, quisquis fuit hujus sententiæ auctor Isidoro. Hæc igitur est idea, hic character Lucilianæ Satiræ: quæ non minùs quàm Enniana Græcorum ingeniis fuit intacta. ideo jure Fabius Quintilianus: *Satira*, inquit, lib. x. c. i. *tota nostra est*. & Diomedes conceptis verbis, locò sub initium hujus capitis adductò: *Satira est carmen apud Romanos, non quidem apud Græcos, maledicum*. Sine caussa viri doctissimi, qui vel in universum de poëtica libros ediderunt, vel peculiareis de Satira commentationes, cum Satyrica Græcorum Romanam Satiram, solâ nominis affinitate inducti, comparârunt: de utraqve enim poësi simul operâque unâ tractant omneis: hanc ab illa ortam docent: atque ut verbò dicam quod res est, Satyricæ Græcæ naturam parum se habuisse notam, hòc pactò ostendunt. cedo enim quæ tanta affinitas inter res genere dissidentes? quippe Satyrica, ut satis superque demonstravimus, tota dramatica: Satira, ut plurimum,

mum, διηγηματική. interdum ex utroque mixta. jam vero quum Satyricæ, τὸ τί ἦν εἶναι & differentia, ut loquuntur, specifica, sit chorus Satyrorum saltantium, & jocos ferentium: quid hujus simile in Satira? Sed nihil verbis opus: nemo enim trium Satiricorum Latinorum Satiras cum Euripidis Cyclope comparabit, quin absurditatem ejus sententiæ statim agnoscat. Non igitur cum illa Græcorum poësi Satira Latina componi debuit: sed cum eorundem † Sillis: quod  
genus

† Sillis] Illud advertendum est, inquit Ludov. Cœl. Rhodiginus, lib. xv. Lætion. Antiqvar. c. xxv. p. m. 578. extr. maledicta cum risu, rectè fillos dici. Erat autem poematis species comici. Qui id persequerentur, sillographi nuncupati. Initium ex HomERICA videtur doctrina propagatum, ubi subsannatur Therſites, convelliturque, qui in principes dicacitatis plurimum exerebat. Sillos optimè fertur scripsisse Xenophanes. Est inde conformatum verbum, σιλλαινειν, eò modò dicaciter ludere. Sed & Silenos hinc corrivari, scribunt Græci: Apud Aelium Dionysium est aliud item verbum σιλοῦν, quod est in contempni & oratione diasyrctica leniter oculos aliò conferre. Timon apud Athenæum dicitur Sillographus, qui museum appellavit etiam Talarum, philosophos qui inibi connutirentur incessens. Est autem talarus ex viminibus, qui contexitur calathus, & in quo coagulatur caseus. veluti alerentur, ut in pagnagro pretiosæ aves. Proprium nomen Sylli, Pythagoræi, ut vult Jonsius de Scriptoris. Histor. Philos. lib. i. c. xiv. p. 75. Epicuræi, contendente Thomâ Reinesio, suspectum in Ciceron. lib. i. de Nat. Deor. c. xxxiv. princip. Petro Victorio, lib. xxiv. Var. Lætion. c. xix. extr. p. m. 295. dictus vindicat à correctorum mani-

genus carminis ex omni Græcorum poësi plurima cum ista Romana Satira communia habere, affirmamus nos. narrativum utrumque, vel certè mixtum: utrumque vehementer in objurgatione: διασυρτικὸν denique utrumque, & plenum cachinnorum: quod & nomen ipsum Sillorum indicat: σιλλοὶ enim παρὰ τὸ σιλλαίνειν dicti, *irridere*, *subsannare*. Ac melius quidem de natura ejus carminis constaret nobis, si exstarent Xenophanis, Timonis †, & aliorum poëtarum Græcorum

manibus Reinesius in III. Var. Lection. lib. c. II. p. 324. f. Quem hîc non memorâssem, nisi vidissem in notis Ciceronis editioni hîc Lugd. Batav. M. DC. XCII. curatæ, subjectis & hoc de Syllo agentibus, Reinesii nullam mentionem fieri.

† *Timonis*] De Apollonide Nicæo hypomnematum aliquot libros in Sillos Timonis scribente, quos Tiberio Cæsari dedicavit, ut ita cognitâ hinc ejus ætate, cum inter incertæ scriptores cum Vossio non amplius referamus, agit eruditè B. Joan. Jonsius, lib. III. de Scriptorib. Historiæ Philos. c. III. p. m. 222. f. Ipso de Timone Ludov. Cælius Rhodiginus, lib. XXI. c. VIII. extr. p. m. 1117. *Taceo, inquit Sillorum opus absinthio conspersum quod Timoni Philosophorum exprefsit irrisio.* Vossius, II. Institut. Poëtic. c. XX. §. 6. p. m. 104. f. *Sillorum Timonis Philiassii libri, inquit, erant tres, in quibus, ut scepticus, dogmaticos omnes ridet: ut pluribus narrat Diogenes Laërtius in ejus vita, c. CX. Ubi & tale Sillorum illius initium fuisse ait:*

Εὔσπερ ἐ νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονες ἐστὶ σοφισταί.

Nunc huc ferte pedem, quævis curæ aliena, sophistæ.

Vixit Timo temporibus regum, Antigoni, & Ptolemæi

rum Silli, quos longa dies abolevit: verum-  
ta-

Philadelphi: ut ex Laërtio, lib. ix. c. cix. in vita Timonis, cognoscimus. Qui tamen cum Latine initiò vita legat, existimare possit claruisse temporibus Tiberii Caesaris, suaque ei dicasse. Sed illud Timon delendum, quia est lemma capitis. Sic igitur caput incipit, Apollonides Nicæus, qui non multò ante nos fuit, in primo de Sillis commentatio, quem misit ad Tiberium Cæsarem, Timonem ait patre Timarchò, genere Phliasium fuisse. Prorsus mentem Laërtii non cepere interpretes. Error ex eo, quia in Græco codice foret, Τίμων Απολλωνίδης: cum scribi debuerit, ΤΙΜΩΝ. Απολλωνίδης. Nam ΤΙΜΩΝ, ut dictum, est lemma capitis. Caputque incipit ab Απολλωνίδης. Hæc Vossius, quæ laudat & adprobat in Observationib. suis in Laërtii locum Ægid. Menagius. ubi & sequentem Vossii locum è 11. de Historic. Græc. c. xiiii. p. m. 224. adducit; Si Laërtii interpreti Ambrosio credimus, etiam reliquit eis τοὺς Σίλλους ὁπομνήμαζε, i. e. Commentaria in Sillos; quorum primum librum citet ipse in vita Timonis. Sed omnino interpres mentem Laërtii affecutus non est. Nam non se, sed Timonem Apollonidem, ait commentarios eos scripsisse: di- & quæ Tiberio Cæsari. At inter Tiberium, & Antoninum Pium, sub quo Laërtius vixit, integrum seculum est. Atque ideo addit de Timone, seu Simone hoc, ὁ παρ' ἡμῶν, ubi malim, ὁ πρὸ ἡμῶν, hoc est, qui antecessit seculum nostrum. Nempe propius, quàm alter Timo Philosophus: qui cognitus fuit Antigono regi, & Philadelpho, æqualis Arati poëtæ; à quo rogatus, quæ Homeri exemplaria optima forent, respondit, ea esse emendatissima, quæ minimè essent emendata. In de Poëtis Græcis c. viii. p. 62. idem Vossius: Philadelphi, inquit, temporibus erat Timon Phliasius, Poëta Physicus secta Pyrrhoniæ, diversus omnino ab illo μισανθρόπῳ, qui Peloponnesiaci belli temporibus vixit. At hic Phliasius carus fuit Antigono Gonatæ: qui quartò Philadelphi annò regnare cæpit, atque annis xxxv. Imperium tenuit. Scripsit  
hexa-

tamen etiam è pauculis versibus, qui ad nos pervenerunt è Timonis præsertim Sillis, facile id quod diximus potest probari. annon enim Lucilianæ Satiræ aliquam auram afflare videntur ista, in genus universum philosophorum dicta?

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλέγχεα, γαστέρες  
οἶον,

Ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεισχομάχων πεπλόνη-  
σθε,

Ἄνθρωποι, κενεὴς οἰήσιος ἔμπλεοι ἄσκοι;  
quid illa, de philosophis qui in Museo Alexandriæ alebantur?

Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ  
Βιβλιακοὶ χαρακῖται, ἀπείριτα θηριώοντες  
Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

Satirica etiam hæc de Platone:

Τῶν πάντων δὲ ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ'  
ἀγορητὴς

Ἡδυπεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφος· οἷ' Ἐκαδήμου  
Δένδρεϊ ἐφεζόμενοι ὅπα λειριόεσαν ἰᾶσι.

ista verò etiam ad comicam lasciviam accedunt:

Ως

hexametra, Tragedias LX, Comedias XXX, Satyras, Sillorum libros III, & Cinados. Περὶ τῶν Τίμωνος Σίλλων, de Timonis Sillis scripsit Sotion: ut videre est ex Athenai XII. Credo, opere eò occurrere voluisse convitiis, quibus Philosophos impetierat. Satis hoc inde verisimile est, quod idem Sotion etiam scripserat τὰς διαδοχάς: sive de Philosophorum successionibus: ut ostensum operis de Historicis Græcis lib. II. c. VII. Fragmenta quædam ejus in Poësi Philosophica exhibet Henr. Stephanus.



Ὡς ἀνέπλασσε Πλάτων, πέπλασμένα θαύματα εἰδώς.

quibus simile est alibi de Cleanthe Affio:

— ἐπέων φίλος Ασσίος, ὄλμος ἄτολμος.

ne hæc quidem à comœdiâ longè absunt de Zenone Stoicæ sectæ conditore.

Καὶ Φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν σκιερῶ ἐνὶ τύφῳ  
Πάντων ἰμείρουσαν· ὃ δὲ ἔρρει γύργαθος αὐ-  
τῆς.

Μικρὸς ἐὼν, νοῦν δὲ εἶχεν ἐλάσσονα σκινδα-  
ψοῦ.

de Zenonis autem discipulis sic idem, fordes illis objiciens, ut Socrati comicus:

Ὁφρα πενεστάων σύναγεν νέφος, οἱ περὶ πάντων

Πτωχότατοί τ' ἦσαν, καὶ κουφότατοι βροτοὶ  
ἀστῶν.

testatur Diogenes, lib. ix. c. cxii. Sillos auspicatum esse Timonem ab hoc versu:

Ἐσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές εστε σοφισταί.

in quo etsi Homericæ imitationis, quæ passim expressissimè apparet, vestigia agnosco: numquàm tamen eum versum lego, quin hujus veniat in mentem à quo Satiram iv. orditur Juvenalis: *Ecce iterum Crispinus adest mihi sæpe vocandus Ad parteis.* Xenophanis Silli adversus Homerum & Hesiodum maximè fuere compositi: quos graviter hic sapiens accusa-

cusabat, quod stultis de deorum natura persuasionibus hominum mentes vulgò implēscent. Diogenes Laërtius, lib. ix. c. xviii. extr. γέγραφε καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καὶ Ἡσιόδου καὶ Ομήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. ex hoc Laërtii testimonio cognoscimus, Xenophanem ad Sillos accommodasse non solum heroicis versus & jambicos, quibus usus & Lucilius: sed etiam elegiacos. nam quæ ipse vocat ἔπη, ἐλεγείας & ἰάμβους à metri genere: alii melius ab eorum argumento Sillos nominant. Strabo, librò xiv. Ξενοφάνης ὁ φυσικὸς ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων. Eustathius in secundam rhapsodiam \*\*: οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθα †, ὅτι οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε Σίλλους, ἐν οἷς εὐδοκίμησεν \*. ἀλλὰ καὶ τούτου τοῦ εἶδους πρῶτος κατήρξεν Ὀμηρος ††. meminere Sillorum Xenophanis persæpe Græci patres in iis quæ adversus gentium errores disputârunt: multa & Sextus Empiricus ex iisdem contra philosophos affert: quæ

\*\* p. 204. edit. Roman.

† leg. ἐνταῦθα

\* Perperam in Romana, editione est εὐδοκίμησεν.

†† i. e. Veteres inde adnotârunt non Xenophanem solum fecisse Sillos, quibus aliorum censuram exercet: sed primum hoc Poësis genus cepisse Homerum. Puta cùm Thersitem describit, vel is Reges ridet.

\* Xe-

quæ pridem excerpfit ac publicâ luce donavit Henricus Stephanus. Apulejus in Floridis, (p. m. 363.) *Canit Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates Satiras. Lego, Xenophanes \* Satiras.* nam etsi non ignoramus Xenocratem poësim moralem edidisse, de qua intellexit Laërtius, cum dixit reliquisse eum ἐπη καὶ παραινέσεις: Sillos tamen ab eo fuisse compositos nusquam legere memini: atqui nullum dubium Satiras ab eruditissimo scriptore ἀναλόγως vocari τοὺς σιλλοὺς: non quia Græci unquam Xenophanis illa poëmata Σατυρικά vocaverint: quod nec factum est à quoquam, nec fieri potuit: sed propter illam, quam in utroque genere observabamus, similitudinem: Porro Lucilii Satiras multi deinceps sunt æmulati,

\* *Xenophanes*] Ita legit etiam Wowerus è Laërtio, ut in emendationib. ad istum Appuleji locum, p. m. 389. observat Geverh. Elmenhorstius. Ægid. Menagius in Observat. ad Diogen. Laërtii lib. ix. c. xx. extr. p. m. 401. a. edit. Amstelæd. c1010cvi11c. in 4to. Fuit, inquit, & alius Xenophanes: Heracleopolites scil. de quo Fulgentius, lib. i. *Mythologicon*. At doctiss. Thomas Munckerus in edit. Amstelod. c1010c lxxx1. in 8t. c. xiv. p. m. 47. Fulgentii habet *Zenophanes*, notatque ita esse in MS. Leid. sed sex edd. habere *Leophantes*. Fortè verius est, addit, *Xenophanes*, vel *Xenophantus*; quod ultimum, utut sit de ceteris, mihi planè non est verisimile.

lati, non sine aliqua ejus carminis immutatione: quod ut paucis indicemus, breviter heic, servatô quantum poterit ordine temporum, poëtarum plerorumque nomina recensēbimus, qui pōst Lucilium Satiras scripsisse comperiuntur. Primus à morte Lucilii insignem in Satira laudem est adeptus Horatius: non quia defuerunt, qui mediô tempore, quod est annorum circiter LXXXII. Satiras scriberent: sed quia voluntas illorum potiùs est laudata, quàm facultas. in his numerandus VARRO ATACINUS, cum aliis nonnullis, quorum nomina fama obscura recondit. horum conatus in Satira scribenda sine effectû, testis ipse Flaccus, iis versibus quos suprà hōc ipsō capite retulimus. distat natalis hujus à natali Lucilii, si Hieronymi sive Eusebii Chtonicon sequimur, annis plus minus LXIV. quô temporis intervallô fermè dimidiatô, natum Varronem alterum, de quo superiore capite, in eodem Chronico legimus. circa eadem fermè tempora floruit Romæ ille Grammaticus, SÆVIUS NICANOR, de quo scribit Svetonius, de Illustrib. Grammat. c. v. *Fecit præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur; & Satiram quoque: in qua libertinum se, ac duplici cognomine, per hoc indicat:*

Sa-

*Saviu' Nicanor Marci libertu' negabit :*

*Saviu' Postumianus idem sed Marcu' docebit.*

hic subjiciendus ex ejusdem testimonio LENÆUS † ille est Pompeji Magni libertus, & pene omnium expeditionum comes: de quo sic Tranquillus, de Illustr. Grammat. c. xv. *Ac tantò amore erga memoritum patroni existit, ut Sallustium historicum, quod eum oris improbi, animò inverecundò scripsisset, acerbissima Satirâ laceraverit: lastaurum & lurconem, & nebulonem popinonemque appellans: & vitâ scriptisque monstrosam: præterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem. Hos secutus est HORATIUS FLACCUS, unicò inventionis laude Luciliò minor in Satira: ce-*  
te-

† *Lenæu*] Hunc inter primos fuisse, qui apud Romanos de Re Medica quædam scriptis mandaverint, auctor est Plinius, lib. xxv. c. ii. *Antea, inquit, condiderat solus apud nos, quod equevidem inveni, Pompejus Lenæus, Magni Libertus; quò primùm hanc scientiam ad nostros pervenisse, animadverto. Et post paullò; Pompejus autem omni regiâ prædâ potitus, transferre ea sermone nostrò Libertum suum Lenæum, Grammaticæ artis doctissimum, jussit: vitæque ita profuit non minùs, quam reipubl. victoria illa. Idem Plinius, lib. xv. c. xxx. de lauro agens: Pompejus Lenæus, inquit, adjecit quam mustaceam adpellavit, quoniam mustaceis subiceretur. Meminit & Gellius in xvii. c. xvi. princip. Anates Ponticas dicitur edundis vulgò venenis viciitare. scriptum etiam à Lenæo Cn. Pompeji liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicinæ rei & remedium id genus sollertem fuisse.*

\* i. e.

teris rebus omnibus ipsô melior & potior. nam & seculô politiore natus, & ad id genus carminis ingenio naturâque fuit aptissimus. dicacem enim & urbanum hominem atque εὐθικτον \* Satira desiderat : qualem fuisse Horatium & vita & scripta manifestissime arguunt. Hic acceptam à Lucilio Satiram, partim seculi vitiô, partim incuriâ poëtæ horridiusculam, politiolem fecit: convitia illius asperiora in sales & jocos γλυκυπικρους †† mutavit: Græca verba ab hoc carmine exclusit: Satiramque heroico versui propriam asseruit, spretis metris aliis. in quo judicium illius alii poëtæ confirmârunt qui ad Satiras scribendas animum postea apulerunt. Heic verò observandum, quod tot immanium in Horatium Commentationum scriptores video fugisse: Flacci Satiras duorum generum esse inter se diversorum. nam aliæ sunt ἐλεγκτικαί, & ad notandos, ri-

\* i. e. *Tractabilem*, ut exponit Lexicon Græco-Latin. vetus in calce quorundam Cyrilli scriptorum inventum. In Cornel. Schrevelii Lexic. sexta & opt. editione, vocabulorum octo quasi millibus locupletata à Josepho Hill & Cantabrigiæ M. DC. LXXV. in 8t. curata, quod addere necessarium, cum in Hackianis editionib. non reperiatur, vox εὐθικτος, ου, ο, η, ταχτι facili, redditur; item facetus, dicax; à δίγω, tango. Notent istam editionem Scholastici & Studiosi, ut miris modis Hackianis editionibus præstantem.

†† *συνάμαρος*.

P

† Ili-

ridendos, interdum & acriùs increpandos † vitiosos compositæ: aliæ ad præcipiendum de virtute, & ejus amorem insinuandum, διδακτικαί, non autem ἐλεγκτικαί. Libri duo, quos vulgò hodie Satirarum, veteres Sermonum titulò semper inscribunt, prioris generis sunt: in quibus nullam temere eclogam (cum antiquis loquimur: quos reprehendunt perperam hodierni critici.) invenias, Satirici aceti ab omni parte expertem. Epistolæ, ad posteriorem quam diximus speciem pertinent. ibi præcepta virtutis plerumque nuda congeruntur: interdum amicis sermonibus inferuntur. multa etiam in illis de poëtices studiis eruditè Flaccus disputat, magis docendi, quam reprehendendi cujusquam gratiâ. sic & Lucilius in Satiris suis non solum ἠθικά tractaverat: solennem & vulgatissimam hujus poëseos materiam: quam quidem ob causam poëtas Satirarum ætas seqvior ethicos \* vocavit: ut passim Jo-

† Isidorus in VIII. Origin. c. VII. eò Satyros pingi nudos, censere videtur, quia à Satyris vitia hominum demittuntur. Quare & non satis magnificè Satyrica de Poësi sensisse videtur Joannes de Pineda Hispalensis Jesuita, cum in III. Regum c. XII. ubi de Salomonis sapientia agit, Poësin ait Satyricam non valde vitæ necessariam aut utilem esse.

\* Confer Dan. Heinsium, de Satyra Horat. lib. I. p. 48.

Joannes Saresberienſis: ſed etiam de Poëtica, de Rhetorica, & de Grammatica ac vi literarum adfatim diſſeruerat: quod hodieque fragmenta oſtendunt. Eſt invenire & *eſtatianæ*, aut aliò communi argumentò ſcriptas, Horatii epiſtolarum aliquas: cujus rei exemplum à poëſeos illius patre poſteris fuiſſe relictum non dubito. Ferendi non ſunt, qui Epiſtolarum libros Satirarum appellatione ac numero cenſent excludendas. quid? nonne & Lucilius epiſtolarum formâ Satiras quaſdam ſcripſerat? epiſtola certè fuit, unde hæc profert Nonius:

— *ſalutem fictis verſibus Lucilius,*

*Quibus poteſt impertit, totumque hoc ſtudioſè  
& ſedulo.*

epiſtolæ etiam ſunt, quas maximus ille Horatii imitator Perſius ad Plotium Macrinum, Annæum Cornutum, & Cæſium Baſſum miſit. at laudat Auguſtum & alios amicos in Epiſtolis Horatius: quod argumentum Satiræ non convenit. imo verò quàm optimè convenit, & appellationi Satiræ: ut poſteà evincemus: & formæ ejus carminis, quam illi primus auctor & inventor dederat. Lucilium enim in ſuis Satiris non ſemper malos lacerâſſe, verùm & bonos interdum laudâſſe, credamus Trebatio apud Horatium, lib. II. Sat. I. v. 16. ſic dicenti:

P 2

At-



*Attamen & iustum poteras & scribere fortem*

*Scipiadam ut sapiens Lucilius. —*

ubi Horatius se quoque Augusti laudes Sermonibus suis intexturum recipit. atque ita fecit, maximè epistolâ primâ libri secundi. quæ si propterea definit Satira esse: age, de numero Persianarum quinta tollatur: cujus parte maximâ Cornuti præceptoris encomium pius discipulus est persecutus. De Satiris igitur Horatii ita statuendum cum veteribus criticis. utrumque opusculum & Satiras & Sermones continet. priorem titulum ut ex æquo communem utrique rarò critici usurpant: distingvere enim diversitate appellationum duo illa *σώματα* voluere: quum ab ipso poëta constaret separatim fuisse edita. SERMONUM *ἐπιγράφη* etiam epistolis Horatius ipse tribuit: *Albi nostrorum Sermonum candide iudex*: quia tamen sermones illi ad amicos absentes missi, proprium à re nomen, Epistolarum nempe, habebant: impositò his Epistolarum titulò, altera inscriptio quasi propria libro priori facta est. ita semper laudat Priscianus, & antiqui alii critici: ita & vetustissimi quique manuscripti, quales ipsi multos partim è regia bibliotheca, partim aliunde, vidimus consulimusque. Æqualis vixit Horatio JULIUS FLO-

FLORUS †. de hoc Porphyrio ad eclogam  
 'III. primi Epistolarum: *Hic Florus fuit Sa-*  
*tirarum scriptor: cujus sunt electa, (fortè, sub-*  
*lecta) ex Ennio, Lucilio, Varrone.* *ἐρωτικά* po-  
 tiùs scripſiſſe conjicias ex verbis Flacci; loc.  
 cit. v. 24.

— *ſeu condis amabile carmen,*

*Prima feres edera victricis premia. —*

Nobiliffimi omnium qui poſt Flaccum in eo  
 genere ſcribendi ſe exercuerunt, exſtitère  
 PERSIUS & JUVENALIS. de quibus plu-  
 ra heic erant dicenda, & treis iſti præſtan-  
 tiſſimi poëtæ inter ſe comparandi: niſi jam  
 antè in editione Perſii \* noſtrum ea de re  
 judicium abundè expoſuiſſemus. Illâ ætatè  
 & alii exſtiterunt quam plurimi Satirarum  
 poëtæ. JULIUS RUFUS ††. Martialis li-  
 brô decimô diſtichon habet, figuræ Socra-  
 tis ſubjectum, quô gravitatem hujus in Sa-  
 tiris vehementer laudat. ait enim, Epigr.  
 XCIX.

*Si Romana forent hac Socratis ora, fuiſſent*

*Fu-*

† Scripſit ad hunc Horatius Epistolam III. libr. I.  
 & Epistol. II. libr. II.

\* Optima Londini prodiit annô elc Ioc XLVII. in  
 St. vide quæ dico in parte Animadverſionum III. c.  
 I. §. VI. p. 15. f.

†† *Rufus*] Virum hunc inluſtrem fuiſſe & doctum,  
 intelligimus è Plinio, qui ipſi Epistolam XXI. lib. v.  
 & Epist. XXV. lib. VII. inſcripſit.

P 3

† Ex-

*Julius in Satiris qualia Rufus habet.*

Celebris tum fuit pari laude & TURNUS: JUVENALIS, Sat. I. 20. *Per quem magnas equos Aurunca flexit alumnus.* hunc versum de Lucilio accipi debere, nemo jam ignorat. scholiastes tamen aliorum referens, ita notat: *Turnum dicit Scava Memoris tragici poeta fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione proventus est. potens in aula Vespasianorum Titi & Domitiani. idem paullò post, ad v. 71. Locustam ex Gallis matronam veneficam Nero exhibuit † ad se, propter venena conficienda: quoniam magna fama erat: & in familiaritate habuit: ut etiam eum doceret venena miscere. Inde ait Turnus in Satira:*

\* *Ex qua Cesareus soboles horrida Locusta*

\* *Occidit cura sui verna nota Neronis.*

Lego:

*Ex quo Cesareus soboles homicida Locusta*

*Occidit: curaque veneni admota Neroni est.*

prior versus est de cæde Britannici notissima: posteriore hoc significat: sicut alii principes in ministerio suo habuerunt quos  
VO-

† *Exhibuit ad se* ] Ita Pithæus quoque edidit: At Leid. ed. apud Cl. Thom. Munckerum in not. ad lib. I. Fulgentii Mythologic. p. m. 6. a. habet: *exhibuit μεταπέμψασθαι ad se.* Dele το μεταπέμψασθαι, & scribe *exhibuit ad se.* Voluit Glossator aliquis indicare, quid hic esset excire, videlicet *μεταπέμψασθαι*.

† *Eum*

vocabant, verbi gratiâ, à *cura amicorum*: aut, à *cura auri escarii*: sic Locustam fuisse à cura venenorum Neroni. sic in inscriptionibus: à *cura catella Livia Aug.* emendationem confirmant verba interpretis. Martialis, lib. XI. Epigr. XI.

*Contulit ad Satiras ingentia pectora Turnus.*

*Cur non ad Memoris carmina? frater erat* †. meminit & Ruilius in Itinerario: cujus verba mox adferemus. LENIUS nescio quis, ibidem à Juvenalis interprete nominatur. subdit enim modò positis, Sat. I. v. 20. *vel Lenium dicit, qui & ipse Satiras scripsit.* an scribendum *Lenius*? estque hic ille Satirarum poëta quem antea, p. 224. commemoravimus? nominatur ibidem & SILIUS quidam: qui non est Silius Italicus: Auruncanum enim vult fuisse, & hunc & duos priores. Ait: *vel Silium, & ipsum sui temporis Satiricum.* *qui omnes ex Aurunca fuerunt.* TUCCAM edet Martialis, velut ineptum Satirarum scriptorem, librò XII. Epigr. xcvi. v. 7. *Tentamus Satiras: Lucilius esse laboras.* qui versus si serio scriptus à Martiali, ne ipse quidem ab hoc

† Eundem memorat idem Martialis, in VII. Epigr. xcvi. 7.

*Nam me diligit ille, proximumque.*

*Turna nobilibus leget libellis.*

Confer Vossium, de Poëtis Latinis, c. III. p. 42.

hoc choro excludendus. M. CORNUTUS \*.  
Ful-

\* Hic est *Annaeus Cornutus*, inquit noster *Casaubonus* in *Commentar. in v. Persii Satyr. p. m. 356. f.* *Stoicus Philosophus*, quem à *Nerone* propter liberio-rem de ejus carminibus vocem multatum exiliò referunt *Dio*, & *Eusebius* in *Chronico*. multa de hoc falsa & inepta *Suidas*, cui fidem habere caveant tirones. ex *Persio* discimus professum esse *Romæ philosophiam Stoicam*: & juventuti ad sapientiæ studium magisteriò suò prævisse. Multa eum in philosophicis scripsisse, conjicimus ex *Hieronimi* ad *Augustinum* oratorem epistola: putamus enim hunc esse *Cornutum illum*, ex quo multa *Origenes* in *Stromateas* suos transtulisse dicitur. Fuisse verò non solum philosophiæ cognitione clarum, sed & aliis studiis, historia arguit quam *Dio* narrat, de adhibito illo à *Nerone* in consilium super instituto carmine de rebus gestis *Rom.* nam *Neronem* ab omni philosophia fuisse alienum constat: neque verò causa quicquam erat, cur de pangendis versibus *Stoicus* consuleretur: nisi etiam eruditionis laude & disciplinis humanioribus exultus fuisset *Cornutus*. quare *Dio* illum ait ἐπὶ παιδείᾳ εὐδοκίμησαι τότε: (eruditionis opinione claruisse) non autem ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. cum igitur in utroque genere excelluerit *Cornutius*: quaestio est, idemne hic an alius ab hoc diversus fuerit *Annaeus* ille *Cornutus grammaticus*, quem in *Virgilium* & alios poetas commentarios edidisse constat, & paullo ante *Gellii* memoriam *Romæ grammaticam* esse professum. de hoc igitur studiosi quaerant amplius: nobis quidem non videtur. Multa quoque *Porphyrius* in *Εισαγωγῇ* in *Categorias* de *Cornuto* quodam: ubi inter alia *Cornutum* scripsisse τὰς ἰστορίας τέχνας & γραφὴν πρὸς Ἀθηνόδωρον *Stoicum*, auctor est. De hoc quoque quis ille fuerit cogitemus. Hæc *Casaubonus*. *Ger. Jo. Vossius* de *Poëtis Latin. c. III. p. m. 43.* In deperditis, inquit, est *Poëtis Annaeus Cornutus*, *Persii* *Præceptor*, qui *Claudii* & *Neronis* tempore fuit. Vetus vita *Persii*: quæ ex *Svetonio* de *Claris Poëtis* desumpta: *Cornutus* illò tempore *Tragicus* fuit, sectæ *Poëticæ*.  
ubi

## Fulgentius † Planciades De prisco sermone.

*Ubi sine dubio Stoicæ scribendum.* At in omnibus meis reperio *Stoicæ*, in nullo verò, quem quidem ego habeo, codice *Poëtica*. Imò ipse Vossius, adductis his Suidæ verbis ὁ Κορνουῖτος Λεπτίτης φιλόσοφος. Ἡ δὲ Λεπτις, πόλις Λιβύης, γενομένη ἐν Γόμῃ ἐπὶ Νέρας, καὶ πρὸ αὐτοῦ, ἀναίρεταις τὸν τῶ Μουσάτω. Cornutus Leptites, philosophus. Leptis autem *Africa* est civitas. Ac fuit *Romæ* sub Nerone, & ante eum. Interfectus vero cum Musonio; sequentia subjicit in i. de Historicis Lat. c. xxvi. p. m. 136. Quid Philosophum adpellat, convenit cum Tranquillo, sive alio, qui Persii vitam scripsit. is philosophum Stoicum vocat. Etiam philosophum nominat Eusebius: sed non morte, verum exiliū multatum scribit. Sic enim ille in Chronicis ad annum MMLXXXIII: NERO, cū cæteris viris insignibus, & Octaviam uxorem interfecit, Cornutumque philosophum, præceptorem Persii, in exiliū fugat. Sed fortasse hæc conciliari possunt, quia prius in exiliū egressus, posteaque interemisse potest. Ex Persiana eo vitæ auctore, quem diximus, illud etiam cognoscimus, inter auditores ejus fuisse & Lucanum poetam, & Aulum Persium: atque hunc; adolescentulum adhuc, tanti fecisse præceptorem suum, à quo in philosophia instituebatur, ut nunquam ab illius latere recederet: atque ut moriturus, annō nempe ætatis undetrigesimō, legarit Cornuto, cū septingentorum librorum bibliothecam, tum etiam argenti facti pondo viginti: sed Cornutum ait, libris contentum, pecuniam sororibus Persii reliquisse. Post ea, quæ antea adduximus, subjicit continuò Suidas: Ἐγραψε δὲ πολλὰ φιλοσοφία τε καὶ ῥητορικά. Scripsit multa & philosophica, & rhetorica. Sed videtur etiam fuisse nobilis Grammaticus, & veterum poetarum interpres. Nihil enim causæ video, cur hunc alium putem ab illo Cornuto, quem Gellius, lib. II. c. vi. refert inter Grammaticos ævi superioris, haut sanè indoctos, neque ignobiles, commentariaque in Virgilium com-

ne. TITIVILLITIUM: M. Cornutus in

Sa-

posuisse dicit. Præsertim cum idem, lib. IX. c. X. testetur, fecisse libros de figuris sententiarum: quod bene convenit cum eo, quod Suidas. *πρωτογρα* scripsisse ait. Commentariorum in Virgilium meminit & Macrobius, lib. V. c. XIX. ubi eum vocat virum magnum, & Græcarum literarum doctissimum. Chanſius citat hac decimo Cornuti libro ad Silium Italicum cum de Virgilio: Jamque exemplorū etiam principes civitatum & poëtæ incipient similia fingere. Hunc autem philosophum, rhetorem, grammaticum, etiam historicam fuisse, testis est Suidas, qui *disertissimorum* appellat: atque addit, amulationem fuisse inter eum, & Livium Patavinum; longèque plures audisse Cornutum, sed Livio fuisse auditores, & ingenio, & eruditione, præstantiores. Tamen, ut verè dicam, quod sentio, videre non possum, ut hoc temporum ratio patiat. Nam Livius Patavinus uti & Messalla Corvinus orator, nati sunt Olympiadis CLXX. anno secundò, quartò anno à consulatione Ciceronis; teste Hieronymò in Chronico Busebiano. Est is annus Urbis DCXCV. Idem Hieronymus decessisse ait Olympiadis CXCIX. anno I. Tiberii anno IV. qui sit Urbis annus DCCCLXX. Livii autem annus LXXV. Cornutus verò in exilium à Nerone ejectus est Olympiadis CCXI. anno XII, ut idem Hieronymus ait. Est is annus Urbis DCCCXX. à decessu Livii annus quingvagesimus. Minus autem verisimile fit, Livium, jam decrepitâ atate docendis aliis vacasse: sed, siquid tale factum, potius evenerit illud Livio quingvagenario, vel antè. At tum fortasse nectum natus erat Cornutus. Utcumque hoc est, planè alius ille historicus Cornutus fuisse videtur, qui Augustæ ævò cum Livio Patavino docuit: fortasse est pater ejus, qui Persii præceptor fuit. Saltem hoc temporibus magis congruit. Sed quia eundem facit Suidas, nos, sub ambiguo nomine, de utroque hic dicere volumus. Hactenus Vossius. Ad Philosophica, de quibus hic Suidas, pertinet, quod Hieronymus epist. ad Magnum tradit, Origenem in libris decem Stro-

ma-

*Satira est: Titivillitii sat cedo tibi. fortasse: titivillitio istas cedo tibi.* videtur hic esse An-  
næus Cornutus Persii magister, philosophus  
simul & poëta eximius. quæ obrem verba  
hæc quæ sub persona Cornuti pronuntiantur  
in quinta, v. 15.

— *pallescentes radere mores*

*Doctus, & ingenuo culpam desigere ludo:*  
ita puto accipienda, ut dicat Cornutus, se  
Persium discipulum suum in scribendis Sati-  
ris exercuisse: quâ occasione fuerit factum,  
ut

mateon, christianorum & philosophorum inter se sententias  
comparasse, & omnia christiana religionis dogmata ex Plato-  
ne & Aristotele, Numenio, Cornutoque confirmasse. Unde  
verisimile Christophoro Sandio in notis & Animadver-  
sionib. in Vossii libr. de Historicis Latin. p. m. 2. edit.  
Amstelodam. cl. l. c. LXXVII. in 12. Cornutum Græ-  
cè scripsisse. Nam, pergit, sicut tunc lingua Græca  
erat eruditorum, imprimis philosophorum lingua, ut filii stu-  
diorum gratia à parentibus Athenas mitterentur, ita &  
Cornutum Græcarum literarum doctissimum vocat Ma-  
crobius, lib. v. c. ix. (malè, est enim xix.) Neque  
verò hoc mirum videatur considerantibus, Cornutum fuisse  
Afrum, quandoquidem Julius Capitolinus, in vita Clodii  
Albini nos docet, in Africa quoque marem illum olim obti-  
nuisse, ut pueri Græcis literis imbuerentur, quando de eo  
scribit: (c. v.) omnem pueritiam in Africa transiegit,  
eruditus literis Græcis & Latinis mediocriter.

† Miror Cl. Münckeri diligentiam, potuisse effu-  
gere hanc Casauboni emendationem, Inde & nihil ad-  
notat in cit. Fulgentii locum è M. Cornuto, quem ita  
exhibet, p. m. 175. *Titivilles Flacce do tibi.*

\* Sul-



ut & ipse interdum, velut exempli causſa, Satiras ſcriberet: itaque *doctus* erit διδάχθεις ὑπ' ἐμοῦ: non, autem δεινός. SULPITIA \* poëtria illorum temporum præſtantiffima, vel ex Martialis epigrammate xxxv. libr. x. nota eſt. huius exſtat carmen quô in Domitianum tunc eſt inveſta, cùm philoſophos urbe expulit edictô. non erraverit iudiciô meô, qui Satiram id poëma nominaverit. eruditionem tamen & probitatem nobiliſſimæ feminæ ex eo carmine potiùs laudes: quàm acrimoniam & ad Satiricos morſus εὐφράων. lacertis enim caret oratio & ἀγωνιστικῶν ſpiritu. ibi eſt jocus iſte non inficetus:

*Nunc igitur qui res Romanas imperat inter  
Non trabe, ſed tergô prolapſus, & ingluvie  
albus.*

imitata eſt Sulpitia Græcorum proverbialem

jo-

\* Sulpitiæ, inquit Voſſius, de Poëtis Latin. c. III. p. m. 47. Satyra exſtat unica. Sed caſtos prætereà amores ſcripſit marito Calæo. Meminit eorum præter Martialem, (qui lib. x. epigr. xxxv, impenſè laudat) Sidenius Apollinaris, carm. ix. Credo ex iis eſſe illud apud Juvenalis interpretem in ſat. vi. v. 535. al. 537.

*Ne me cadurcis deſtitutam faſciis*

*Nudam Calæo concubantem proferat.*

Caleni mariti ipſa meminit in ſatyra; ac Martialis quoque epigr. xxxviii. libri memorati, v. 2. Eſt ejus de ſeſe in eadem ſatyra:

*Primaque Romanas docui contendere Grajus.*

Confer Liliū Gyraldum, Dialog. iv. de Poëtar. Hiſtor. col. 248.

† Si

jocum: οὐκ ἀπὸ δαμοῦ ἔπρεσεν, ἀλλ' ἀπὸ νοῦ,  
 vel ἀπ' ὄνου: nam utrôque modô homines  
 urbani efferebant. exposuimus fusè hunc lo-  
 cum in commentariolo nostro de proverbiiis  
 à nobis observatis. GALBIUS BASSUS.  
 Fulgentius †, VERVINA: jaculi genus lon-

gum,

† Si Cl. Münckero incidisset hic locus, forte non  
 aliquanti, pro aliqui admisisset. Sic enim in illo legi-  
 tur hic locus, p. m. 179. VERVINA, jaculi genus  
 longum, quod aliquanti verutum nominant. Gavius Bassus  
 in Satyris. Vervina confodiende, non te nauci facio.  
 Et in notis addit: Leid. Cod. Gavius Vassus Gell. lib.  
 III. c. IX. Gabius Bassus. Malè Galbius vet. edd.  
 Pro Leidensi codice facit Macrob. I. Saturn. c. IX. lib.  
 II. c. XIV. lib. III. c. VI. extr. in quibus omnibus  
 tamen locis Gabius pro Gavius legendum censeret Meur-  
 sius; quod Scriverio non videtur, quòd id nominis  
 (Gabius) nuspiam in veterum Inscriptionum monu-  
 mentis, at sæpius imò sæpissimè Gavius & Gavia oc-  
 currat. Quorum auctoritate idem existimat apud  
 Gellium, lib. III. c. IX. legendum non Gabius sed  
 Gavius quemadmodum integrum permansit nomen  
 idem lib. XI. c. XVII. Mihi videtur leviculum esse,  
 cum B. sæpe in V, & V. in B. transeant, ut docet  
 Ger. Jo. Vossius in de Litterarum permutatione, ubi  
 & Gaviam à γάβη deducit. In de Poëtis, ut plures  
 alios, omisit ipsum Vossius, sicuti & Borrichius, quem  
 miror illius librum non supplevisse: memorat tamen  
 in I. de Historic. Latin. c. XXII. extr. p. m. II6. his  
 verbis. Fuit & Gabius Bassus è cujus commentariis Histo-  
 riam de egro Sejano refert Gellius, lib. III. c. IX. Li-  
 bros is de origine verborum & vocabulorum edidit: è qui-  
 bus idem Gellius quædam adfert, lib. II. c. IV. lib. V. c.  
 VII. & lib. XI. c. XVII. quo uno in loco Gavius dicitur,  
 qui

*gum, quod aliqui verutum nominant. Galbius*  
*Bas-*

*qui alibi ei Gabius. Sed Gavius est & apud Macrobi-  
 um. Ex quo discimus, etiam librum scripsisse de Diis. Locus  
 est lib. I. Saturn. c. IX: Gavius Bassus in eo libro, quem  
 de Diis composuit, Janum bifrontem fingi ait, quasi  
 superum atque inferum janitorem: eundem quadrifor-  
 mem, quasi universa climata maiestate complexum.  
 Idem, lib. III. Sat. c. VI. quò loco exponit, cur Herculi  
 apertò capite sacra fiant: inter alia inquit: Hoc amplius  
 addit Gavius Bassus. idcirco enim hoc fieri dicit; quia  
 ara maxima ante adventum Æneæ in Italia constituta  
 est, quæ hunc ritum velandi capitis invenit. Nec du-  
 bito, quin & eundem Bassum, & idem de Diis opus, si-  
 gnet Lactantius, lib. I. de fals. relig. c. XXII: C. Bassus  
 Fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere  
 consuevisset, ut Faunus viris. Nec movet, quòd hic,  
 uti & apud Macrobi-um, lib. III. c. XVIII. (al. lib. II.  
 c. XIV.) C. Bassus dicatur. Nam utrobique prius fuit  
 Gavius; unde librarius, qui Gavii nomen ignoraret, Cajus  
 effecit: eaque occasio fuit, cur deinceps nota C. præfigere-  
 tur. Fulgentius Planciades in explicatione sermonis antiqui  
 citat Gavi-um seu Gabium Bassum in satiris, indeque hæc  
 verba depromit: Vervinâ confodiende, non te nauci fa-  
 cio. In ea editione, quam cum Nonio Hadr. Junius ex-  
 hibuit, item illâ, quam antè cum Higyno, & aliis, Her-  
 vagius excudit, pro Gabius legas Galbius: sed perperam,  
 cum nulla gens Galbia fuerit apud Romanos. At Gavi-um  
 fuisse, cognoscimus ex P. Gavio, municipe Cosano, cive  
 Romano, quem Verres Messanæ in crucem egit. Qua de  
 re multa Cicero, librò V. in Verrem. Gavius verò Bassus,  
 Gellio, aliisque memoratus, vixit Trajani temporibus,  
 si (ut etiam Carrio existimat, lib. I. Emendat. c. VII.)  
 fuerit is Gabius Bassus, qui Ponticæ oræ præfectus fuit: de  
 quo Plinius, lib. X. epist. XVIII. & XXXII. & Trajanus  
 epist. amabæa. Hæc Vossius; cuius memorato à Mün-  
 kero in ad Planciadem notis non mentionem in-  
 pici, mirari subit.*

\* Ab-

*Bassus, Satira. Vervina confediende: non te nauci facio. Lego Gabius: nam Galbia gens, ignota. Gabii Bassi Commentarios de origine vocabulorum sæpe laudat A. Gellius. sed dubito, sit ne hic ille scriptor: & an hujus generis Satira illa fuerit. RUBRIUS. Fulgentius: ABSTEMIUS, observans, Rubrius in Satira: Abstemium \* merulenta fugit Metenia nomen. in aliis Fulgentii exemplaribus Rabirius † scriptum est, non Rubrius. fuerit for-*

\* *Abstemium]* Ubi Gyrardo, Dialog. iv. de Poëtar. Historia, col. m. 229. huncque pro more sequuto Vossio, loc. proximè citatò mirum, secundam in *Abstemius* corripì, nisi placet *αὐτίζησις* esse. Scì, credo, inquit Vossius, lib. i. c. xxi. extr. p. 111. de Histor. Latin. *diversus ille Rabirius. Imò fortasse ne Rabirius quidem. Nam in libris aliis pro Rabirius legitur Rubrius. Sed quis iste Rubrius, aqvè incertum. Unde aliqui Rutilius emendant. Quibus quo minùs subscribam, in causa illud est, quòd Rutilii satirographi veterum meminere nemo.*

† Ita habet sæpiùs laudatus Mùpckerus in p. m. 183, & pro *Metenia, Methenia*. Casaubonum verò hæc hic tractare, aut nescivit, aut oblitus est. Erat iste Rabirius nobilis Poëta, quem Fabius locò mox citandò in eorum Poëtarum numero ponit, qui Epici appellantur: & quia ejus in Carmine multum animi ac virium inerat: idè Ovidius *Magni illum oris fuisse canit. Unde grandeloqvum fuisse Poëtam cognoscimus, scribit in i. de Historic. Latin. c. xxi. extr. p. m. 111. Ger. Jo. Vassius; usque adè, ut hâc parte proximus à Virgilio crederetur, auctore eòdem Vossio, c. 11. de Poëtis Latin. p. m. 24. Cujus de sententia ibidem Triumvitorum temporibus ac deinceps fuit. Descriptio ejus*

fortassè is de quo Naso in .iv. De ponto, Epist. xvi. v. 5. *Cum foret & Marsus, magnique Rabirius oris*: L. APULEJUS. Heic ipsum Apulejum adducemus, qui de seipso testimonium dicat, οἰκοθεν, quod ajunt, μαέτρως: in Floridis, (p. m. 346. v. extr.) *Pro his praoptare me fateor, unô chartariô calamô conficere poëmata omne genus: apta virga, lyra, socco, cothurno: item Satiras, ac griphos.* alibi in iisdem statim \* post illa verba quæ antea descripsimus:

enim bellum *Actiacum* inter Octavium Augustum & M. Antonium Triumvirum. Meminit ejus L. Seneca, lib. vi. de Benefic. c. 111. *Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabirium Poëtam, cum fortunam suam transeuntem aliò videbat, & sibi nihil relictum, præter jus mortis, id quoque, si ciò occupaverit, exclamare:*

*Hoc habeo, quodcumque dedi --- ---*

Permimum verò est, Vellejum, 11. xxxvi, 3. Rabirium adjungere Virgilio, adpellareque ambos *principes carminum*, quomodo veteri ex editione Justus adducit Lipsius in notis h. l. p. m. 70. b. extr. edit. Paris. M. DC. viii. in fol. & agnoscit Jo. Albertus Burerius Variantib. in ad Vellej. Lectionib. p. m. 46. dictæ edition. Aut enim hoc amicitiae dedit, aut alia de caussa nimis magnificè de illo prædicare voluit. In plurimis verò Velleji libris est: *Inter quæ maximè nostri ævi eminent, princeps Carminum Virgilius Rabiriusque.* Quinctilianus in x. c. 1. auctore Vossio, in 1. de Histor. Latin. c. xxi. jejunè satis laudat: *Rabirius ac Peto non indigni cognitione, si vacat.* Confer Crinitum, lib. 111. de Poëtis Latin. c. LIII. f. m. 91.

\* [statim] At in meo exemplari interjacent octo folia integra in 8r. his & istis verbis. Istis adscripti pagi-

mus : *Apulejus vester hac omnia : novemque Musas pari studiô colit.* dixerat autem de Satiris Xenophanis. DECIVS. Rutilius Numantianus Gallus in Itinerario, quod A. U. C. cLcLXIX scribebat, sub imperio trium Augg. Honorii, Arcadii, & Valentiniani: de Tusciæ præfecto quodam; lib. I. v. 599.

*Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus*

*Per Corythi populos arva beata regit.*

*Nec mirum, magni si redditus indole nati*

*Felix tam simili posteritate pater.*

*Hujus vulnificis Satira ludente Camenis*

*Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit,*

Videtur etiam RUSTICUS ELPIDIUS † qui Boëtio ac Symmacho æqualis. Theodorici Romanorum regis medicus fuisse dicitur, Satiras scripsisse. In carmine enim De Christi Jesu beneficiis, sic ipse de se:

*Hinc etiam nostro nugata est schema dolori:*

*Garrula mendosis fingens Satyromata Musis,*

*Falleret ut trepidos cantatrix pagina questus.*

Apparet Elpidium post acceptam à quibusdam

ginam, hæc habes in p. m. 363. v. 13. edit. Francof. M. DC. XXI.

† *Elpidius*] Hic Elpidius editus primum est à Georg. Fabricio, deinde Bibliothecæ Patrum insertus. Ab Andr. Rivino cum Lactantii Merobaudis & aliorum Carminib. notis illustratus, Lipsiæ M. DCLII. in 8t. Tristicha ejus Goldastus in Manuali Bibl. Francof. cLcLcX. in 8t. habet.

Q

dam injuriam, Satiras composuisse: in quibus inducebantur Musæ partim ipsum consolantes, partim in auctores injuriæ invehentes. quod figmentum ipse jam, ut alia poetarum somnia quæ paullo antè perstrinxit, condemnat. de voce *satyroma* capite proximo, p. 249.

## C A P U T IV.

DE SATYRICA poësi Romanorum. *Atellana cum Satyrica Græcorum comparata: non tamen propriè erant Satyrica. Sullæ Satyræ καὶ ποῖναι, quæ? verè Satyrica carmina apud Rom. obscura. Montanus poeta. De nomine SATIRA disputatio. opinio eorum qui à Satyrica Græca deduxerunt, & per y scribere instituerunt. σατυρῆσαι, σατυροῦν, σατυρῶν. Satyroma. confutatur posita sententia variis argumentis. religio Romanorum in derivatione vocum Græcarum. antiquitas vocis hujus apud Rom. Ostenditur error ex sola dictionum similitudine ortus. cautio necessaria in rimandis vocabulorum originibus. varia scriptio hujus dictionis. u & i promiscuè poni in multis. Saturæ & Satira idem. quid propriè Saturæ. varia illius vocis translationes: lex Saturæ per saturam exquisita sententia. ejusdem vocis usus in librorum inscriptionibus. Historia per saturam. Πύρρα. quomodo variis poëseos generibus antè expositis, idem nomen convenit, singillatim declaratur. farrago. Satiricum. Satyricon.*

**A**BSOLVIMUS Romanæ Satiræ universam historiam: omneisque illius mutationio-

tiones & formas diversas, quæ quidem hætenus è lectione veterum nobis observatæ, commemoravimus: errorem denique magnorum virorum aperuimus, qui Lucilianæ Satiræ originem à Græcorum Satyrica repetebant. Nunc verò de nominis Latini ratione ac causâ dicturi, illud prius admonebimus: non negare nos genus aliquod poëseos apud Romanos fuisse; cui Satyricæ appellatio non malè potuerit convenire. Jam primum Atellanas cum Satyrica Græcorum nequaquam aspernandi scriptores componunt. Diomedes \*. *Tertia species est fabularum Latinarum, quæ à civitate Oscanorum Atella, in qua primum cæptæ, Atellanae dictæ sunt: argumentis dictisque jocularibus similes Satyricis fabulis Græcis.* Marius quoque Victorinus, librò 11. † quum de Græcorum Satyricis metris dixisset, verba hæc adjicit: *quod genus nostri in Atellanis habent.* Et librò tertio \*\*: *hoc metrum Atellanarum scriptores appetiverunt: est enim jocosis motibus emollitum, gestibusque agentium satis accommodatum.* & rectè quidem poëma hoc dramaticum, jocos salibusque conditum, cum Satyricis, jocularibus Græcorum fabulis, eruditi homines comparârunt. ceterum,

ne

\* lib. III. col. m. 487.

† c. de Jambico metro, col. m. 2527. extr.

\*\* c. de Trimetro versu Jambico, col. 2574.



ne hoc quidem, servatâ proprietate nominis, Satyricum fuit. lex enim perpetua est ejus carminis, quod quidem propriè ita dicatur, ut insint Satyri: quos in Atellanarum argumentis fuisse nullos, accepimus. scribit enim Diomedes aliô† locô: *Latinis Atellana à Græca Satyrica differt: quòd in Satyrica ferè, (hanc exceptionem ignorant Græci:) Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ, similes Satyris, Autolycus, Busiris \* : in Atellana obscenæ personæ, ut Maccus. quàm obrem non aliter σατυρικὰ δῆματα Atellanas jure appellaveris: nisi quomodo vitam in-*

† lib. III. col. m. 488. ubi pro *Latinis*, quod hic in Casaubono habes, *Latina* lego.

\* Ego habeo *Burris* & pro *obscenæ*, *osca*. Priori verò modò videtur & legere fortè Gyraldus, Dial. vi. de Poëtis, col. m. 329. C. Ac sic edidit quoque Joan. Cæsarius. Sed auctore quoque Vossio, lib. II. Institution. Poët. c. xxxv. §. 6. p. m. 169. legendum *Osca*. Cùm Atella Osci civitas, quorum personas inducebant. Obscenæ verò personæ mimis potius conveniebant, quàm Atellanis; quæ Atellanæ differebant à mimis, quòd joci exodii Atellanici gravitate condiebantur Italicæ. Quippe plurimùm erant ingenui non turpes & obsceni. Hinc Cicero ad Papirium, lib. IX. Famil. Ep. xvi. *Non Atellanum, sed Mimum introduxisti*. Nimirum conqueritur Tullius, quòd à Papirio non modestè, & more Atellanarum, risus sit; sed mimicè & parum verecundè. Ac neutiquàm hujus loci sententiam adsequutus est Nicol. Loënsis, Epiphyllidum lib. II. c. XII. ubi è Tullio colligit mimorum fabulas

inhonestam σατυρικὸν βίον à Plutarcho dictam, librô superiore, c. III. p. 94. observabamus. ita fortasse accipiendum apud Athenæum, quod scribit librô VI. de L. Sulla, Σύλλαν Φησὶ Νικόλαος τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς Φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας. ἐμφανίζουσιν δὲ αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἰλάρων αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι Σατυρικαὶ κωμωδίαι τῇ πατρὶϊ φωνῇ. satis constat inter species Romanæ poëseos nullam omnino fuisse, quam vocarent Satyricam comœdiam, ut sonare videntur hæc Athenæi verba, ἥ κατὰ τὸ ῥητὸν accipiantur. sed ex modò dictis paret, κωμωδίας † σατυρικὰς secundâ notione dici potuisse rectè, plenas hilaritatis minùs honestæ fabulas: quales quum fuerint Atellanæ, nihil suspicari \* vetat, de his sensisse Athenæum: & proinde Sullæ nomen inter poëtas Atellanarum esse referendum. Verum enim verò ne propriè quidèṃ dictam Satyricam Romani penitus igno-

las easdem fuisse posteris, quæ priscis erant Atellanæ. At tu vide rectiora docentem Paullum Manutium in h. l. p. m. 23. b. 24. a. ubi vitiosè adductum cap. 1. Valer. Max. libr. 11. cùm sit, libr. 11. IV. ex. 4. De Burris vide supra, lib. 1. c. III. p. 94.

† i. e. Comœdías Satyricas.

\* Repetit hæc verba & consentit Ger. Jo. Vossius, 11. Institut. Poëtic. c. xxxv. p. m. 168. §. 3.

ignorârunt : nam ad fabularum argumenta Satyros aliquando solitos esse adhiberi, vel ille versus testis erit ἀξιόχρεως, apud Marium Victorinum, planè Satyricus:

*Agite, fugite quatite Satyri.*

quin etiam, sicut apud Græcos vetustissimis temporibus ad τωθαστικὴν poësim Satyri sunt admoti: qui petulantia dicteriorum solennia festorum exhilararent: sic etiam apud veteres Romanos in apparatu triumphorum & similibus pomparum, videntur fuisse, qui ornatu Satyricò prodirent, jocis ac ridiculis dictis quos vellent cumque lacefferent. Dionysius Halicarnassæus, librò VII. διλοῦσι δὲ αἱ τῶν Θριάμβων εἰσοδοὶ παλαιὰν καὶ ἐπ'χώριον οὔσαν Ῥωμαίοις τὴν κέρτομον καὶ Σατυρικὴν παιδίαν: & paullò antè scripserat disertè hæc: μετὰ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν Σατυριστῶν ἐπόμενον χοροί, τὴν ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σικίννην. ista dicteria versus fuere, sed rudes, & inconditi, ac Fescenninis similes: ideo subjicit: νῦν δὲ ποιήματα ἄδουσιν αὐτοσχέδια. de quo genere versuum satis antè lib. I. c. I. deservimus atque hæc exstiterunt Satyricæ Romanorum primordia: quibus planè sunt gemina, quæ de ejusdem poëseos initiis apud Græcos librò primò c. I. retulimus. sed Græcæ quidem progressus, & consummationem tenemus: de Romana verò Satyrica  
altum

altum apud illorum scriptores silentium: ut affirmare non vereamur, longè studiosius Græcos hanc poësim excoluisse, quàm ipsi fecerint: apud quos sub alterius poëseos nomine ista latuit comprehensa. Non ausim ad Satyricam poësim istam, referre Versum Ovidii de scriptis Fontani, in quarto De ponto, Epist. XVI. v. 35.

*Naiadas à Satyris caneret Fontanus amatas:*  
nam, ut non omnis lateris dolor est pleuritidis: sic nec quodlibet carmen de Satyris ad Satyricam, de qua loquimur, pertinet: sed tantum dramata. potiùs existimem, vel Bucolica, vel aliud quoddam rusticæ Camenæ genus composuisse hunc † Fontanum. Ac de Satyrica quidem Romanorum quæ hòc locò dicemus, hæc impræsentiarum suppetebant: quid autem commune cum hac poësi habuerit, quid item diversum, vetustissima Satira cujus meminit Livius, suprà lib. II. c. I. disputatum est. Nunc ad propositam περὶ τῆς ἐρδότητος τοῦ ὀνόματος quæstionem accedamus: de qua cò accuratius videndum, quò difficilius est τὸ μεταδιδάσκειν, & à vulgo hominum impetrare, ut semel receptas opiniones quantumvis falsas & absurdas, patiantur ex animis

† Fontanum] Meminit & Gyræaldus, Dialog. IV. de Poëtar. Histor. col. m. 231. E. & ex eo, quod solet, Ger. Jo. Voss. de Poëtis Latin. c. II. p. 35.

mis sibi revelli. Quum ergo clarissimè probaverimus, non simplicem & uniformem poësin: sed plureis formâ diversas unô Satiræ vocabulô Romanos, appellâsse: omnino colligere vel ex eo debemus, πολύσημον aliquod nomen primâ suâ notione hoc esse: quod rebus etiam specie differentibus fuerit accommodatum. Jam olim Grammatici nonnulli, quum τῆς σατυρικῆς Græcorum nomen saltem haberent notum: occasionem è similitudine illa nominum arripuerunt, ut Satiram † à Satyris pariter esse dictam pronun-

† Non satis convenit inter doctos & principes quidem, utrum, quando de Lucilii, Horatii, Persii, Juvenalis, &c. carminibus sermo est, *Satyra*, an verò *Satura*, sive *Satira* scribendum sit. Isaacus noster Casaubonus, qui unus omnium de Poësi Satyrica quàm accuratissimè his duobus libris scripsit, omnibus modis pertendit *Satura* sive *Satira*; non autem *Satyra* scribendum esse hîc & l. i. c. iv. Hoc enim totum scriptionis genus necè Latinum esse, nec quidquam habere commercii cum Poësi Satyrica Græcorum: atque adeò non à *Satyris*, sed à *Satura lance*, quæ, quòd variis frugibus fructibusque referta esset, ita dicebatur, nomen accepisse: quod & illud quoque variis rebus, uti lanx illa fructibus, referrum esset. Cum Casaubono etiam facit Scalliger ad lib. v. Manilii. Ubi monet, cavendum esse, ne quis Lucilii & Horatii Satyras per y scribendas putet. At verò Danieli Heinsio lib. i. de *Satyra* Horatiana, p. m. 22. 26. f. edit. Lugdun. Batav. clō lxxxi. in 12. nihil sollicitanda communis ac recepta hujus vocabuli scriptio, quæ per y fit, videtur: quippe quòd satis commodâ ratione à *Satyris* possit deduci. Nam quum *Satyrorum*

nuntiarent. Diomedes \*: *Satira dicta, siue à Satyris, quòd similiter in hoc carmine ridicula res pudendaque dicantur, quæ velut à Satyris profertur.* hoc etymum secutus est Elpidius poëta Christianus, de quo superiore capite diximus: extr. p. 241. cum in allatis ibi versibus, Satiras vocavit † *satyromata*. quia enim Græci, quod librò priore observabamus, σατυρῖς pro Satyricas fabulas scribere usurpârunt: tanquàm dici posset σατυροῦν pro Satiras facere, non dubitavit Elpidius, σατύρωμα vocem cudere, & jure Latii donatam, pro Satira ponere. in quo vereor ut peritos Græcæ lingvæ καίνοτομίας approbatores sit habiturus: multa enim posse opponi video. ceterum ab hoc etymo consuetudo manavit, quæ per aliquot retrò secula obtinuit, & nunc quoque obtinet, non aliter hoc nomen scribendi, nisi cum Græca litera SATYRA.

tyrorum proprium sit ludere & lascivire, unde & σατυρισμός, *Ludio* exponitur in Vet. Glossis: Satyræ verò ludicræ scriptionis genus sit, unde & Senecæ Satyra *Ludus* dicitur: & ludere pro Satyras scribere Horatius & Persius posuere: quidni à *Satyris* nomen habeat, & Græcò elementò *Satyra* scribatur? Præcipuè quum & illæ ipsæ *Saturæ* siue *miscellæ lances* à *Satyris* nomen acceperint, &c. Vide ipsos dictis locis.

\* lib. III. col. m. 483. edit. Hanov. M. DC. V. in qua constanter per γ scribitur *Satyra*

† Vide quæ suprà habuimus, p. 45.

Q 5

TYRA. Atqui si à Satyris derivatum est Satyræ nomen, ut placet sententiæ hujus auctoribus: quid causæ esse dicent, cur, Græca formatio non sit retenta? cur inquam SATYRA dictum pro SATYRICA? quænam hæc analogia est? aut quò exemplò illam tuebuntur? nam ut à voce rhetor, *rhetoricam* cum Græcis dixerunt: sic à dictione Satyrus, *Satyricam* cum iisdem formare debuerant. Auctor est Varro à cithara *citharicen* non potuisse dici: quoniam videlicet, nec Græci ἀπὸ τῆς κιθάρας κιθαρίην dixerant: sed ἀπὸ τοῦ κιθαρίζειν, κιθαριστικήν. cur igitur in hac voce ab hac observatione discesserunt? quum autem Romanæ Satiræ plures sint ideæ: cui potissimum ex omnibus convenire appellationem hanc existimare debemus? hoc erat docendum iis, qui ἔτυμον istud in medium attulerunt. nos enim negamus ἀποτόμως è variis formis Satiræ, quas antè recensuimus, ullam reperiri posse, cui nomen Satyricæ propriè conveniat. negamus insuper absurdæ hujus etymologiæ venisse in mentem primis Latinorum criticis: quibus nullum fuit dubium priscos Romanos pœsi huic vetustissimæ Romanum imposuisse nomen, non autem transmarinum & Barbarum. vetustatem Satiræ apud Romanos initio

tiô

tiô hujus libri demonstravimus. multò enim priùs quàm Græcanicæ poëticæ studium ac æmulationem Livius Andronicus in Urbem inferret, carminis genus sibi familiare, SATIRAM Romani appellaverant. Romana igitur vox Satira & quidem antiquissima apud illos: ac proinde ante illa tempora iis nota, quibus Græcas disciplinas cum illarum nominibus simul acceperunt. tunc & Satyrorum & Satyricæ Græcorum vocabula primum illis innotuerunt: nam antè non Satyri, sed Fauni numina illa agrestia Romanis hominibus dicebantur. Enimverò est invenire in omnibus lingvis similes voces, quarum alteram ab altera originem habuisse faciliè sibi persvadeant qui levioribus conjecturis duci amant: at qui maturius judicium adhibent, & harum rerum majorem usum, aliter sentiant. סוֹתֵר *soter* Ebraeis est, qui tegit: Græcis σωτήρ totidem literis qui protegit, & servat. & tamen nullâ originis communione jungi has voces ratio utriusque lingvæ ostendit. רָצוֹן *razon* est voluntas, quæ multis pro ratione est. ratio tamen Latinorum, & nostrorum *raison*, nihil ad Ebraicum vocabulum spectant. אַזְזִילָא *azzi-la* est μασχάλη, *axilla*. vox tamen Latina certam originem habet, ab ala: ut à palo *paxillus*: à malâ *maxilla*: à talo *saxillus*: quod &



& Cicero indicat. **ἡμεσις** *mesira*, mensura est. sed ab alia origine vox Latina deducenda, & quæ ab illa ortæ, ut Gallica & Italica. **θράττειν** pro **ταράττειν** purum putum Græcorum verbum, quò perturbatio & pavor denotatur. Thracum populus inqvies & quem perturbandis vicinis natum, Græci crederent. quare de iis venustè Imperat. Justinianus. initiô Novellæ xxvi. **ἐνεῖνο**, inqvît, τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὅτι περ εἷτις τὴν Θρακῶν ὀνομάσεις χώραν, εὐθὺς συνεισέρχεται τῷ λόγῳ καὶ τις ἀνδρεία, καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους, καὶ πολέμων, καὶ μάχης ἔννοια. non dubium allusionem fieri ad illud etymum quò docti Græci ἀπὸ τοῦ θράξαι, ἤγουν ταράξαι vocem **Θράξ** deducebant: cui etymo non magis fidendum, quàm illi Hellanici sive Ephori, qui **ἱεροσόλυμα** παρὰ τὸ τὰ ἱερὰ συλᾶν voluit dicta.

Sexcenta sunt hoc genus: quorum observatio nisi analogiæ legibus, & historiæ cognitione fulciatur, atqve adeo coërceatur, nihil nisi monstruosas in literis hæreseis potest parere. Evenit hoc in hac voce de qua sermonem instituimus. οὐ γὰρ εἰς τὸν νοῦν ἔβαψαν, sed solam literarum similitudinem spectârunt, qui Satiram à Satyrica primi derivârunt. Qui antiquas membranas inspexerunt, non ignorant, scribi in illis hoc

no-

nomen variè: SATYRA, SATIRA, & SATURA. quomodo semper scribitur in per-  
 vetusto Budensi codice, unde Petrus Pi-  
 thœus suam Persii & Juvenalis editionem  
 emendavit. non solum autem in hoc libro,  
 sed etiam in aliis multis trium Satiricorum  
 & Prisciani ceterorumque Grammaticorum,  
 SATURA semper invenimus exaratum, aut  
 certè SATIRA: quod idem est, ut antè nos  
 admonuit Sol ille unicus doctrinarum & eru-  
 ditionis, Josephus Scaliger. sicut nihil dif-  
 ferunt *maximus* & *maximus*, *optumus* & *opti-  
 mus*, *citumus* & *citimus*, *supare* & *sipare*, *ge-  
 nuclare* & *geniculare*, & similia multa: nisi  
 quod prolatio per *u* vetustioris est Latinita-  
 tis: ita inter *satura* & *satira*, non aliud di-  
 scrimen statuendum, quàm ætatum. *Satu-  
 ram* \* veteres Romani dixerunt compendiò  
 sermonis usi, quùm saturam lancem intelli-  
 gerent: quomodo multa dicuntur præsertim  
 Græcis. Erat mos antiquorum quando Ce-  
 reri, Baccho aut aliis diis agri annua vota  
 solverent, pro læto frugum fructuumque  
 proventu: ut primitias rerum collectarum  
 in

\* Hæc & sequentia verba laudat Cl. Rupertus in no-  
 tis ad Sallust. p. m. 368. f. Item Frider. Taubmannus  
 in p. 71. a. Commentar. in Culicem Virgil. v. 128.  
 Adde Joseph. Anton. Gonsalium de Salas in Præludiis  
 ad Petronii Arbitri Satiricon, p. m. 22.

in lancem congestas cuique deo pro ratione  
 ejus cultus offerrent. in ritibus Græcorum  
 hujusmodi sacra miscella vocantur *πάγναρος*  
*θύσια*, & *πανσπερμία*, aut *πανία* vel *πανε-*  
*ψία*, cùm leguminibus fiebat sacrum: item  
*εἰρησιώνη*. Latini verò lances ita refertas va-  
 riarum rerum copiâ, *lances saturas* vel simpli-  
 citer *saturas* appellârunt. *satur* enim pro ple-  
 no & cui nihil deesset, usurpabant: sic *co-*  
*lor satur*, cui ad perfectionem nihil deest,  
 quando lana colorem *δευροποιδόν* imbibit. Por-  
 phyrîo † in Horatium, lib. 1. Sat. 1. prin-  
 cip. *Lanx plena diversis frugibus in templo Ce-*  
*reris infertur, quæ satūra \* nomine appellatur.*  
*pleniùs Diomedes, loc. cit. Lanx referta va-*  
*riis multisque primitiis sacris Cereris inferebatur,*  
*& à copia & saturitate rei satūra vocabatur:*  
*cujus generis lancium & Virgilius in Georgicis \*\**

me-

† In edit. Basileensi mea de anno cld Io LXXX. in  
 fol. col. m. 1627. Acroni tribuuntur hæc verba.

\* At in tribus meis, quæ habeo, non contemnendis  
 exemplis, invenio non *satura*, sed *satyra* per y; & ita  
 etiâ in Diomede, col. m. 483. ubi ego ita in mea  
 Putschiana lego: *Satyra autem dicta; sive à Satyris,*  
*quod similiter in hoc Carmine ridicula res pudendæque di-*  
*cuntur, quæ velut à Satyris proferuntur & fiunt: sive à*  
*Satyra lance, quæ referta variis multisque primitiis, in sa-*  
*cro apud priscos diis inferebat, vel à copia & saturitate*  
*rei Satyra vocabatur. &c.*

\*\* lib. 11. v. 194.

\* v. 394.

meminit, cuius hâc modô dicit: *Lancibus & pan-*  
*dis fumantia reddimus exta. & \*, lancesque &*  
*liba feremus.* à similitudine hujus lancis etiam  
 aliarum rerum mixturas appellârunt *saturas*.  
 Verrius Flaccus: *Satura cibi genus, ex variis*  
*rebus conditum.* hoc quoque uberius Diome-  
 des: *quoddam, inquit, genus farciminis multis*  
*rebus refertum saturam dicit Varro † vocitatum.*  
*Est autem hoc positum in II. libro Plantinarum*  
*quæstionum. Satura est ubi \*\* uva passa & polen-*  
*ta, & nuclei pinei ex mulso conspersi: ad hæc*  
*alii addunt & de malo Punico grana.* atqve ita  
 paullatim eò ventum, ut quomodo apud Græ-  
 cos, voces *παντοπρεπία* & *πάγκρατος* quam-  
 libet mixtionem ē multis diversisqve rebus  
 ac *κνυξέννα* denotant, per translationem à re-  
 bus sacris, ubi propriè locum habent eæ di-  
 ctiones: sic apud Latinos quælibet mixtu-  
 ra specierum diversarum *satura* sit dicta, in-  
 didem traductâ voce. quinetiam ad res inge-  
 niô factas postea eadem vox est translata.  
 nam cum in foro leges unicâ rogatione fe-  
 rebantur multorum capitum, aut veteres le-  
 ges interpolabantur adjectione novorum ca-  
 pitum, *saturas* vocabant: hoc est miscellas,  
 quomodo à Jurisconsultis lex Julia Papia  
 Pop-

\* v. 394.

† in mea Potschiana est vocitatum.

\*\* Ubi deest in mea.

† i. e.

Poppæa nominatur *miscella*: quia & multa & diversa capita continebat. Festus Pompejus: *Satura est lex multis aliis legibus conferta*. capita legum Romani leges vocant: & ita heic Festus. Glossarium: *satura νόμος ποικίλ περιέχων*. † hinc natum proverbium, *per saturam legem ferre*: cùm raptim neque viritim dictis sententiis aliquid senatores decernebant. & ut apud Festum loquitur Lælius, *quasi per saturam sententiis exquisitis* \*. omitto exempla, quæ apud veteres, præsertim in libris

† i. e. *Lex varia capita comprehendens*. Nempe cùm unò rogatu varia congesta ferrentur. Ut vultis-ne jubetis-ne, cum Jugurtha bellum componatur, & fedus ferriatur? elephantes tradat, item omnes transfugas? &c.

\* T. Annius Luscus in Oratione adversus T. Gracchum Festò teste in *Satura* dixit: *Imperium, quod plebes per saturam dederat, id abrogatum est*. Ubi potestatem à plebe conlatam Tribunis falsè vocat *imperium*; idquè imperium ait conlatum per *saturam*, quia unà rogatione multa confusè erant proposita. Ac similiter non C. Lælius, ut Festus ibidem indicat, & hìc ex eo repetit Casaubonus, è quo, pro more Ger. Jo. Vossius, lib. III. Institution. Poëticar. c. x. p. m. 47. sed Sallustius, c. xxix. Belli Jugurth. 7. *Dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur*. Inde & Diomedes, lib. III. col. 483. rectè Sallustio tribuit in Jugurtha non verò Lælio in Oratione, quam pro se dixit. *Per saturam* verò itidem ibi valet, conlectim ac raptim. Neque videmus, ut hìc colligi possit, fuisse Romanis ullam Legem, quæ *Satura* diceretur, lege Cæciliâ & Didiâ abrogata. Scio quidem Ciceronem in Orat. pro Domo sua, c. xvi. dic-

ce-

libris Juris civilis, non pauca. hæc autem  
ideò attulimus, ut nemo miretur, vocem  
ita

cere: *Decrevit Senatus, M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam, & Didiam lata essent, populum non teneri; & infra, c. xx. extr. Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæcilia legis, & Didia, nisi hæc: ne Populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus; aut id, quod nolit, accipere; aut id, quod velit, repudiare. Sed quid hæc ad legem Saturam faciant, non intelligo. Sanè Luscii illud imperium per saturam dare non possis exponere per legem saturam dare: nec Sallustii hoc sententiam per saturam exquirere rectè interpreteris, per saturam legem, quæ multas ipsa res complectatur, quemadmodum Jugurtha fit in deditionem acceptus, sed multis præscriptis conditionibus, ut xxx. daret Elephantos; pecus, atque multos equos cum argenti pondere magno, quomodo ferè Roterodamus Erasimus & Franciscus Philadelphus exponunt; quid enim utròque absurdus. Sed utrobique valet promiscuè, variè, sine ordine & distinctione; ut per saturam sententiis exquisitis sit, nullò ordine in sententiis exquirendis servatò, nec ut seniores prius sententiam rogarentur, sed ut Consuli ipsi libuisset, ut videlicet per saturam ad participium exquisitis, non ad verbum accipitur pertinere, rectè judicet Joh. Rivius in Sallustium. Quem præ oculis habuisse videtur Ger. Jo. Vossius, loc. cit. Sic & Justinianus Imperat. in præfatione in Pandectas: Hoc opus, inquit, tradebatur, non secundam edicti perpetui ordinationem: sed passim, & quasi per saturam collectum, & utile cum inutilibus mixtum. Atque hanc varietatem & mixturam etiam Sospater Charisius respexit, cum ait in 11. col. 175. Adverbium Stoici *παραδέρχην* vocant, nam omnia in se capit, quasi collecta (ut Rivius legit, non collectam, in mea Putschiana est collata) per saturam, concessâ sibi rerum variâ potestate. Etiam Pescennius Festus, ut è Lactantio, lib. I. c. XXI. Casaubonus adducit, scripsit li-*

ita familiarem Romanis, in appellando carmine joculari, cuiuserat diffusum per omnes humanæ vitæ species ac partes argumentum, fuisse usurpatam. quid? nonne etiam vetustissimus historiarum scriptor, sive collector Pescennius Festus opus suum ita inscripsit? laudatur enim Lactantio, librô primô, c. XXI. *Pescennius Festus in libris*

*HI-*

*bro* Historiarum per saturam, h. e. in quibus nec Gentes distinguerentur, nec ordo temporis observaretur. Nec aliter capio illud Lucillii, quod in III. col. m. 483. his verbis adducit Diomedes: *Alii dictam putant à Lege Satyra, Satyrâ quæ unò rogatu multa simul comprehendat; quod scil. & Satyrâ carmina multa simul & poemata comprehenduntur, cuius legis Lucillius meminit in primo:*

*Per Satyram Edilem factum, qui legibus solvat*  
 Ibi enim per saturam fieri dicitur quidquid raptim & confusè nullôque sit ordine. Romani, inquit Andr. Schottus in I. Observat. Philolog. c. II. p. m. 4. quas Leges perpetuò vutere & aternas esse volebant, in earum sanctionibus, id est, extrema parte, quâ iis, qui in eas committerent, multa irrogabatur & sanciebatur pœna, adjicere solebant: NEVE PER SATURAM ABROGATO AUT DEROGATO. Hoc est, ne simul quis cum aliis alicujus legu capitibus de iis abrogandis ad populum ferret, sed separatim de ea re tantum ageret. Cùm enim turbulenti aut factiosi magistratus legem aliquam abrogatam vellent, legum quorundam capita æqvissima, & multitudini valdè grata proponere, interque ea de alia lege abroganda inferere solebant. Quâ fraude circumventus populus, utiles sæpè leges imprudens abrogabat. Hactenus Schottus. Adde Scaliger. I. Poëtic. c. XII. p. 47. Scripsit Historias per Saturam è novi Orbis Scriptoris Johannes Bloëius editas Rostochi M. DC. XXVII. in 12.

\* i. e.

*HISTORIARUM PER SATURAM.* hoc est, ut Græci similes libros inscribere soliti: Ποικίλης ιστορίας. \* vel Ἀμαλθείας κέρας †, aut τῶν σποράδην λεγομένων. \*\* aut denique, Sosipatrô interprete, Πανδέκτης ιστοριῶν; quod scriptor Judæus elegantissimè, (ut sunt arguti homines illi in suorum librorum inscriptionibus) dixit, כּל כּל τὸ πᾶν ἐν αὐτῷ. propius ad vocem Saturæ accesserunt, qui libros suos inscripserunt ΠΙΝΑΚΑΣ hoc est *Lances*: vel ΠΙΝΑΚΙΔΙΑ. quarum ἐπιγραφῶν exempla in præfatione Plinii, & apud Svetonium in Aurelio Opilio Grammatico. erat autem liber Opilii pusillus, quod Svetonius ostendit: ut non tam de rebus egisse, quàm rerum variarum summas continuisse videatur. ideo & πίνακας librorum indices qui summam omnia complectuntur, dixerunt. ††

Simil-

\* i. e. *Varia Historia.*

† i. e. *Copia cornu*

\*\* i. e. *eorum quæ sparsim dicuntur.*

†† His Casauboni verbis à Joanne Crojo, c. v. Observationi. in Novum Testam adductis, p. m. 37. sequentia dictus hæc subjicit Crojus: Nos verò credimus eam ducendam esse ἐ πίνακι sive tabulis Pictorum; quòd quemadmodum Pictores in Tabulis suis varias eorum species & formas, quicquid est in verum natura, & quicquid ipsi fingunt, aut somniant, aut hominum oculos ponunt; ita Iudicum Auctores Lictoribus suis ea omnia, quæ tractant, quæ docent, quæ confirmant, quæ refellunt, quæ ab aliis sunt mutuati, quæ ipsi invenerunt, aut sunt commenti, proponant,

R 2



Simillimè igitur & poëmatia, qvô \* brevi-  
ter

nant, ita ut Lectores ea omnia in Indicibus, tanquam in Tabulis, unò quasi obtutu possint conspiciere. Potest etiam sumi è πίναξι, sive Tabulis & asseribus, ut arbitratur Eustathius II. ζ: ἀλλὰ καὶ ἡ σάνις, πίναξ λέγεται, ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ, ἰεὼν εἰρησθαι πίνακας· καὶ ἐκ τοῦ, πινακῆδον ἀποσπῶν, ἥγουσι δίκην σανίδων· ὅθεν καὶ πινακίδια γραμμάτων· καὶ βιβλίου δὲ πίναξ Ὅ. c. ita Index Libri πίναξ diceretur, qvòd sit qvasi tabula, vel. asser, ubi descripta sint Libri argumenta. Eustathii quidem auctoritas levis esse non videtur: verumtamen opinionem nostram verisimiliorem, & ad rei ipsius naturam propius accedere contendimus. Et πίναξ, non solum locum, in quo descriptus est Index, verum etiam ipsum significat Indicem. Chæroboscus πίνακας vocat, in quibus descriptæ erant Comædiarum inscriptiones, sive Indices, ut refert Auctor Etymologici magni: ὁ δὲ Χοιροβόσκος εἰς τὸ ἀνεκφώνητον λέγει πίνακας, ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δράματων. Callimachus Grammaticus, ut legimus apud Suidam, scripsit Libros cxx. quos inscripsit Πίνακας eorum, qui omnium disciplinarum genere fuerunt illustres, & Librorum, quos ediderunt. Scripsit quoque πίνακα Doctorum, qui ad initio fuerunt, secundum tempus, quibus vixerunt, seriem, & πίνακα Glossarum atque Operum Democriti. Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ'. καὶ ε'. πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλῶν. Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συλημάτων. Habemus Ptolemæi Libros tres Ἀρμονικῶν Mss. Singulis libris præfigitur πίναξ eorum, de quibus in illis agitur. In principio prioris Libri hæc leguntur: Πίναξ τῶν Ἀρμονικῶν τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς Μουσικῆς. Eusebius, Histor. lib. vi. c. xxxii. scripsit πίνακας Librorum Origenis, & aliorum Ecclesiasticorum Scriptorum, quos Pamphilus collegat, & quibus Bibliothecam suam instruxerat, atque ornabat, ut ipse testatur: ἐν ᾗ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ Παμφίλου, ὅπως τις ἐγγιγόναι, παριστάνεις, τῆς συνα-  
χθεῖ-

ter multi perstringebantur, SATURÆ,  
vel, ut posterius cœptum pronuntiari, SA-  
TIRÆ dictæ sunt. Porphyrio post illa de  
Cereris lancē quæ modò attulimus: Ergo &  
hoc carmen propterea Saturam appellaverunt, quia  
multis & variis rebus refertum est. præter alla-  
tas jam rationes, possumus hoc probare te-  
stimoniò viri sine controversia exceptione  
majoris: Juvenalis, Sat. i. v. 85.

*Quidquid agunt homines, votum, timor, ira,  
voluptas,*

*Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.*

ut satira sive satura plurium rerum mixtio  
est;

χρείσας αὐτῶ τῶ τε Ωριγίνους βιβλίῳ, καὶ τῶν ἄλλων  
ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας πα-  
ρεθέμην. In quod etiam, ut ingentem Pamphili erga  
sacras Literas amorem ac studium quasi antè oculos  
cujusque poneremus, Indices Bibliothecæ, Origenis,  
& aliorum Ecclesiasticorum Scriptorum Libros conti-  
nentis, ab eodem constructæ & coagmentatæ, conjeci-  
mus. Lamprias Plutarchi Filius composuit πίνακα eorum  
omnium, quæ Pater ipsius de Græca & Romana scripsit  
Historia. Suidas: Λαμπρίας, Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνίου  
υἱός, ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατήρ ἔγραψε περὶ πάσης  
Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαικῆς ιστορίας. Ipse verò Lamprias  
hunc Indicem vocat ἀναγραφὴν in Epistola ad Amicum: καὶ  
τὴν ἀναγραφὴν ὧν ἠθέλησας, ἔπεμψα σοὶ τῶν τοῦ πατρὸς  
βιβλίων. Et quem Patris mei optasti Librorum indi-  
cem, ad te mitto. Πίνακα & ἀναγραφὴν conjunxit Cal-  
limachus, & jam vidimus è Suida.

\* fortè quibus.

R 3

† Far-

est; similiter & farrago †: ita enim appellatur, ait Festus, id quod ex pluribus satis pab-

† Farrago] Farrago, inquit idem Casaubon. ad Persi. Sat. v. v. 78. p. 409. proprie est non hominum sed quadrupedum pabulum, è genere tritici, ut in leguminibus vitia. in Glossis exponitur γεῶντις. sanè γεῶντις, sive ut alii scribebant γεῶντις, non solum gramen significat, verum alia quoque pabula jumentorum, maxime farraginem, qua inter species tritici numeratur. Græca vox Syriaca est putissima τῶν sive τῶν contundere τῶν triticum confusum. χιλῶν Græcis ut dicebamus, ad XIV. Athenæi. inde γεῶντις, etsi paululum diversa notione. inde etiam est γέρας, prorsus ratione eadem ac τέμενος sit à τέρειν. Onomasticon Vocium Latino-Græcar. olim quidem Argentorati, annò M. D. XXXVI. editum & Calepino præfixum, à Bonaventuro Vulcanio verò ab innumeris iisque fœdissimis mendis, quibus scatebat, repurgatum, Philoxenique & aliorum veterum Glossariis ab illo ipso Vulcanio Lugdun. Batavor. annò c1516c in fol. editis subjunctum: & C. Labbæi Glossariis Lutetiae Paris. vulgaris annò M. DC. LXXIX. in fol. insertum: Farrago, χιλῶν γεῶντις. At in Gloss. Labbæi cit. vitium mihi videretur esse typographicum, unumque & idem bis positum: Farrago, γεῶντις γεῶντις C. γεῶντις C. χιλῶν, γεῶντις. D. unum illud enim γεῶντις sine causa repetitum est è Glossis Cyrilli; ultinia verò verba χιλῶν γεῶντις. D. ex Onomastico sunt recta. Matthias Martinus col. 780. Etymolog. adducit Glossas, in quibus vertatur Farrago γεῶντις item χιλῶν id, inquit, alioquin est gramen viride, quod pecudibus edendum offertur, à γεῶν comedo. Varro, lib. I. RR. c. XXXI. extr. Contra, ex segete, ubi sata admixta ordeum & vicia, & legumina, pabuli causâ viridia. Quod sar ferrò casâ, farrago dicta, aut nisi quod primum in farracia segete feri ceptum. Eâ equi & jumenta cetera vernò tempore purgantur ac saginantur. Aliqui

*buli caussa datur jumentis.* quid igitur est Satira Romana? auctore Juvenale ita definias rectè: est carmen pro argumento habens farraginem sive mixturam diversorum vitiorum in quæ invehitur. Heic verò meminisse oportet ejus quod antè diximus p. 311. Saturæ nomine diversæ formæ carmina Romanos appellasse. quare non potest omnibus eadem definitio convenire. quam modò attulimus, propria est Lucilianæ Satiræ. non minùs satura fuit dicique potuit & Varro-niana: quin & major ibi mixtura, ut antè, lib. II. c. II. p. 257. probavimus. verissima itaque satura. sed quæ paullo aliter hóc modò sit definienda: scriptio prosa versuque mixta, quò varia argumenta tractantur. similiter etiam Ennianæ & antiquissimæ omnium, cujus meminit Livius, ex iis quæ sunt superius c. II. disputata, definitiones utcumque possunt construi. Apparet fuisse omnibus illud commune, quod multa miscent ac diversa: quæ vera caussa est cur idem saturæ nomen omnibus quadret. Qui solius maledicentiæ Satirarum rationem habuerunt, causam hujus appellationis, non à lance satura, sed à nomine satur facete petièrunt. Isidorus: *aut à saturis nomen Sa-*

*tu-*  
à *farciendo* potius, hoc est, saturando, dictam farraginem volunt. Perottus.

*tura dictum, qui multa habent: vel ob ea quæ per vinolentiam dicunt ut ebrii.* ita scribendus hic locus. quò dupliciter exponitur hoc etymon. Porphyrius posteriorem rationem clariùs explicat: quem vide: nam quum certa sint quæ de satira diximus, omnino in eo veriloquio acquiescendum. Petronii libellus mera est Satira Varroniana ut suò locò, lib. II. c. II. p. 269. dictum. ipse tamen *Saturicum* si ve *Satiricum* maluit inscribere: quomodo Commentarium dicitur pro commentario libro: Apologeticus, pro Apologetico libro. at qui *Satyricon* titulum Petronii reliquiis imposuerunt: ii sine dubio Græcam vocis Satiræ originem spectabant. cuius rei nunquam auctori venisse in mentem pro certo habeo. de Martiano Capella minus ausim affirmare: propter antiquitatem huius erroris, sicut ostendimus. & tamen in causâ explicanda cur opus suum Satiram inscripserit, nobiscum facit. sic enim ait:

*Tandem senilem Martiane fabulam  
Miscillo lusit quam lucernis flamine  
Satira.*

& post:

*Hæc quippe loquax, docta indoctis aggerans  
Fandis tacenda farcinans, immiscuit  
Musas, deasque disciplinas cyclicas.*

## CAPUT V.

COROLLARIUM hujus libri: quò discutiuntur duæ ab Horatio propositæ quæstiones: AN SATIRA SIT POEMA? & , AN SIT JUSTUM POEMA? Platonis item & Aristotelis placita super naturâ poëseos expenduntur.

ERAT fortasse digna hæc quæstio, quam relinqueremus iis tractandam, qui magnum ducunt, de omni re quamvis certissima posse dubitare: paratique sunt ex instituto disciplinæ suæ, vel manifestissimæ veritati quoties lubet cornua obvertere. qui hodie lusus est sophistarum, & hominum τὸ μὲν σχῆμα σεμνοπροσωπούντων, τὸ δὲ ἀληθὲς φανητιώντων. nos melius horas nostras collocare soleamus: optamus quidem certè. quoniam tamen antiqua hæc quæstio est, habebimus vetustati hunc honorem, ut indiscussam eam non sinamus, absurdæque in speciem dubitationis, causam aperiamus. Horatii verba sunt, eclogâ quartâ, libri primi Sermonum, v. 39.

*Primum ego me illorum, dederim quibus esse poëtas*

*Excerptam numero.*

si scriptor Satirarum Horatius, poëta non est: profectò nec Satira poema est: quod enim non de se tantum modestiæ causâ, sed

R 5

de

de omnibus in genere Satirarum scriptoribus hoc pronuntiet, ex sequentibus apparet, ubi etiam de Lucilio idem dicitur. paullò tamen aliter aliquanto post hæc quæstio concipitur, cum lectorum animos expectatione accuratioris disquisitionis suspendens, sic ait de Satira: v. 63.

— *alias justum sit necne poema*

*Quæram.*

qui hoc quærit, sit ne satira justum poema? is tacitè consentit, poema esse. quare duæ hæc sunt quæstiones: de quibus dicturi, quædam prius necessariè monebimus. Si quantum veteres sapientes diligentia posuerunt in præceptorum, quæ artes & disciplinas constituebant, observatione: tantum in natura cujusque illarum limitibus suis circumscribenda laborassent: neque huic quæstioni locus foret relictus, neque item aliis id genus quàm plurimis. Verum quidem est, certam hujus rei notitiam ad primum philosophum spectare, non ad singularum artium aut disciplinarum magistros: sed poterant tamen, relictâ illi causarum contemplatione, definitiones quædam tradi, quæ vicem interdicti Prætoris obtinerent, si quando finium regundorum actio inter confines artes oriretur. Sunt autem ejusmodi artes, cum aliæ multæ, tum vel maximè il-

illæ, quæ ad facultatem exprimendi sensa animi, & τὸν προφορικὸν λόγον spectant. nam cum esset homo ab OPT. MAX. Deo in hanc rerum universitatem introductus, non solum ut omne hoc mente caperet: sed etiam ut ad multiplicem usum interiores animi conceptiones foras proferret: eluxit etiam in eo humanæ mentis præstantia, quòd circa rem eandem varias diversasque artes excogitavit. quippe homini non solum loquendi, sed rectè & emendatè loquendi studium à natura erat inditum: neque hoc tantum, sed & ornatè: atque hoc amplius, ἐμμέτρως τε καὶ ἐμμελῶς ac modulatè. hinc illæ tres artes sunt natæ, Grammatica, Rhetorica, Poëtica: quæ omneis, unâ cum differendi facultate, circa τὸν λόγον versantur: ac proinde λογικαὶ rectè omnes dicentur. Quenadmodum autem si plures circuli describantur circa idem centrum: major minorem ambitu suo semper complectetur: ita cum in aliis animæ facultatibus usuvenit, tum in tribus, quas diximus, artibus: nam Rhetorica Grammaticen, Poëtica utramque intra se includit. Poëtica enim non est ἀπόβασις, ut in alia re Synesius ait, Grammaticæ vel oratoriæ facultatis, sed utriusque ἐπανάβασις: neque potest ad poëticas τὰ σεμνὰ μυστήρια quivquam aspirare, quin illarum artium sacris prius



prius fuerit operatus. hæc sunt illius τὰ μικρὰ  
 μυστήρια. Tribus hisce facultatibus commu-  
 ne est, quod instrumenta sunt, τοῦ ἔξω προελ-  
 θόντος νοῦ, ut loquitur Simplicius: quæ enim  
 mens animò concepit, ea ut expromat, ora-  
 tione utitur. nemo autem oratione uti po-  
 test, quin earum, quas diximus, artium  
 ministerio adjuvetur. omnes igitur τοῦ προ-  
 φορικῶ λόγου sunt ministræ ac comites: sed  
 non omnes pari conditione usurpantur. Gram-  
 matica non minùs quàm illa quæ verum à  
 falso docet discernere, necessariò omnibus  
 adhibenda, qui quacumque de re verba fa-  
 ciunt: verè enim & emendatè loqui, omni-  
 bus ex æquo & semper necessarium. orato-  
 ria elocutio ubique necessaria non est: &  
 sunt subjecta, quæ naturâ suâ ornatum re-  
 spuunt, doceri contenta. Poëticæ minus  
 quàm Rhetoricæ latè patet usus. sic enim  
 naturæ legibus videas comparatum, ut no-  
 bilioribus quibusque rebus consultum sit, ne  
 quotidianò usu sordescere opus habeant. est  
 autem trium harum facultatum ut vulgatiss-  
 sima Grammatica, ita Poëtica nobilissima:  
 Rhetorica inter utramque media dignatione  
 pariter & usu. Hæc quum non fugerent  
 vetustissimos sapientes, dignitati poëseos  
 optimè consuluerunt, cum ad gravissima †

ar-

† Lege Georg. Richter Orat. xxxi. de Poëtarum

ra-

argumenta illam adhibuerunt. nihil dicam  
de Hebræorum antiquissima omnium poësi;  
quæ in unius Dei laudibus canendis fuit oc-  
cupata. quid Græci? nonne & apud hos an-  
tiquissimi vates fuerunt, quos θεολόγους vo-  
cabant? in his Orpheus, Musæus, Linus,  
alii. secuti hos sunt Empedocles, Parmeni-  
des & ceteri, quos φυσικούς appellârunt,  
quia Naturæ arcana versibus suis cecinerunt.  
fuere & qui παραινετικήν aut νουθετικήν poë-  
sim ederent: illam ut præcepta virtutis da-  
rent: hanc ut à vitiis averterent: ejusmodi  
sunt Theognidis, Phocylidis ac similium  
carmina. Quæres à magnis hisce viris,  
cur iis de rebus versu potius quàm solutâ  
oratione scriberent: proculdubio responsum  
in hanc sententiam ferres: non posse nobilif-  
simum hoc Mentis instrumentum alibi me-  
lius quàm in his similibusve argumentis oc-  
cupari: porro argumenta ejusmodi, qui-  
bus res omnium maximæ explicarentur, præ-  
stantiâ ac nobilitate poëticae esse dignissima:  
quum alioquin poëtices, sicut & ceterarum in-  
strumentalium τοῦ νοῦ facultatum, nullum sit  
certum subjectum: sed pro subjecto illis sit  
quidquid est. σύνναον denique dicerent τῆς φιλο-  
σοφίας εἶναι τὴν ποιητικὴν; quod multò potest, sed ab  
ea-

raritate, præmissam ejus Epistolis. p. m. 73. f.

eadem mente dixit Synesius. Quum hæc ita sint, quis non miretur, jam olim naturam poeticæ & legitimum ejus usum ita non solum vulgo, sed summis etiam viris fuisse incognitum, ut planè in aliis Lyncei in hoc videantur cæcutiisse? Græcorum ista vulgò erat sententiâ jam tum Socratis ævò: nihil aliud poësim esse, nisi fabulas versu contextas, aut etiam sine versu nudas: nam & Sophronem ac Xenarchum mimos profâ conflat scripsisse: quos tamen poëtas vocant Græci. qui sic sentiebant poësim ita definiebant: ἡ ποιήσις λόγος ἐστὶν ἑμμετρος, μύθους περιέχων: aut sine voce ἑμμετρος. secutus est istorum sententiam & Socrates ille θνητῶν ἀπάντων σοφώτατος, cùm jussus μουσικὴν ποιεῖν, hoc est, ut ipse tandem exposuit, poëma scribere: omnia expertus per quæ oraculo se obtemperaturum crederet, hymnò etiam in Apollinis & Dianæ laudem compositò: nihil tamen egisse sibi visus est, nisi fabulas ab Æsopo mutuatus, quia ipse componere aut nesciebat aut nolebat, versibus intexteret. locus est insignis in Phædone Platonis ad communem hanc persuasionem hominum declarandam: ἀσφαλέστερον, inquit, ἔδοξεν εἶναι, μὴ ἀπίεσαι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ· οὕτω δὲ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὐ ἦν ἡ παρούσα

θυ-

θυσία· μετὰ δὲ τὸν θεὸν, ἐνθαύσας ὅτι τὸν ποιη-  
 τὴν θεοί, εἶπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύ-  
 θους, ἀλλ' οὐ λόγους· καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν μυθολο-  
 γικός. διὰ ταῦτα οὐς προχείρους εἶχον καὶ ἡπι-  
 στάμην μύθους, τοὺς Λισώπου, τούτων ἐποίησα  
 οἷς πρώτοις ἐνέτυχον. ex his (vanissimi philoso-  
 phorum verbis, non illud solum quod dice-  
 bamus potest cognosci: verum etiam quæ  
 causa fuerit pervasionis illius. nam ista,  
 ὅτι τὸν ποιητὴν θεοί, εἶπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι,  
 hoc planè significant: nemini posse appella-  
 tionem ποιητοῦ attribui, qui non ποιῇ, id est  
 fabulas fingat. ita enim hōc locō exponen-  
 dum: ubi à conjugatis argumentatur Socra-  
 tes, ποιητικὴν Plato in Sophista definit, εἶναι  
 δύναμιν, ἥτις αἰτία γίγνεται τοῖς μὴ πρότερον οὐ-  
 σιν ὕστερον γίνεσθαι. at qui commune hoc  
 nomen huic facultati proprium fecere, id  
 spectasse sunt visi, quod poëtæ res non nar-  
 rarent factas, sed fingerent, & quodammo-  
 do ipsi facerent. ergo ποιεῖν poëtis ex horum  
 quidem mente, non est versus facere: sed  
 fingere & fabulas componere. hæc vulgi,  
 hæc Socratis fuit opinio. Erat illis tem-  
 poribus plurimus poëticæ usus in theatris &  
 agonibus: quod genus poëseos fabularum fe-  
 re compositione constabat, tragicarum,  
 satyricarum, comicarum. inde paullatim ir-  
 reptit in animos hominum hæc error, ut de  
 poë-

poëtica sic loquerentur, sic sentirent, quasi aliam nullam agnoscerent, nisi theatralem & agonisticam. erat quidem ingens hic error, & dignus, quem in aliis docti potius corrigerent, quam auctoritate nominis sui firmarent. sed quid non designat consuetudo? hæc juxta doctis indoctisque perperam loquendi sentiendique etiam heic, ut sæpè in aliis, auctor fuit. itaque sic Plato ubique in poëtas invehitur, quasi in theatris, & tantum ad theatrorum voluptatem esset poësis inventa. in x. Legum sunt illius verba: *φαντάσματα ἀπ' οὐκ ὄντα ποιοῦσιν οἱ ποιηταί*: sæpeque apud eundem & scriptores alios, *μῦθοι, μυθεύματα, μυθολογίαι, & φαντάσματα* pro eo usurpantur, ac si poëmata dixeris: non quia putarit Plato *ψιλήν μυθολογίαν*, hoc est fabulas quascumque etiam sine metro contextas, poëma justum conficere: verum ideò, quia poëma non constare sine fabula, cum Attica sua plebecula habuit persuasum. poëticam igitur iis artibus docet adnumerandam, quæ *περὶ τὰ οὐκ ὄντως ὄντα, ἀλλὰ τῶν ὄντων εἰδῶλα* versantur, quæque dicuntur ipsi modò *μιμητικάι*, modò *εἰκαστικάι*: alibi *εἰκονοποιοί*, vel *εἰδωλοποιητικάι*. sæpeque in ejus scriptis posita est hæc sententia, omnem poësim *εἶναι μίμῃσιν*. quod ne nos quidem negamus: verum eò sensu & imita-

ta-

tationis modô, quem in Epinomide sua Julius Cæsar Scaliger doctè exponit: non quomodo veteres illi existimabant. cognosci enim potest ex Aristotelis De poëtica libello, & ipsum, & Platonem, cùm universæ poëseos genus constituerent imitationem, nihil aliud eô nomine plerumque intellexisse, nisi fabulæ compositionem, atque ut ipsi loquuntur, *μύθου καὶ πραγμάτων σύστασιν*. itaque poëtæ hæc descriptio exstat apud eundem: poëtam esse non eum, qui res dicat factas, sed qui cujusmodi fieri potuerint. *ποιητής ἐστὶν οὐχ ὁ λέγων τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τὰ οἷα εἶναι γένοιτο*: denique ex Platonis atque Aristotelis mente, poëseos τὸ τί ἦν εἶναι est, figmentum, fabulæ, mendacium. ideô etiam Homerum laudat philosophus, quòd dicere mendacia rectè, primus ceteros omnes docuerit: *θεδίδαχεν, ἰνquit, μάλιστα Ὀμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν ὡς δέῃ*. Hæc autem quàm sint absurda ex illis paret, quæ de prisca poësi etiam Græcorum antè dicebamus. quò verò jure nomen generis ei speciei proprium fecerunt, quæ & posterius prodierat, & mera legitimæ poëseos erat, non dicam *παραφύας*, sed *παρέκβασις*? fictione enim fabularum, & universâ dramaticâ antiquior est, vel ipsorum testimoniô, poësis illa, quâ vetustissimi homines ad su-

S

pe-

perùm aras utebantur, cùm pro acceptis beneficiis gratias agentes, laudes eorum canerent.

Omnino dubitari nòn debet, qvin & antiquissima & nobilissima omnium sit hæc poësis: cujus proculdubio exemplum ceteris mortalibus dederunt, qui & vetustate & pietate omnes populos vincebant, Hebræi. concedemus igitur Platoni & Aristoteli, divinam Hebræorum poësim, & si qua fuit illi similis, quia nullæ in ea fabulæ, nulla *φαντάσματα*, nec *μυθεύματα*, poëseos nomine censerì non debere? apage tam iniquam, tam absurdam sententiam. qvinimò meliore jure contendat aliquis, solam hanc esse veram & legitimam poësim, quæ vel Deum canit, vel ad Deum homines ducit, quod & Plato tandem videtur intellexisse, cùm pulsis de Republica sua poëtis, solos *ὑμνογράφους* retinuit, prudenter verèqve discrimen faciens inter *τὴν ἀγαθὴν ποίησιν* & *τὴν ἡδυμενὴν μοῦσαν*. At quorsum ista longè adeo repetita? aliquis dicet. nempe, ut ostenderemus, non esse adeo mirandum, existisse olim viros eruditos, quibus Romana Satira poëma nequaquàm videretur posse dici. nam cur ridiculam aut frivolam dubitationem ejusmodi existimabimus? quum, si Platonis & Aristotelis stamus sententiâ, fatendum sit,

fit, Satiræ scriptores non magis haberi posse pro poetis, quàm Empedoclem, & similes alios, quos φυσιολόγους, non ποιητάς jubet Aristoteles appellari. pari namque ratione etiam hi ἡθολόγοι non poetæ fuerint dicendi. In Satira fabulæ nullæ sunt: nisi quod æni interdum & apologi breves insuntur: sed σύστημα πραγμάτων μυθική prorsus nulla. imitatio præterea heic nulla: nam poeta ipse loquitur αὐτοπροσώπως τὴν ἀπαγγελίαν περαινών. disertè autem ait Plato, scriptiōnem ejusmodi imitationem nullam continere: & tamen ποιήσιν, ceu oblitus sententiæ suæ, nominat. ejus verba sunt in tertio De republica: εἰ μηδαμοῦ ἑαυτὸν ἀποκρύπτοιο ὁ ποιητής, πᾶσα ἂν αὐτῷ ἀνευ μιμήσεως ἢ ποιήσεως τε καὶ ἢ διήγησις γεγονοῖα εἴη. cautiùs Aristoteles, qui etsi imitationis speciem hanc non prætermittit, ab ea tamen, quàm poësin dici voluit, tacitè excludit, cùm exemplum nullum ponit ubi sit locum habitura. si igitur fabulas respuit, & imitatione caret Satira, poësis esse ex horum sententia non potest. Quod autem metrò utitur Satira: non propterea poëma erit Aristoteli: qui adeò nullam metri rationem ducit, ut mimos solutâ oratione scriptos, habeat pro poëmatis: at contra, Herodoti historiam, si pedum legibus astringatur, poëma futuram neget.



Prætereà, res gestas ut plurimum narrat Satira: non ut comœdia, fictas ad arbitrium poëtæ: est igitur quodammodo poësis hæc historica: quod cum Aristotelis placitis pugnat prorsus. quod enim ait, καὶ ἄρα συμβῆ γενόμενα ποιεῖν, οὐδὲν ἥττον ποιητὴς ἐστίν: quibus concedere videtur, etiam eum posse dici poëtam, qui veras historias versu descripserit: aliter longè intelligendum: & ad ea solum dramata referendum, quorum hypothesis ab historia est: ut Persarum Æschyli: fabulæ verò totius σύνθεσις ab ingenio poëtæ. Frustra verò obijciat aliquis, inter species poëseos unam poni ab Aristotele, quam vocat φιλοῦς λόγους ἢ μέτρα. nihil enim hoc ad Satiræ Sermones, de quibus capite tertio dicebamus: nam eò locò philosophus epopoëiam intellexit, qualis est Homeri poësis, quæ & φιλομετρία eidem dicitur. hanc alibi appellat μιμητικὴν ἐν μέτρῳ, tribuitque etiam illi δραματικούς μύθους, & δραματικὰς μιμήσεις. itaque φιλοὶ λόγοι ibi sunt, οἱ ἄνευ ῥυθμοῦ καὶ ἀρμονίας vel μέλους: non ut in tertio libro Rhetoricorum & sæpe apud Græcos rhetores φιλὸς λόγος vel φιλή λέξις opponitur τῇ ἐμμέτρῳ καὶ ἐμμελεῖ: at in libello De poëtica, & apud Platonem in secundo de legibus, λόγους φιλοῦς εἰς μέτρα τιθέναι, aliter accipiendum, quomodo jam diximus. Constat

stat igitur non posse Satiram ex doctrina Aristotelis, & definitione poëseos quam ipse est secutus, poëma dici. Etiam Horatius, ut initiô retulimus, eandem tuetur sententiam: sed aliis argumētis: ita enim disputat. Poësis non est tantum λόγος ἑμμετρος neque à soluta oratione solô metrô distat: verum etiam elocutione ac sententiis: omnia enim sectatur exquisita, magna, sublimia: quare Satira, quæ detractô metrô nihil ab eloquio pedestri distat, poësis non est. profert deinde comœdiæ exemplum: quam propter rationem eandem à poësi quidam abjudicârint. Quam variæ super natura ac definitione poëseos jactatæ sunt apud veteres sententiæ, Horatii locus iste clarè ostendit. nam tota hæc illius argumentatio, definitioni innititur longè ab illa diversæ, quam ex Platonis atque Aristotelis doctrina posse colligi superior disputatio evincit. Refellit philosophus in commentariolò De poëtica receptam à multitudine vulgi opinionem illorum, qui poësin non aliud esse crederent, quam λόγον ἑμμετρον: & omnes qui orationem suam metrô vincirent, quacumque tandem de re scriberent, poëtas nominarent. ad hanc ergo inchoatam definitionem perficiendam, multa alii adjecerant, quibus conditiones exponebant orationi numeris jam

adstrictæ insuper necessarias, ut justum poë-  
 ma posset censeri. non memini usquam apud  
 Græcos invenire definitionem hanc conce-  
 ptis verbis expressam: sed in Judæorum com-  
 mentationibus de re metrica eam definitio-  
 nem offendimus, quam cum ipsi fateantur à  
 Græcis se accepisse, pro Græca huc afferre  
 non verebimur: est enim appositissima ad  
 Horatii mentem. Poësin Hebræi שיר vo-  
 cant, αἰσδὴν: vel Græcâ voce leviter corru-  
 ptâ, פיוט. poëtam משורר αἰσδὸν, aut פייט.  
 poëticam, מלאכת השיר. poësin verò ita  
 definiunt: השיר הוא מאמר מתיחס נקשר  
 קצו בקצי מודיע כוונת המדבר במלות  
 קצרות ערבות שקולות. Græcè videtur  
 fuisse: ἔστιν ἡ ποιήσις λόγος ἐπίσημος (proprie  
 εὐγενής, vel γενναῖος) οὗ τὰ μέρη πρὸς ἀλλήλας  
 σχέσιν ἔχει, (δέδεται) τὸν νοῦν τοῦ λέγοντος.  
 δηλῶν διὰ λέξεως βραχείας, ἡδυσμένης, ἐμμέ-  
 τρου. poësis est oratio nobilis (vel illustris) cu-  
 jus partes invicem vinctæ sunt, mentem loquentis  
 declarans verbis brevibus, suavis, libris:  
 sive, appensis. Vides in hac pulcherrima  
 definitione multas desiderari conditiones ad  
 justum poëma, quarum ultima est lex metri:  
 siquidem שקל quæ vox pondus & libratio-  
 nem significat, heic interpretemur de lege  
 metrica: non de concinnitate orationis, &  
 ea, quam ipsi מליצה vel חלצה nominant.

pri-

prima conditio de connexionione five relatione partium inter ipsas, videtur adjecta propter genus poëseos, quô utuntur, quæ similitudine definitiæ versus invicem alligat. in Græca & Latina poësi quid sit τὸ κατὰ σχῆσιν & κατὰ σύστημα, explitant metrici. in poësi quidem κατὰ στίχον & monometro, hæc conditio locum nullum habet. cetera sunt communia. proxima conditio במלות קצרות *brevibus verbis*, eò spectat, quod ut docet Plato in Alcibiade β. plerumque obscura est poëtarum oratio: neque est cujuscunque eorum scripta interpretari: αἰνίττεσθαι, inquit Socrates apud Platonem de Homero, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ ποιηταὶ σχεδόντι πάντες. ἔστι τε φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης, καὶ οὐ τοῦ προστυχόντος ἀνδρὸς γινώσκειν at במלות ערבות planè est quod in definitione tragediæ posuit Aristoteles, ἡδυσμένῳ λόγῳ: cujus interpretatio exstat luculenta in aureolo ejus libello, & apud Platonem. Huic definitioni par & gemina fuit, quam animò conceperat Horatius, cùm illa faciebat, in 1. Sermon. Sat. IV. v. 40.

— neque enim concludere versum

Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti  
798

Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.

Ingenuum cui sit, cui mens diviniore, atque os

*Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.*

etiam illi, qui negabant comœdiam poëma esse, quod subijcit Flaccus, eodem spectabant: ut vel inde appareat quàm sit hæc definitio ab Aristotelis mente aliena: comœdia enim sit poëma necne, non magis potest ambigi ex ejus doctrina, quàm sitne Homerus poëta annon? Quum ergo ad hanc obrusam pedestreis Sermones suos Flaccus exigeret, mirari nemo debet, pronuntiâsse illum ὁμολογουμένως τῷ ἐκτεθέντι ὄρω, Satiram poëma non videri: aut certè, non justum. Atenimverò, si non est Satira poëma, quid erit? aut quò tandem nomine illam appellabimus? πῆζος enim certè λόγος, sive prosa non est, neque dici potest, saltam κυρίως. atqui duo hæc sola sunt à veteribus prodita orationis summa genera, solutæ & numeris astrictæ: tertium genus ne Aristoteles quidem auctor præcipuus hujus παραδόξου sententiæ valuit nominare. Sunt verò illius magni scriptoris εἰς ἱ. Rhetoricorum verba ista; quæ propositam quæstionem faciliè decident. ὁ τοῦ σχήματος, ἰκνύει, τῆς λέξεως ἀριθμὸς, ῥυθμὸς ἐστίν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά. διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον μέτρον δὲ μή. ποίημα γὰρ ἐσται. certum heic discrimen statuitur inter eam orationem quæ poëma dici pot-

potest, & quæ non potest. discrimen illud est METRUM: quod proprium facit poemati, ut dictonis solutæ rhythmum. quare etsi verum est, quod Dionysius Hal. aliique rhetores docent, οὐ τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν μεταχειρίσιν ποιήσεώς τε καὶ πεζοῦ λόγου, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς μέτροις οὕτω τοῖς ἐννοήμασι διεννηοχέαι: nihilominus tamen etiam illud verum certumque est: omnem metro astrictam orationem & posse & debere poema dici. itaque licet ἄμετρον ποιητικὴν, qualis fuit mimorum Sophronis, apud Aristotelem & Dionysium Halicarnasæum legimus: πεζὸν tamen λόγον ἑμμετρον, neque legimus, neque dici posse arbitrari debemus. Sed ut rhetoricæ elocutionis varii gradus sunt, varii characteres, varia denique ac multiplex differentia: ita etiam in poetica eadem omnes diversitates possunt animadverti, suntque adeo à peritis dicendi magistris summâ curâ animadversæ. Horatiana definitio ei poësi convenit, quæ proportionem respondet orationi solutæ in sublimi genere versanti, verbis ac sententiis elaboratissimæ. ab hoc culmine potest poësis pro subjecti natura, vel scriptorum ingeniis ad infima per gradus eosdem deduci: ita ut poema iis omnibus & verborum & sententiarum notis nudetur, quæ discrimen facere diximus inter utramque orationem, λόγον

καὶ ποιήσιν. quamdiu tamen versui consultum est, manetque oratio non solūm ἐνϋθμος, sed etiam ἔμμετρος, poëmatis nomen amittere non potest: quoniam, sicut probavimus, in metro maximè positus est τῆς ποιήσεως ὁ τῆς οὐσίας ὅρος, de quo quærimus. docent itaque rhetores, nullā adæqvè re solutæ orationi similem fieri poësim, quàm neglectu aut dissimulatione numerorum. ἐγίστα γάρ, inquit Dionysius, φαίνεται λόγους τὸ παρὰ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μέτρα πεπλανημένον. dissimulant numeros lyrici interdum, ut multis probat magnus ille criticus: cū dissimiles & inæquales versus continuant, οὐκ ἐὼντες ἡμᾶς ὁμοειδῆ ἀντίληψιν λαβεῖν ῥυθμοῦ. parum enim intelligitur poëma esse illa oratio, in qua non satis animadvertitur ejusdem metri ἡ ἀνακύκλησις. contemnunt verò numeros comici Latini persæpe: ut meritò de eorum comœdia gravissimi viri olim dubitaverint, poëma esset necne: non quidem propter illam causam, quam affert Horatius: sed magis propter hanc, quam modò indicavimus. Satira verò Romana, quæ & monometros est epocœia, & legem metricam servat exactè: quominus poëma censeri debeat, & quidem justum, nihil causæ dici queat. poëma igitur sunt etiam Horatii Satiræ: quantumvis  
fer-

sermoni propinquæ, & sæpe, quod ipse fatetur, humi repentes: at Persii & Juvenalis Satiræ eô justius, melius, nobilius poëma sunt, quô pluribus ideæ poëticæ notis, tum quod ad τὰς ὀνομασίας, tum quod ad τὰς ἐκβολὰς spectat, sunt refertæ. longè siquidem ab Horatianorum Sermonum λογοειδεσι, aurea illorum carmina abesse, partim jam probavimus in editione Persii: partim DEO volente facientēque apud Juvenalem manifestissimè probabimus †.

† Persium cum notis Casauboni legimus, at Juvenalem ab ipso explicatum vidimus nunquam.

## F I N I S.



Cùm Ger. Jo. Vossius in c. 11. Libri de Artibus Poëticæ natura & constitutione ultimum hoc Casauboni caput non parùm inlustrârit, juvat ejus verba hîc repetere. *In quaestione est, inquit p. 5. §. 1. s. utrùm Poëta nomen sine consecuti à faciendis versibus, an à fingendis fabulis: quod nimirum Dei instar res velut condant. Posteriores sententiam sequuntur veterum præstantissimi.*

Uti Aristoteles in reliquiis librorum de re poëtica: ubi cùm alia multa, præter opinio-

nio-



nionem vulgi, dicuntur; tum illud inter cetera, imitationem esse animam poëſios; atqve Empedoclem, qvi de rerum natura carmine ſcripſit, philoſophum magis eſſe, quàm poëtam; neqve Herodoti hïſtoriam poëma futurum, ſi poëticiſ fuerit numeris ligatum. Quomodo nempe Rufus Avienus, Serviô teſte, Livium carmine expreſſit Jambicô. Sed & ante Ariſtotelem hoc ipſum docuerat Plato, cujus illud in Phædone: Ποιητὴν δεῖ, εἶπερ μέλλοι ποιητῆς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἅλλ' οὐ λόγους. Utrumqve ſecutus Plutarchus; qvi, librô de audiendis Poëtis, judicat, Empedoclem, & Parmenidem in Phyſicis, Nicandrum in Theriacis, Theognidem in ſententiis moralibus, carmen, non poëma condidiſſe; numeros autem pro vehiculo mutuatos eſſe à Poëta, quò pedestris effugerent ſtyli humilitatem. Nam, inquit, Θυſίας μὲν ἀχόρους, καὶ ἀναύλους, ἴσμεν· οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυνθον, οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν. *Sacrificia novimus choris & tibiis carentia; Poëſim verò fabularum, & figmentorum expertem, non novimus.* Itaqve & Poëticen vocat τέχνην μιμητικὴν &, ex vulgato Simonidis dicto, ſcribit, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ ſιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν. *Picturam eſſe poëſim loquentem; poëſin autem tacitam picturam.*

2. §. *Solum profectò metrum poëtam non facit*

Neque enim putandum, quisquis sciat  
versum pedibus instruere, cum cum Ennio  
obdormivisse in Parnasso, ac derepente scili-  
cet poëtam prodiisse. Sanè Horatius, quæ  
planè ignorare non potuit, quid sit poëtam  
esse, negat se in satyris, atque epistolis, no-  
men mereri poëtæ. Ut in quibus nihil sit  
præter metrum: cum in poëta quiddam lon-  
gè augustius requiratur. Sed audiamus va-  
tem ipsum, *Lib. I. sat. IV.*

*Primum ego me illorum, dederim quibus esse  
poëtas,*

*Excerptam numero: neque enim concludere ver-  
sum*

*Dixeris esse satis, neque si quis scribat, uti nos,  
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.*

*Ingenium cui sit, cui mens divinator, atque os  
Magna sonaturum, do nominis huius hono-  
rem.*

Etiam Fabius, lib. x. cap. i. Cornelium  
Severum meliorem ait versificatorem, quàm  
poëtam. Quæ satis ostendunt, neutiquàm  
sufficere, ut rem metro non ineleganti in-  
clu-

cluseris. Quid igitur hac parte stultius dici possit Cæsare Michaële Parapinace ? qui cum poëticam nec primoribus degustasset labris ; simulac accepisset rationem faciendi versiculos, speravit, se jambos facturum æternum duraturos : si verè de eo scribit Glycas in iv. Annal. P. 466. edit. Basil. a. 1572. Elusum ait à Psello, quò magistrò utebatur. Eòque nomine ludibrium uterque debuerit.

3. §. Nimirum, præter metrum, minimum requiritur dictio non vulgaris ; talis videlicet, qualis esse poëtarum solet : & ea dictio debet animari spiritu poëtico.

Hinc Eumolpus apud Arbitrum præclarè inquit, *Sumenda voces à plebe summoia, ut fiat, Odi profanum vulgus, & arceo* : imò in epico carmine, ut idem ait, *per ambages, deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, præcipitandus est liber spiritus, ut potius animi vaticinatio appareat, quàm religiosa orationis sub testibus fides*. Quæ inprimis adversus Lucanum dicuntur. Sanè eum historicis potius, quàm poëtis, adnumerari à quibusdam doctis viris solere, Martialis quoque epigrammate cxciv. lib. xiv. satis constat. Servii etiam verba sunt in i. *Æn.*

Hoc

*Hôc locô per transitum tangit historiam, quam per legem artis poetica aperte non potest ponere. Lucanus namque ideo in numero poetarum esse non meruit quia videtur historiam composuisse, non poema. Posterioraque verba ex eo exscripsit Isidorus, Originum lib. viii. c. vii. Similiter de eo Jornandes in historia Getica: Lucano, plus historicô, quam poetâ, atestante. Et Joannes Saresburiensis, lib. ii. Policratici, c. xix. Innuit etiam poeta doctissimus: si tamen poeta dicendus est, qui verâ narratione rerum ad historicas magis accedit.*

4. §. *Atque ut multi ex solo metro malè colligunt, aliquem esse poetam: ita contrà aberrant alii, qui existimant, ne quidem requiri metrum, ut poeta aliquis dicatur. Hac tamen sententia à nonnullis ipsi tribuitur Aristoteli.*

Inter ceteros id facit eruditissimus vir, Franciscus Robortellus. Hujus igitur judiciô, sine metro poema fuerit, si adsit imitatio. Ut videmus in Luciano, Heliodoro, Achille Statio. Item Appuleio, Martiano Capella, etiam Utopia Mori. Hoc quibus placet, primùm urgent, quòd Aristoteles ἐποποιῶν fieri scribat, ἢ μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ μέτροις: aut solutâ oratione, aut metrô. Neque, inquit Robortellus, est, quòd ambi-

bi-

bigat quis, num orationem proſam per φιλοῦς λόγους ſignificet, cū ſimiliter locutus ſit librō 111. Rhetoric. Hoc ſi placet, vocārit Ariſtoteles orationem pedēſtrem φιλοῦς λόγους, q. d. nudos ſermones, qvia nudata ac deſtituta eſt illō adventitiō metri ornamentō. Ac videtur hæc ſententia & aliis poſſe adſtrui argumentis. Nam Plato quoque eōdem modō locutus eſt, cū alibi, tum in ſecundo de Legibus, cū ait: λόγους φιλοῦς εἰς μέτρα τιθέντες i. e. *Nudos ſermones in metra redigentes.* Quare non mirum, ſi Ariſtoteles Socráticos ſermones primò ab Alexamene, poſtilla à Platone ſcriptos, poëmatum nomine dignetur. Idem iudicium eſto de multorum epistoſis amatoriis, prorsū oratione ſcriptis. Nam ut ex Clearchi ἐρωτικῶν librō 11. Athenæus refert in decimo-quarto operis ſui, Καὶ τὰ Ἀσωποδώρου περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεως ἐſτιν. i. e. *Et ea, quæ ſcripſerunt Aſopodorus de Cupidine, & omnes in totum amatorias epistoſas, genus quoddam eſſe amatoria poëſis in oratione ſoluta.* Ita enim eum locum εὐστόχως, ſeu felici conjecturâ, emendabat Caſaubonus, Lib. xiv. *Animadverſ. in Athenæum c. ix.* Quantò autem magis poëtis accenſeri debeant Lucia-nus, Heliodorus; & ſimiles, quos antea di-

dicebamus! Qvòd planè asserit Delrio librò de tragœdia c. 11. Et hæc qvîdem pro Robortelli sententia adferri possunt.

5. §. *At alii censent, Aristotelem nunquàm agnovisse ullum poëma ἄμετρον. Qvîcqvîd verò in contrarium adfertur, id subnixum ajunt unò alteròqve locò malè intellectu.*

Ex horum sententia φιλὸς λόγος ab Aristotele aliter in Poëticis, aliter in Rhetoricis sumitur: in Rhetoricis φιλὸς λόγος opponitur τῷ ἐμμέτρῳ: at in Poëtica sic dicitur oratio spoliata rhythmò, & harmoniâ: quæ sententia est Scipionis Gentilis, lib. 11. Παράργων, c. xxix. & Casaubonî, librò 11. de Satyra, c. ult. Nempe îls φιλὸς λόγος non ἀπλῶς, sive simpliciter, est oratio soluta; sed ea solùm, quæ vacua sit aliquâ re. Itaque nihil mirum, si λόγος lib. de Poëtica non de prorsâ oratione intelligi debeat, sed de Poëtica; utut hoc non exprimatur. Neque est, qvòd, in verbis Aristotelis antea adductis, ἀντίθεσιν, seu oppositionem urgeat quisquam; cùm, si hos audimus, ea ibi loci nulla sit. Nam particula ἢ correctionis, seu explicationis causâ additur; qvòd & aliàs ab Aristotele crebrò fieri, P. Victoriûs ostendit. Itaque sententia fuerit, *Nudâ oratione, sive, ut rectius dicam, metrò*: vel in

T

hunc

hunc modum, *Nudâ oratione, seu, ut staritâs dicam, metrô.* Differunt hi duo exponendi modi, quod in priori sit *ἐπανόρθωσις*, seu, *correctio*. in posteriori *ἐξηγήσις*, seu, *interpretatio*. Εξηγήσει verò usus sit Aristoteles, quia λόγου vox latè patet, cum etiam de αἰμέτρῳ, i. e. *Metri experite* usurpetur. Quare, ut Aristoteles ostenderet, usurpari à se λόγου vocem, quomodo & Plato eâ usus erat, pro λόγῳ αἰμέτρῳ, seu *sermone*, qui *μετρά concludingur*: eò subjecerit, ἢ μέτρῳ, vel *metrô*. Certè eodem in libro, quod antè dixerat φιλοῦς λόγους, ἢ μέτρον, id unâ voce appellat φιλομετρίαν. Hæc sententia videtur ex serie etiam verborum Aristotelis posse comprobari. Nam primùm enumerat sex genera poësis, ἐποποιίαν, τραγῳδίαν, κωμῳδίαν, διθυραμβοποιητικὴν, αὐλητικὴν, καὶ κithαριστικὴν: h. e. *Carmin epicum, tragicum, comicum, distychambicum, camque poësin, quæ tibiis utitur, ac citharâ*; atque universas ait constare imitatione. Hinc similitudinem adfuit ab aliis artibus; ut sculptura, quæ solam figuram imitatur; picturâ, quæ & colorem, & figuram, exprimit; Subjicit, similiter poësin variare pro varietate eorum, quæ imitatur. Verba ejus sunt; Οὕτω καὶ ἐν ταῖς εἰρημέναις τέχναις, ἀπασαι μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ, καὶ λόγῳ, καὶ ἀρμονίᾳ: τούτοις δὲ χωρεῖς, ἢ με-

μι-

*μετρικοί; sic in iis, quod diximus, artibus, omnes aut rhythmō imitantur, aut oratione, aut harmoniâ. Et his quidem vel seorsum, vel commixtis. Hinc singula suo generi adaptat. Harmoniâ, inquit, & rhythmō imitantur αὐλητικὴ, καὶ κιθάριστικὴ: Ars canendi tibiâ, vel citharâ. solo autem rhythmō, ὀρχηστικὴ, seu, Ars saltatoria. Supererat, ut exponeret, quæ ars tertio genere imitaretur, hoc est, λόγῳ, sive, oratione. Subjicit, esse id ἐποποιίαν, quæ hoc faciat, non harmoniâ, vel rhythmō; sed λόγοις ψιλοῖς, i. e. nudis sermonibus. Unde consequi videtur, velle eum ψιλοῖς τῆς ὁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ, i. e. oratione harmoniæ ac rhythmū experte, ac propterea addere, ἢ τοῖς μετρικοῖς, seu, aut metro.*

6. §. *In hocce dissensu ita statuimus, nullam quidem poësin Aristoteli esse sine metro: sed ἐποποιία tamen vocem apud eum completti tum imitationem eam, quæ fit prosâ; tum quæ metrô.*

Nempe assentire iis non possumus, qui λόγους aliud putant, quàm sermonem pedestrem. Siquidem clarè ait Aristoteles, se fingere nomen aliquod commune tum mimis Sophronis, & Xenarchi, tum Socratis sermonibus; ubi per *Socratis sermones* planè intel-



telligit dialogos Platonis, in quibus Socratem loquentem inducit, variosque ei sermones affingit: ut ea propter rectè ad imitationem sermonis, quæ per epopœiam signatur, revocentur. At ne utiquam intellexit carmen ullum, quod Socrates morti proximus cecinerit; siue id hymnus fuerit, siue (utrumque Plato in *Phædone*, p. 60. edit. Henric. Steph. refert) fabulas Æliopicas metrô tractârit. Non dubitandum enim, quin per Socraticos dialogos idem intellexerit, quod in Rhetoricis, lib. III; ubi ait, eos maximè fuisse ἠθικῶν, siue *Morales*; quod hymno, aut breviculo carmini, non satis convenit. Atque addit, è contrario ἡθικῶν non esse Mathematicos sermones; qui sanè pedestres; ut itidem Socratis dialogi fuerint pedestres. Saltem concinnior sic fuerit comparatio. Nec mirum, si non exprimat nomen Platonis. Mos enim is Aristotelis est, ut cùm Platonem latenter fuggillat, non eum nominet; sed Socratem potius, quia soleat Socratem inducere loquentem, ac primas ei ubique penè deferat. Eô etiam hæc sententia firmatur, quod Socrates ante extremum penè vitæ diem nihil scripsit; præter ea, quæ dicebamus: sermones verò reliquisse, nec Laërtius in ejus vita, nec alius veterum prodidit. Hanc mentem

tem esse verborum Aristotelis, etiam sententia est Vincentii Madii: cuius verba non dubitabo adferre. Cum, inquit, *epopœiam* tum solutâ oratione, tum etiam metris, imitationem facere dixerit; *epopœia* verò propriè dicta, & ut ejus est communis apud homines usus, heroico metro addicta sit: se nobis Aristoteles merito nunc excuset, & rationem adfert, cur imitationem, oratione solutâ factam, *epopœiam* appellaverit. Nam si non, inquit, ita *epopœia* nomine latius utamur; nulla communis erit vox, quâ factam sermone tantum imitationem omnem significare possimus: qualis erat nimirum imitatio in mimis Sophronis, atque Xenarchi, ac præterea dialogis; quorum sive quadam oratione solutâ, quadam verò carmine; sive oratione solutâ omnia essent conscripta; cum in hoc tamen convenirent, quod sermone duntaxat imitarentur; unico sanè nomine vocari jure debebant. Id genus erat *epopœia*, aliter ac vulgò capi soleat, accepta. Nam, ut Græca vox indicat, tantum *epopœia* significat, quantum per verba faciens, id est, verbis imitans. Quorum mentem postea etiam semel, iterumque; repetit. Nimirum hoc voluit, quomodo Aristoteli, & aliis, πολιτεία interdum strictè sumitur, interdum laxè; ut comprehendat μοναρχίαν, ἀριστοκρατίαν, δημοκρατίαν, quæ Isocrati, & aliis, præse vocatur πολιτεία: quemadmo-

dùm quoque eidem Aristoteli in Rhetoricis  
 τεκμήριον laxè acceptum comprehendit tum  
 signa ~~certa~~ & indubitata, quæ propriè sunt  
 τεκμήρια, tum signa non necessaria, quæ  
 generali nomine σημεῖα ab eo vocantur: ita  
 & vocem *εποποιίας* nunc pressè ab eo sumi,  
 ut opus est poetæ epici; nunc laxè, ut imi-  
 tationem complectitur pedestrem; quomodo  
 dialogis convenit. Nec vox ab ea significa-  
 tione est aliena cum ἔπος generale sit nomen;  
 ut cum dico, *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, hoc est, *ut ita  
 dicam*, vel, *prope dixerim*. Sicuti autem in  
 eo hi errârunt, quod Socraticos dialogos ad  
 metrum retulerunt, atque eò nullam agno-  
 vère epopœiam proficam: ita alucinantur  
 alii, qui putârunt, Aristotelem, quando ad  
 epopœiam, ut Socratis sermones, sic So-  
 phronis mimos, refert, utrobique prosæ  
 exemplum adferre. Est hæc sententia Ro-  
 bortelli. Sed ei imposuit Suidas, qui So-  
 phronis mimos scribit prosâ fuisse composi-  
 tos: cum versibus scriptos fuisse, alibi Ari-  
 stoteles disertè testetur; & clarè id osten-  
 dant, quæ ex iis Athenæus, & Demetrius,  
 adducunt. At enim, inquiunt, nonne apertè  
 apud Suidam de Sosithen Syracusano, uno  
 ex Pleiade Tragica, ac Homeri Tragici æ-  
 mulo, legimus hæc verba, *γραψας καὶ ποιή-  
 ματα καταλογάειν* scripsit et poemata oration-

ne soluta. Nimirum vulgati eos codices deoepere. Nam planè legendum est, *ᾠδὰς καὶ ποιήματα, καὶ καταλογισθῆναι*, scripsit & poëmata, & orationem prorsam. Quare epopœia quidem Aristoteli tam latè patet, ut comprehendat imitationem sermonis, sive prosâ fuerit, sive metrô: at poësis nonnisi ea complectitur, quæ metrô constant. Cuiusmodi fuere etiam Sophronis mimi:

6. §. *Est profectò quomodo abſque metro poëma fuerit, cum eò aliquâ modulis conſtringatur, ut cani poſſit?*

Unde Hebræis poëta dicitur *משורר*, *meſchorer*, id est *cantor*, ac poëma *שיר*, *ſchir*, hoc est, *canticum*: nempe à *שור*, *ſchur*, quod est *canere*. Similiter Græcis ἀπὸ τοῦ αἰδεῖν, *canere*, est αἰδὸς, *Poëta*; & αἰδὴ, *carmen*. Poëtæ etiam Latini *canere* se dicunt: Musæque iis *Camena*, quæ priùs *Casmena*, & *Carmena*; ut monitum Varroni, lib. vi. de L. L. nempe ab antiquo *casno*: pro *cano*: unde & *casmen*, quod postea *carmen*: quomodo *Papirii*, *Valesii*, *Fusii*, *Auseſii*; postea *Papirii*, *Aurelii*, *Furii*, *Aurelii*: ac ex *asa*, *Lases*, *fese*; *ara*, *Lares*, *feriae*; ut Fabio, Festo, Macrobio, & Velio Longo, ob-

296 Is. CASAUBONI DE ROM. SAT. &c.

fervatum : eodemque redeat, si fortè simplicius videatur, ex *canimen* esse *carmen*, ut à *genimen* *germen*.

FINIS.



C Y.

CYCLOPS  
EURIPIDÆ  
LATINITATE  
DONATA

A

Q. SEPTIMO FLÓRENTE  
CHRISTIANO.

2011  
2012

2013

2014

2015


2016

# ISAACUS CASALIBONUS

CLAUDIO CHRISTIANO

FLORENTIS F.

S. D.

URIPIDEAM Cyclopem Latine  
olim à clarissimo viro, parente tuo  
versam, & nudius septimus mihi  
à te communicatam, eruditissime  
Christiane, magna cum voluptate, ut omnia illius, legi. Quæ præcipua laus in hoc genere scriptionis meritò censetur, ὁ χροῦς καὶ πίνος τῆς ἀρχαιότητος, & antiquorum sine affectatione aut damno sententiæ, æmulatione: eâ laude sic excellunt quæcumque vel de Latinis Græca, vel Latina de Græcis ὁ μακρίτης pater tuus fecit: ut præcellumne & veteribus comparandum ejus ingenium, an absolutam utriusque lingvæ notitiam prius admirer, haut facile statuam. Etsi autem non ignoro factum iri injuriam pietati tuæ adversus optimum parentem, & amoris erga Musas, quas studiosè colis: si quis te in publicandis illius scriptis fuisse hactenus cessato-



torem dicat: non tamen dubitabo vel ἐκ πε-  
ποιρίας te convenire, hortariqve etiam &  
etiam, ut communi huic studiosorum voto  
relictis rebus qvàmprimum satisfacias. In-  
terea verò fabulam hanc, qvæ, ut liqvìdò  
probavimus, Satyrica est, cum iis qvæ de  
genere illò Græcæ poëseos disputamus, in  
lucem simul edere, qvoniam fidei nostræ  
eam permiseras, placuit: neqve tu, opinor,  
consilium improbabis. Vale.

Q. SEPT.

# Q. SEPT. FLOR. CHRISTIANI OPERA.

## LIBRI EDITI.

**P**AX *Aristophanis Latine versa.*  
*Philoctetes in Lemno Sophoclis.*  
*Septem thebana Æschyli.*  
*Andromacha Euripidis.*  
*Sphæra vetus Empedoclis.*  
*Tetrasticha Græcis & Latinis versib. Pibracii.*

LIBRI EDENDI, QVOS HABET  
 penes se Claudius Christianus  
 Florentis F.

**V**ESPAE & *Lysistrata Aristophanis.*  
*Cyclops, Baccha, Iphigenia Taurica Euripidis.*  
*Trachiniae, Sophoclis.*  
*Prometheus, Æschyli.*  
*Theocriti Idyllia, ejusdem vel Simmiae Rhodii*  
*Ara, Securis, Ala, Ovum. Item Musæi*  
*Poëmatium. omnia Latine versa cum notis*  
*ad Græcæ.*

Pars

*Pars maxima epigrammatum Græcorum Anthologia Latina facta.*

*Apollonii Rhodii Argonaut. versio Latina cum notis.*

*Iliados Homeri liber primus.*

*Euangelium Luca & Acta Apostolorum Græcis versibus cum notis.*

*Liber Davidis, Græcis versibus.*

*Aliquot psalmorum Davidis Græca paraphrasis.*

*Ecloga Virgilii in Græcum translata.*

*Thebais Seneca Græca.*

*Homilia x. Chrysostomi è Græco in Latinum sermonem translata. varia poemata Græca & Latina.*

EURIPIDIS CYCLOPS  
 TRAGŌEDIA.  
 Q. SEPTIMO FLORENTE  
 CHRISTIANO  
 INTERPRETE.

SILENUS



E Bromie propter quorū labores haurio

Nunc, & juvenas nostra cum vicesceret!

Junone primum quando agente ut furens

Nymphas alumnas deserebas montium,  
 Dein cum Gigantum dura bella praelians  
 Tuis & adstans armiger vestigiis  
 Per scutum adacta cuspide Enceladum dedi  
 Leto. Quid? an me vana ludunt somnia?  
 Haud certē, aperta spolia vidit Eujus  
 Nunc grandiores anculo ærumnas miser,  
 Nam Juno postquā iniqua prædones tibi  
 Tyrrhenicos invexit ut longē viam  
 Ires, ego istud rescians cum liberis  
 Conscendo navem quæritans te, & dirigens  
 Pro puppe summa eardinem servaculi  
 Pueri sedentes remigabant, & salis  
 Spumas ruebant albicante palmulā:  
 Tu quæstio illis ô here, ac Maleam propē  
 Enavigantes plena flans in carbasa

Apc.

Apeliotes nos in hanc Aetnæ specum  
 Abiecit, in qua tesca Coclites loca  
 Hominum necatrix stirps colunt Neptunia  
 Nunc unus ex his servitutis asperæ  
 Nos compotivit, cujus in testis sumus  
 (Polyphemus illi nomen est) & impio  
 Greges Cyclopi pascimus non Bacchicos  
 Cantus foventes: Jam mei pueri foris  
 Teneras in altis vallibus servant oves.  
 Mihi verrere ipsa testæ & implere alveos  
 Jussum est, Cyclopi qui dapes nefarias  
 Spurco ministrem. Nunc necesse est exsequi  
 Mandata domini, & hirpice ædes ferreâ  
 Everrere istas, antra ut intret tempori  
 Purgata Cyclops, moxque venturi greges.  
 Sed ecce pueri qui greges pastos agunt:  
 Quid est quòd adeo subsilitis? an & hic  
 Sicinnis illa est qualis olim in gratiam  
 Saltata vobis Liberi Alæheæ domum  
 Cùm fecta ducebatur armati chori  
 Versus canente delicatos barbitò.

CHORUS SATYRORUM,  
 Epodicæ, Strophæ.

**Q**UO patrum præstantum progenies  
 Et foetorum soboles  
 Quo te fers in scopulos?  
 Non dulcis hîc strepit aura  
 Non herbæ aut gramina sunt  
 Nulli fluminum latices  
 Hîc implent lintres propè spe-  
 luncas, non foetus teneri  
 Mugiunt. abin' ocyus? jugum.  
 Hoc roscidum potin' ut  
 Linquas? ohe, vel lapidem

Ja-

Jaciam tibi, ni recedes  
Cornipeta stabuli dūx  
Cyclopici agrivage.

## ANTISTROPHA.

**P**Rægnates laxa flammas ovis ô  
Foeta & præbe teneris  
Agni qvi servant thalamos  
Petuntqve te timidi illi  
Balantes lucicubæ :  
Quando nota septa repetes  
Linqvens herbida ista juga  
Aetneos intra scopulos?  
Non enim hic Bromius, aut tripudia  
Bacchæve thyrsigeræ,  
Aut tympanorum ululatus  
Ad fontium aquæ tubulos,  
Non vini guttæ virides  
Nec Nyssa neque Nymphæ.

## EPODUS.

**I**Acchicum Iacchicum ecce  
Canto carmen Cytheræ  
Quam dum venaturio  
Albis cum Mænadibus  
Incitus avolo : Qvò dulcis  
Nunc Bacche vagans  
Flavos quassas crines?  
Ego heu minister tuus  
Addictus Cyclopi  
Servio lusco  
Tristis inerrans, pellemqve hanc  
Indutus, tui eheu  
Moerens diffidium.

SIL: Tacete pueri, scrupulosqve in fornices  
Famulos jubete inigere compactum pecus.

CH. Ite ergo : sed quid ista sic satagis parer ?

V

SIL. Sca-

SIL. Scapham Pelasgam cerno ad oram littoris,  
 Aptosque remis principes cum exerciti  
 Ductore, ad istud curre antrum, inania  
 Cervice vasa qui ferunt & urceos  
 Laticis capaces victum egeni quaritant.  
 Eheu misellos hospites qui nesciunt  
 Inhospitale quale tectum escenderint,  
 Polyphemus & quam sit ferus: mala alite  
 Hominum voraces qui petunt Cyclopicas  
 Malas: Silere, quò sciamus qui genus,  
 Unde applicarunt rupis Aetneæ juga,

ULYSSES.

MONstrate, sultis, hospites, quâ flumi-  
 nis  
 Possimus undâ nunc sitim restingere,  
 Aut unde nautæ præstinemus indigi  
 Cibos: Quid hoc rei? ecquid hoc Bacchi  
 oppidum est?  
 Satyros ad antra saltitantes intuor.  
 Salvere primum ætate majorem volo.

SIL. Salve hospes & tu, effare patriam & ge-  
 nus,

UL. Ithacus Ulyssæus Rex Cephallenî soli.

SIL. Novi virum argutum & acre Sisyphi genus.

UL. Ille ipse sum, sed abstine à convitiis.

SIL. Unde ergo tandem accessisti in oram Sicelin?

UL. Ex Ilîo alta & Troicis laboribus,

SIL. Viam ad penates nesciebas patrios?

UL. Huc me procellæ perpulere ingratiis.

SIL. Papæ! ergo sortem sustines parem meæ.

UL. An hucce nolens tu quoque asportatus es?

SIL. Sectans latrones avehentes Liberum.

UL. Quænam ista regio est, qui viri terram in-  
 colunt?

SIL. Trinacriæ Aetna culmen excelsum.

UL. Ubi

UL. Ubi oppidum, & turrita præsimumia?

SIL. Deserta tantum saxa tellus hæc habet.

UL. Hominésne tesqva inculta vel feræ tenent?

SIL. Colunt Cyclopes antra, non structas domos.

UL. Qvis jura dat, num populus imperii capax?

SIL. Gens barbara ista est neminiqve obnoxia.

UL. Serúntne dona Cereris, aut qvis victus est?

SIL. Vivunt ovillâ carne, lacte, caseô.

UL. An & fruuntur flore Bacchi viteô?

SIL. Minimè, etenim sunt incolæ ingrati soli.

UL. Súnntne isti amantes hospitum & sanctè pii?

SIL. Ut qui † svaſes ferre carnes autument.

UL. Quid ais? an hi vescuntur humanâ dape?

SIL. Mactatur hospes quisqvis hucce venerit.

UL. Ubi ille Cyclops dirus est? an intus est?

SIL. Foris est ad Aetnam ubi catulis captat feras.

UL. Fugam ut paremus scin' qvis expediat modus?

SIL. Clam me est Ulyſſeu, dic modò adjurim libens.

UL. Far vende nobis, nostra quæ penuria est.

SIL. Nos tantum habemus carnem, ut antè diximus.

UL. Et dulce certè est hoc famis solatium.

SIL. Acremque caseum atqve lacte bubulum.

UL. Proferte, nam lux æqua mercimoniis.

SIL. Quantum rependes auri in istam gratiam?

UL. Nullus fero aurum, sed liqvore Liberis.

SIL. Dulces amores, qvis caremus tamdiu.

UL. Dei propago poculum hoc dedit Maron.

SIL. Quem nempe pusum quondam in ulnis sustuli.

UL. Bacchi ille natus, ut scias disertius.

SIL. Tenésne, quæso, an navis in foro latet?

† quos

V 2

UL.



UL. Hunc celat utris iste quem vides, senex.

SIL. Non est ut istam implere maxillam queat.

UL. Bis tantidem auget quantum ab utre fluxerit.

SIL. Fons nempe pulcher & mihi gratissimus.

UL. Vin' experiri primulum gustum meri?

SIL. Jure istud inquis, gustus emptorem vocat.

UL. Jam poculum ecce profero, atque utrem simul.

SIL. Fac ut recorder, en recludens concure.

UL. Eccum. SIL. Papæ. venustus huic inest odos.

UL. Tibine visus? SIL. non, sed olfactus modò.

UL. Nunc gusta ut istud ne æstimes. verbis tenuis:

SIL. Babæ Evius me saltitare volt: ha ha.

UL. Adeone fauces ille turbavit tuas?

SIL. Ut usque ad ungves ultimos defluxerit.

UL. Præter merum istud, aureum nummum dabo.

SIL. Faceßat aurum, tu modò utrem solvito.

UL. Et caseos efferte tum foetus novos.

SIL. Faciam, nec hilum heri minas curavero,

Paratus unò Liberi vel poculò

Mutare Cyclopum omnium armenta & greges

Et jacere ab alta Leucadis rupe in mare

Hilaris remissâ fronte, vinò saucius.

„ Qvi potus haud lætatur infano assidet.

Qvin tum libido tensa gaudet surgere

Mammâsqve tractat. atque lascivâ manu

Saltum paratum affectat & saltat lubens,

Oblivioni dans mala, hunc exosculans

Merum liqvore, jubeo flere barbarum

Cyclopa, & orbem fronte quem torvâ gerit.

Adesdum Ulyßeu, nempe paucis te volo.

UL. Fas

UL. Fas est amicis ut cum amicis colloqui.

SIL. Troiámne vos Helenámque cepistis manu?

UL. Et universam evertimus Priami domum.

SIL. Ergo hanc receptam vos puellam feminam

Omnes vicissim depulistis: nam virum

Ambibat illa plurimorum nuptias.

Patriæ virique proditrix quæ cum Parin

Pictis videret crura amictum Persicis,

Monile collô qui gerebat aureum,

Amore perdita Menelaum deserit

„Homuncionem illum optimum: vellem omnibus

„Omnes periissent feminæ præter mihi.

En ista nutrimenta pastorum cape

O Rex Ulysse augmenta balantis gregis,

Lactisqve pressi & caseorum copiam..

Aufferte numero & ocyus facessite

Bacchique donis gratiam rependite.

UL. Hei mi ille Cyclops en adest, quid facto opus?

Senex, periiimus, qua fugam parabimus?

SIL. Intra petram istam vos latebitis facul.

UL. Malum grave inquis. \* currere intra retia.

SIL. Nihil pericli: effugia multa habent petra.

UL. Non sic abibit, hoc doleret Iño

Si nos homo unus territet, qui sæpius

Umbone clypei mille repulimus Phrygas.

Aut vita nostra pristinum server decus,

Aut si occubandum est, occubemus fortiter.

SIL. Omitte, da, quid tergiversaris? quid est?

## CYCLOPS.

Quid ista volt bacchatio? haud hic Evius

V 3

Hand

\* in plagas evadere

Haud tympanorum plausus, aut fistra ærea.  
 Novella in antris quid mihi foetura \* nunc?  
 Matrumne sugunt ubera, an premunt latus?  
 Pressumne fiscos lac replevit junceos?  
 Quid dicitis? quid aurumatis? forsitan  
 Plorabit aliquis. ora sursum tendite.

SIL. En nos ad ipsum extollimus oculos Jovem.  
 Et astra video & Oriona fulgidum.

CY. Structum ne ritè est & paratum prandium?

SIL. Præstò est: vide ut sis apparatus gutture.

CY. Quid? suntne multò plena lacte cymbia?

SIL. Ut si volenti sit tibi, potes cadum.

CY. An est ovillum, an bubulum, an promiscuum?

SIL. Quod adlubescat, dum me ne bibas modò.

CY. Nunquàm hoc futurum est, namque ventre  
 in intimo

Vestri enecarent me modi salisubuli.

Hem! quæ ista turba est ad stabula quam  
 conspicio?

Abigei in hoc venêre vel fures solùm:

Videoque ab antris vimine intortò meis

Agnos, quibus sunt colligata corpora.

Et lacte plena vasa, tum calvum senem;

Contusa plagis ora cui protuberant

SIL. Proh vulneratus febrío infelix, eheu!

CY. Qvis, vetule, pugnis contudit tuum caput?

SIL. En quos, quod ista auferre nullus siverim.

CY. An nesciebant me Deum, & Diis profatum?

SIL. Dixi quidem, sed obrulêre pecuniam

Ac me esirârunt non sinente caseos,

Agnosque sustulêre: quin & triplici

Vincto numellâ interminabantur tibi

Per umbilicum expectorassere ilia

\* agit?

Et

Et pressa flagris terga verberassere :

Hinc te revinctum & navis injectum foris

Ad onera quævis bajulanda vendere.

CY. Ita ergo verum est ? numero abi & secespi-  
tas

Mihi redde acutas, ligneisque fascibus

Suppone flammæ ut statim mactem hospi-  
tes,

Stomachum latrantem qui impleant vivo  
super

Carbone, calidam qui dapem facit popæ.

Partem in lebere coctam & elixam volo,

Nam me ferinæ jamdiu tædet dapis.

Nimis leoninæ atque cervinæ satur.

Humana pridem non cibant me funera.

SIL. Desveta semper fercula ô Cyclops here  
Sunt dulciora, nempe factum est jam diu  
Cum nullus antris hospes accessit tuis.

UL. Cyclops, vicissim & hospites nunc audias.  
Victum studentes mercede nobis quærere  
E nave nostra ad antra venimus tua.

Hic illico agnos pro meri mercatus est

Cratere, & haustô poculô nobis dedit

Volens volentibus, nec ulla vis fuit.

Nam quæ est locutus falsa sunt & perpera,

Clâm deprehensus vendidisse res tuas.

SIL. Egône ? Dii te perduint. UL. si mentior.

SIL. Testor parentis numen ô Cyclops tui  
Tritona testor maximum atque Nerea  
Testor Calypso Nereique filias.

Sacrôsque fluctus, tum omne piscium ge-  
nus.

O mi herule Cyclopisce mi formosule,

Ne crede, nunquàm vendidi hospiribus tua.

Si fallo, chara pereat hæc soboles mihi.

CH. In te experunt hæc, vidi ego hospitibus prius

Hæc te ipsa commutantem. ita est, pereat pater

Si falsa dico, at hospites ne læseris.

CY. Mentimini omnia: hunc enim spero senem Rhadamante multo iustiora proloqui: Lubet rogare, unde enatâstis, hospites?

Quæ patria, quæ vos educavit civitas?

UL. Genus Ithacense est, Iliôque diruta Ventô marinis intonante fluctibus Detrussi in oras adsumus tuas Cyclops.

CY. Helenésne raptus qui scuti adulteræ Trojam petiistis, quæ Scamandro proxima?

UL. Ipsi, labores qui graves anclavimus.

CY. Proh quam pudenda militia! cùm feminæ Unius ergo navigâstis ad Phrygas.

UL. Deus ista fecit, neminem inculaveris.

At te ô marini clara progenies dei

Oramus ore supplicantes liberô,

Nolis amicos antra qui tua applicant

Occidere, impièque malis mandere.

Qui tot parenti templa posuimus tuo

O rex & aras in frequenti Græcia:

Sacer integrèque Tænari portus manet,

Maleæque summa columnina, atque Sunii

Divæ Minervæ petra stat subcandida

Geræstiûmqve asylum: & ipsi barbari

Nullum imputabunt Græciæ probum Phryges.

Quam gloriam & tu fac tuam, nam Græciæ

Habitas recessus sub juga Aetnæ flamma

Mor-

Mortalis utque lex jubet, feros loci  
Mores relinque, animúmque mitem conci-  
pe

Ut supplicantes hospitalis naufragos  
Sub recta capias, vestibúsque indulgeas.  
Non fixa magnis membra verubus instru-  
ens,

Latrantem ut aluum & guttur expleas  
tuum.

Sat regna Priami hausere Graji sanguinis,  
Sat hosticus vastavit ensis, feminas  
Orbans maritis, atque matres filiis:  
Canósque patres sat dedit: nunc si cremas  
Vorásque Martis quis pepercit alea,  
Ubi tuta sedes? sed mihi crede ô Cyclops,  
Infanientis aufer hunc gulæ imperum.

„ Pius esse malis quàm impius, nam pluri-  
mis

„ Inhonestâ magnum lucra conciliant malum.

SIL. Mihi es monendus, ne quid hujus carniûm  
Prorsus relinqvas, quippe si momorderis  
Lingvam, disertus & loqvax Cyclops eris.

CY. O homule Plutus est deus sapientibus.  
Decora verba cetera & strepitus puta.  
Arces marinas quas meus statuit parens  
Nihil moror, quid ista verbis efferam?  
Nec contremisco ô hospes ad fulmen Jovis,  
Præstantiorem hunc nec puto præ me  
deum.

Nihilque curo cetera. hoc cur autumem,  
Audi: è supremo cùm æthere imbrem fun-  
ditat

Tum rupi in ista densa habens tentoria  
Assúmque vitulum epulatus aut aliquid fe-  
rum,

Jacens supinô ventre, lactis seria  
 Pota, satur pertundo pallium, & sonis  
 Certans meis contra Jovis tonitrua.  
 Aquilo deinde cum spuit canas nives,  
 Spoliis ferarum tum meum corpus tegens,  
 Focû nqve flammis exstruens, sic negligo.  
 Terram, necesse est seu velit seu non velit,  
 Herbas ferentem, impingvet ut meum pec-  
 cus.

Mihi inde soli sacra patrans offero  
 (Nulli deorum) istîqve ventri maximo.  
 Totis diebus ~~esse~~ potare affatim,  
 Hoc est Jovem esse, humana si quid mens  
 sapit.

Nec se dolore macerare: vapulent  
 Mortalium qvi simplicem vitam priûs  
 Variare fixis institerunt legibus.  
 Nec desinam usqve facere meo animo vo-  
 lup

Et te vorare: munera hospitalia  
 (Ne culper) hæc sunt, ignis & patrius le-  
 bes,

Qvi bulliente membra vestra murmure  
 Pulcrè tenebit: ite nunc intrò, & deo  
 Stabuli jocos parate, dein epulas mihi.

UL. Heu heu labores Troicos evasimus  
 Sævûnqve pelagus, nunc cor applicavimus  
 Hominis nefandi importuosum inhospitum.  
 O Pallas, ô Regina progenies Jovis  
 Succurre quæso, Troicis angustiis  
 Majora longè invenimus discrimina.  
 Hæc tu micantum siderum sedes tenens  
 Vide hospitalis Juppiter: nam ni vides  
 Frustra arbitramur te deum qvi nil fies.

MO-

## MONOSTROPHICA.

CH. **L**Ati gutturis tui ô Cyclops  
 Acutâ labra sint, parata nam tibi  
 Tosta caro assâqve nunc satis \* igne carbo-  
 num:  
 Scindas edâsqve membra age hospitum  
 Tepida, in pelle sacrificata capræ.  
 Vah ne scinde mihi:  
 Feras, rogo, unus unico ratis scapham.  
 O vale aula, vivite antra,  
 Vos valete sacra quæ  
 Patrat impius heu  
 Vorans homines Cyclops  
 Ex Aetna, hospitibus  
 Tremendus, ille sangvinem  
 Humanum adulans corde  
 Ah ferô nimis, suæ  
 Peregrinos mactat advenas domi:  
 Scindit, mandit corpora cocta epulans  
 Hominum horribili  
 Rictu è carbonibus calentia.

## I A M B I.

UL. **P**Rò Juppiter! quam diritatem vidimus  
 Parratam in antris, dicta vix facient fi-  
 dem,  
 Hominum nec apta moribus, sed fabulis.  
 CH. Quid est Ulyssæ? num tibi charos Cyclops  
 Comites nefandus devorator perdidit.  
 UL. Dûoprehendit corpora & manibus tulit,  
 Quæ pingviora & habitiora viderat.  
 CH. Miselle, quonam facinus hîc factum est  
 modô?

\* *satin*

Ubi



Ubi hoc petrosæ ascendimus terræ solum  
 Accendit ignem primitus, lato foco  
 Truncata quercus robora altæ subjicit  
 Quantum tria olim plaustra vix ferant  
 onus  
 Deinde frondes sternit abiegnas humi  
 Statuitque pronus propter ardentem focum:  
 Cratera, lacte tum coronat candido  
 Vitulasque mulget, is decem crater ferè  
 Est amphorarum, ederæ propè apponit  
 scyphum.  
 Tris latum ad ulnas & profundum ad quatuor,  
 Hinc æs lebetis subdit igni ut ferveat,  
 Veruâque deinceps summa Volcano admovet,  
 Non falce sed polita Rhamni stipite,  
 Aetnea vasa deinde victimaria  
 Securibus dolata, ubi orcivus coquus  
 Cuncta apparavit hostis infestus Deum  
 Duosprehendens ex meis sodalibus.  
 Mactat quasi in numerum, hunc quidem  
 intra aheneum  
 Jugulat lebetem, illum è pede ad collum  
 rapit,  
 Frangensque acutum ad rupis ungvem, limina  
 Spargit cerebro, & ense carnes distrahens  
 Lucentem ad ignem torret, & partem artuum  
 Coqvendam aheno tradit, interibi miser,  
 Ego flens Cyclopi subministrabam popz.  
 Trepidi latebant ceteri, ut pulli alites  
 Spelunca in ima, exsangvis his erat color.  
 Ubi

Ubi se meorum explevit impiâ dape  
Gravémque ab ore eructat halitum eubans,  
Virtute Divûm hæc machinor, scyphum merô  
Maronis implens, præbeo illi ut hauriat,  
Hæc verba fatus, Orte Neptunô Cyclops  
Age experire qvale vites Graciæ  
Nectar rulerunt dulce Bacchi gaudium.  
At ille fatus impudente ferculo  
Accepit, uno spiritu hausit impiger,  
Laudâtque & altè sustulit manum, inqvi-  
ens.  
Bonum dedisti post bonas potum dapes  
Dulcissime hospes: atque sic lætum vi-  
dens  
Calicem regessi denuò, hæc mecum pu-  
tans,  
Hunc fauciabit Bacchus ad pœnas vo-  
cans.  
Jam coeperat. cantare, cùm super inge-  
rens  
Calicem superque, ardere cogo viscera  
Potu frequenti, at ille dum plorant  
mei  
Inconditum cantillat, huic reboant spe-  
cus.  
Tacitè hinc regressus mèque réque si vo-  
les  
Salvom dare opto, dicite ecquid barba-  
rum  
Effugere monstrum voltis, & Bacchi sa-  
cra  
Celebrare rursus atque Nympharum cho-  
ros.  
Jam vester intus ista laudavit pater,  
Sed langvet ille debilis vinô madens

Vin-

Ubi hoc petrosæ ascendimus terræ solum  
 Accendit ignem primitus, lato foco  
 Truncata quercus robora altæ subjicit  
 Quantum tria olim plaustra vix ferant  
 onus

Deinde frondes sternit abiernas humi  
 Statuitque pronus propter ardentem focum:

Cratera, lacte tum coronat candido  
 Vitulâsque mulget, is decem crater ferè  
 Est amphorarum, ederæ propè apponit  
 scyphum.

Tris latum ad ulnas & profundum ad quatuor,

Hinc æs leberis subdit igni ut ferveat,  
 Verûaque deinceps summa Volcano admo-  
 vet,

Non falce sed polita Rhamni stipite,  
 Aetnea vasa deinde victimaria  
 Securibus dolata, ubi orciuis coquus  
 Cuncta apparavit hostis infestus Deum  
 Duos prehensens ex meis sodalibus.

Maçtat quasi in numerum, hunc quidem  
 intra aheneum

Jugulat leberem, illum è pede ad collum  
 rapit,

Frangensque acutum ad rupis ungvem, li-  
 mina

Spargit cerebro, & ense carnes distrahens  
 Lucentem ad ignem torret, & partem ar-  
 tuum

Coqvendam aheno tradit, interibi miser,  
 Ego flens Cyclopi subministrabam popz.

Trepidi latebant ceteri, ut pulli alites  
 Spelunca in ima, exsangvis his erat color.

Ubi

Ubi se meorum explevit impiâ dape  
 Gravémque ab ore eructat halitum eubans,  
 Virtute Divûm hæc machinor, cyphum merô  
 Maronis implens, præbeo illi ut hauriat,  
 Hæc verba fatus, Orte Neptunô Cyclops  
 Age experire qvale vites Graciæ  
 Nectar rulerunt dulce Bacchi gaudium.  
 At ille fætus impudente ferculo  
 Accepit, uno spiritu hæsit impiger,  
 Laudatque & altè sustulit manum, inqvi-  
 ens.  
 Bonum dedisti post bonas potum dapes  
 Dulcissime hospes : atque sic lætum vi-  
 dens  
 Calicem regessi denuò, hæc mecum pu-  
 tans,  
 Hunc fauciabit Bacchus ad poenas vo-  
 cans.  
 Jam coeperat. cantare, cùm super inge-  
 rens  
 Calicem superque, ardere cogo viscera  
 Potu frequenti, at ille dum plorant  
 mei  
 Inconditum cantillat, huic reboant spe-  
 cus.  
 Tacitè hinc regressus meque teque si vo-  
 les  
 Salvom dare opto, dicite ecquid barba-  
 rum  
 Effugere monstrum voltis, & Bacchi sa-  
 cra  
 Celebrare rursus atque Nympharum cho-  
 ros.  
 Jam vester intus ista laudavit pater,  
 Sed langvet ille debilis vinô madens

Vin-

Vinctusque visco Liberi, alis hæsitat :  
 Tu quem juvena roborat, mecum incipe  
 Nunc sospitari, recipe pristinum tuum  
 Dionysum amicum isti Cyclopi disparem.

CH. O si viderem vir bone operatam diem  
 Cyclope quæ nos liberet facerrumô !  
 Dulci caremus jam diu siphunculô,  
 Iacchi : at istinc exitus nullus patet.

UL. Adverte jam nunc quo modo hoc hominis  
 scelus

Ulciscar unde servituti te extrahas.

CH. Age fare, nam nec audiam libentiùs  
 Citharam Asianam quàm Cyclopa mor-  
 tuum.

UL. Fratrum Cycloperum iturus ad convivium est  
 Gavisus istâ porione Bacchicâ.

CH. Teneo, cupis mactare concinnô imperu  
 Solum repertum, aut præcipem è saxi da-  
 re.

UL. Nil tale, sed dolosa machinatio est.

CH. Quænam illa? nam te cautum & astutum  
 ferunt.

UL. Svasurus istud ne petat convivium  
 Dicam expedire ut solus hõc potu fruens  
 Vitam suavem degat, haud Cyclopibus  
 Impetriatur; cumque somnos duxerit  
 Vinô sepultus, grandem olivæ stipitem  
 Intus prehensum, hõc ense spicatum imi-  
 tus

Demittam in ignem, & cum præustum vi-  
 dero

Trudam locatum fronte sub Cyclopica :  
 Mediûmqve terebrans igne lumen eruam.  
 Quod fabricator navis expertus solet  
 Geminis habenis dum terebram dirigit :

Sic

Sic in Cyclopi luminosis vultibus.

Torrem rotabo & excavabo pupulas.

CH. Io Io. Inventa laudo & lætor insanum in modum.

UL. Mox te & sodales & senem imponens rati  
Properans gemella palmula hinc abduxero.

CH. Licebit ergo (quod deum lustralibus  
Sacris solemus) oculicidam sumere  
Torrem? adjuvare prorsus hanc eadem volo.

UL. Hoc torris iste postulat \* grandissimus.

CH. Centum essedorum ferre pondus nec graver,  
Oculum ut Cyclopi perditè execrabilis  
Farrim obtemus, ceu crabronum examina.

UL. Vos nunc filete, cum doli estis conscii,  
Quæ deinde iussu, tum Architectis sedulo  
Parete, amicos quippe cum reliquerim  
Sub antra, solum me piget servarier.  
Egresso ab illis sit licet facilis fuga.  
Sed non honestum est fas nec æquum, ut  
deferens

Comites amicos, solus effugiam malum.

## ANAPÆSTI.

CH. **A** Ge quis primus, quisve secundus  
Ordine torris remigium ferens,  
In Cyclopi medios † adigens  
Vultus penitum ruct orbem?

## SEMICHORUS

intus canens.

Mussa, mussa, scilicet ebrius  
Numeros modulans valde inamænos  
Lævus siticen, flere paratus

Scru-

\* gravissimus. † penetrans.

Scrupea gradiens recta relinquit.  
 Age cantantes erudiamus  
 Hoc rude pectus :  
 Certum est illum fore cæcum.

## ANACREONTICA.

- A** Nimi beatus is qui  
 Latices sʒavis uvæ  
 Bibit, Evióque patrat  
 Vitulante sacra cantu  
 Puerum fovens tenénsve  
 Meretriculam capillis ;  
 Bono odore ungvine nardi  
 Nitidus : Sed, loquitur, Qvis recludet?
- Cy.** Pa pa pæ satur Lyæô  
 Hilaris cibô & liqvore,  
 Oneraria ut carina  
 Tabulata ad usque ventris  
 Gemo summa : vere pulcrô  
 Epulas Cyclopum adibo  
 Bona nam cortis ager me.  
 Agedum huc, hospes, siste mihi utrem.
- Ch.** Oculis sʒave cernens  
 Viden' ut domum relinquit?  
 Aliqvis deus colit nos.  
 Decor at tuus nitentes  
 Superat faces, & intra  
 Thalami antra, bella Nympha es.  
 Varii tamen colores  
 Caput ex floribus ambient istud.

## JAMBI.

- Ul.** **C**yclops age audi, qvippe novi funditus  
 Bonum hunc Iacchum qvem propinavi  
 tibi.

**Cy.** Qvis

CY. Qvis iste Divus quem vocatis Liberum \* ?

UL. Magnus profectò ad læta vitæ commoda.

CY. Ego igitur istum lætus eructo deum.

UL. At neminem ille lædere ex animo solet.

CY. Cur utrem habere pro domo deum juvat ?

UL. Quà collocabis inde se facilem dabit.

CY. Sub pellibus cubare non decet deos.

UL. Modò hic voluptas, nil amari in pescia est.

CY. Odi quidem utrem, at poculum istud diligō.

UL. Ne desere ergo, quin bibe audacter Cyclops.

CY. Potum hunc svavem fratribus ne impertiar ?

UL. Solus potitus plus honoris auferes.

CY. Sed dans amicis audiam utilior meis.

UL. Bella atque rixas invehit convivium.

CY. Largè bibamus, nemo me taxit tamen.

UL. Heus tu domi esse convenit potum probè.

CY. Qvi potus epulum non adit, nullus sapit.

UL. Sapiens sed ille est, qvi manet domi ebrius.

CY. Silene quid agam ? censens' ut maneam domi ?

SIL. Censeo, nec alios quære convivas tibi.

CY. Nempe herba floret grandior humum vestiens

SIL. Qvin urit assus æstus, & bibere expedit.

Accumbe nunc resupinus atque hic adside.

CY. Ecce, Quid istum pone me scyphum locas ?

SIL. Ne forsan illum vindicet quis. CY. Scilicet.

Potare furtim postulas, age effer huc :

Tu nomen hospes, fare quò te nuncupem.

UL. Nullus : sed ecquam gratiam à te inivero ?

CY. Epulabor omnes post sodales te ultimum.

UL. Bellum redhostis hospiti munus Cyclops.

CY. Heus tu quid audes ? clanculum vinum bibis.

X

SIL. Imo

\* vel, *Istum Lyæum dic mihi an ferunt deum.*



SIL. Imo intuenti bellulum fert oscula.

CY. Plorabis ut qui non amans te vinum ames.

SIL. Quid ni autem amet, cum pulcrum amare me inqvias?

CY. Infunde, plenum da mihi solum scyphum

SIL. Qui, quæso, mixtum est? viderimus obsecro.

CY. Vah enicasis, sic volo. SIL. Haud certè prius

Quam tibi coronam videro & gustavero.

CY. Injustus es pincerna. SIL. Sed dulce est merum.

Abstergere expedit, facilius ut bibas.

CY. En labra pura, en undique extersi pilos.

SIL. Cubitum decenter apta & ordine, ita bibe  
Ut me bibentem nec bibentem conspicias

CY. Hem quid facis tu. SIL. Amystin, inquam, suaviter.

CY. Pateram cape hospes, & ministra nunc mihi.

UL. Ergo arguetur vitis ex mea manu.

CY. Age ingeras nunc. UL. Ingero, Sileas modò.

CY. Vix faciat istud qui adfatim potaverit.

UL. En fume & hauri, reliquum nil feceris.  
Tacentem oportet portione inemori.

CY. Papæ! suave vineæ lignum sapit.

UL. Sin potum adaxis plurimum ad multas dapēs

Siccūmqve ventrem maceres sic, dormias.

Sin quid relinqves, siccum Iacchus deferet.

CY. Io Io. Vix enatavi, purima ista gratia est:

Cælo videtur terra commiscerier,

Videre videor sidera & solium Jovis,

Cælestiumqve numen omne dæmonum:

Si gratiæ me nunc rogent non osculer.

Ca-

Catamitus iste mi sat est, qui præferam  
Pueros tenellos foeminarum amoribus.

SIL. Ego namque, Cyclops sum ille catamitus  
Jovis.

CY. Quem certe ab Ida Dardani raptum fero.

SIL. Pueri, extimesco, dura ne forsan feram.

CH. Accusa amantis ebrii lascivias.

SIL. Heu heu sopori forsitan gravi dabor.

UL. Agite ô propages Liberi generosa gens  
Homo iste somnò prædeditus, forsitan  
Cruenta frustra è faucibus diris vomat.  
Torris vapore fumat intus flammeò.  
Ad hoc paratus ut Cyclopis perforet  
Lumen sepultum: sed vide ut jam vir sies.

CH. Adamantis atque rupis obtinebimus  
Robur, sed intro vade ne infirmus malum  
Pater reperiât, cetera hæc curabimus.

UL. Volcanè Rex Aetneæ vicini improbi,  
Post lumen ustum & erutum, absistas rogo.  
Tuque ô nigrantis Somne noctis vinnule  
Mere & profunde visita immanem feram,  
Nec Troicorum post malorum turbines,  
Perdendum Ulyssèm cum suis nautis date  
Monstro quod homines temnit, atque omnes  
deos

Aut credere æquum est esse fortunam De-  
am.

Vis ejus ipsis major antistat Deis.

## SYSTEMA.

CH. Apprehendam valenter,  
Colla dura forcipe  
Hospitum crudivori  
Gumix, cadent  
Igne pulsa lumina:

X 2

En

En jam stipes igneus calens  
 Contegitur cinere  
 Stolo roboris ingens.  
 Sed suum Maron  
 Nunc opus perficiat  
 Atque oculum perimat.  
 Cyclopis, ut bibat malè.  
 Ast gaudentem ederâ Bromium  
 Ego amabilem videre postulo,  
 Et solum Cyclopa linquere:  
 Tantône gaudiô fruar?

UL. Satyri filete, per deos quiescite,  
 Componite oris nervias: Quin neminem  
 Nustare, flare, consecrare hic siverim,  
 Ut ne excitetur hæc lues, donec feros  
 Visus Cyclopis ignis \* exturbaverit.

CH. Tacemus, aëra exedentes faucibus.

UL. Intro est eundum, brachiisve stipitem  
 Ductare tempus fat calentem & igneum.

CH. Ergo imperabis, atque primos diliges,  
 Qui vecte sumptô amburere orbem commo-  
 dè

Possint Cyclopis, sitque communis labos.

SEM. Equidem minores stamus ante limina,  
 Nec sat valentes vectem iniquum extrude-  
 re.

CH. Et claudicantes jam modò heu facti sumus.

UL. Idem ergo mecum damnum habetis. CH.  
 Stantibus

Spasmô impediti nescio unde sunt pedes.

UL. Stantes ne convulsi estis? CH. imo hæc lu-  
 mina

Cinerem imbiberunt nescio unde aut pulve-  
 rem

UL. Ignaviam isti inutiles produnt suam.

\* expugnaverit?

C. Quod

CH. Qvod misereat me vertebrarum & tergoris,  
 Pigeatque dentes verberatum perdere,  
 Hinc lacrymæ illæ, & quam vocas igna-  
 viam.

Verùm efficaci nœniâ qvalem Orpheus  
 Cantavit, excantabo, ut ultro mobilis  
 Urat gigantem torris iste Coclitem:

UL. Tale esse dudum noveram ingenium tuum,  
 Nunc certius cognovi, amicos expedit  
 Adhibere certos: ergo si invalida est ma-  
 nus

Hortare saltem, fac tuis incentibus  
 Ne defetiscant isti, & animò ut sint bonò.

CH. Faciemus ista, in Care sit periculum:  
 Cyclops cremetur ista per celeumata.

Io io, incumbite strenui viri

Exurite palpebram

Lurcosi hospiticidæ.

Ustus Aetnæ cadat

Ferus nunc Upilio

Versa illum trahe, ut né dare forsan

Damnum tibi possit.

CY. Heu luminosum amburimur frontis decus.

CH. Qvam bella, Cyclops, cantilena, age oc-  
 cine.

CY. Periiimus cheu funditus, vis hæc qvidem  
 est.

At non per istam habetis effugium petram

Nec auferetis hoc inultum homunculi,

Nam limen obsidebo & opponam manus.

CH. Quid clamor iste volt sibi ô Cyclops? CY.  
 Perii.

CH. Turpis videris. CY. qvin & infelix magis.

CH. Mediósne in ignes ebrius dilapsus es?

CY. Nullus peremit me. CH. ergo nulla injuria  
 est.

X 3

CY. Nul-

CY. Nullus oculum aufert. CH. ergo tu non excus es.

CY. Ita sis tu. CH. at ecqvo Nullus hoc fecit modo?

CY. Ludis me, ubi ille Nullus est nunc? CH. Nuspiam.

CY. Hospes scelestus perdidit me, intelligis? Dum poculo me dapili invitat nimis.

Nam Bacchus acer atqve luctator gravis:  
Sed suntne in antris an foras eliminant?

CH. En illi opacam clanculum tenent specum

CY. Qua parte? CH. dextra CY. ubi? CH. prope hanc ipsam petram,

Tenesne. CY. Proh malum malo additur! mihi est

Offensione effracta calva. CH. pedem strunt.

CY. Qvod autumabas, non quidem hic sunt. CH. nec reor.

CY. Qvānam ergo? CH. partes circitant sinistras.

CY. Ridemur cheu! Tu mala hæc ludos facis.

CH. Nihil minus nunc. Nullus en prurit tibi.

CY. O improbissime omnium ubi es? UL. à te procul

Hoc servo Ulyssis corpus in custodiam.

CY. Quid ais? novò nunc nomine immutas tuum.

UL. Sic nominavit me parens Ulyssæa,  
Sed te manebant poenæ ab impiis dapes:

Frustra igne Trojæ diruisssem Pergama

Nisi ultus essem sic sodalium necem

CY. Heu heu vetusti oraculi arguitur fides,  
Qvod me \* futurum dixit orbum lumine

Per

\* *ferè olim dixit*

Per te reversum ab Illo, sed te quoque  
Poenas daturum facinoris tanti vicem  
Multum diuque undante jactatum salo.

UL. Tu flebis, inquam lucis orbis vapulans:  
Ad litus interim ipse contendam, & ratem  
Mittam in Sicanum pelagus & patriam  
meam.

CX. Haud sic abibit: rupis hujus fragmine  
Te remigesque facile \* comminuam tuos:  
Quamvisque cæcus, vado ut exsuperem hoc  
jugum,  
Biforem per aulam dirigens vestigia.

CH. Nos verò Ulyssis claussivectores cati,  
Posthac Iaccho liberè servibimus.

\* *proteram.*

AD EURIPIDÆ  
CYCLOPA NOTÆ  
QV. SEPTIM. FLOR.  
CHRISTIANI.



X Homeri Ulyssæa sumptum est hujus fabulæ argumentum totum, nisi quòd illic de Sileno, & Satyris nulla, ut hìc, injecta mentio. Nos hypothesim nostram dabimus qualem ferre potest necessitas numerorum, & brevitæ acrostichidis, ad exemplum Plautinarum.

Υπόθεσις τοῦ Κύκλωπος δράματος  
Εὐριπιδείου ἐν ἀκροστίχιδι.

Κέλσας Οδυσσεὺς εἰς Κύκλωπος αἰξένου  
Τψηλὸν ἄντρον θῆρας εὗρε βακχικούς,  
Καὶ τοῖσιν οἶνον δῶκεν, ἄρνας καὶ γάλα  
Λαβὼν· Κύκλωψ δὲ Φωρέσας τὴν ἀρπαγὴν  
Ωμοῖς ὁδοῦσιν ἐξ ἐταίρους ἤσθιε·  
Ψυχὴν δὲ Οδυσσεὺς σῶσε τυφλώσας φάγον.

Idem Latinè.

*Cogente ventò, saxa Cyclopum ardua,  
Ut applicavit dux Ulysses, repperit  
Chorum Satyricum servientem Principi  
Lusco: sed agnos lacque pro vino auferens  
Offendit ipsum Coclitem, qui sex virum  
Prehensa mandit corpora: Hic Ithacus cavens  
Sibi ipse, monstrum occæcat, & struit pedem.*

Hanc

Hanc fabulam nescio an tragœdiam vocare debeam: neque enim ex illa vulgari (non tamen certa aut semper vera) definitione exitum habet tristem, imò lætum in rebus Ulysseis quæ principiò turbidæ; Subtristem quidem in casu Polyphemi, sed non tragicum. Deinde mixtæ personæ ex tragicis & comicis. Silenus enim & Saryri non sunt heroës. solus Ulysses & Polyphœmus nobiles personæ. Itaque quod præfatus est Plautus in Amphitruone, arbitrer posse hanc fabulam dici Tragico-comœdiam. Ceterum quod ajunt Sophoclem de Æschylo dixisse, vinum, non ipsum Æschylum auctorem esse ipsius tragœdiarum, ut hinc liquidò constat, & de Euripide verum reperietur.

Γηγενῇ μάχῃ δόρος.) mirum mihi videtur Silenum contra Gigantas stetitisse, cum ipse sit γηγενής ut testantur Nonnus, librò nonò Dionysiacorum, habueritque tres filios Astræum, Maronem & Lenæum.

Τῇ δὲ μ' ἀρπαγῇ δόρους.) id est, *irpice* vel *hirpice*, vel ut Cato, c. x. *urpice*, vide Varronem, librò primò † De lingua Latina & Hesychium qui ὄξινυ *hirpicem* vocat.

Κρότος σικινίδα.] de Sicinide videnda Scholia Æschyli in Persas: sed præcipuè Julius Cæsar Scaliger antiquorum nemini cedens, in libris poëtices.

Κᾶμοι) malim legere κ' αἰμοί.

X 5

Αλ-

† Primò] Malè; est enim iv. p. m. 33. *Irpices*, regula cum pluribus dentibus, quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant, quæ in terra sunt. Ubi vide Scaligerum in Conjectan. p. 58. adducentem hunc locum Euripidis, è quo & Florens hanc notam descripsit. Hesychii adducti integer locus hic est: Ὀξίνας, ἐργαλείον ἢ γεωμετρικόν, σιδεροῦς γόμφους ἔχον, ἐλκόμενοι ὑπὸ βοῶν. Festus: *Irpices* genus rastorum ferreorum, quod plures habent dentes ad extirpandas herbas in agris. Confer Joh. Meurs. in notis ad Caton. loc. cit. p. m. 243. edit. Franckerens. 1620. in 8t.



Αλθαιας δόμον.) Althæa mater fuit Deianiræ Theſtii filia quæ Oeneo nupſit, & à Libero amata Deianiram peperit. Etiam Meleagri mater, ut ait Apollodorus.

Ρίψω πέτρον τάχα σου.) vel σὺ legerem vel κατὰ τοῦ.

Τυρός ὀπίω.) Huiusmodi caſcus eſt δειμὺς, & ſic dictus, quia coaſtus τῆς συκῆς ὀπῶ. Apud Athenæum legitur διὸς non βοὸς γάλα. Atque haud ſcio an meliùs: neque enim ſolò boum lacte abundabat Polyphemus.

Βούλει σε γεῦσθαι.) malim ſὺ γεῦſαι.

Διακροτῶ (κατ' ἐν μέρει) id eſt, διακρούω, videor mihi vocem rectè interpretatus cum verti *deſuiſtiſti*, nam διακροτῶν hic verbum eſt obſcœnum, ut *batuere*. putaveram olim legendum διακροῦσθαι. fruſtra ut arbitror.

Θυλάκους τοὺς ποικίλους.) Puto θυλάκους eſſe crurium tegumina qvalia Paris habebat: & erant δερμαῖνα. Alius θυλάκος eſt aſcopera quam Galli vocant *une eſcarcelle*: nam propriè eſt δερματος σακκίον. De thylacis, braccis vel feminalibus vide Ariſtophanem in Veſpiſ.

Οὐ γὰρ θέλεις σὺ.) Si ad γάλα refertur ſολοικίζει, & debuit eſſe ὁ, ſed excuſandus poëta & ad πίθον reſpexerit, Tamen qui nos audiet leget *ὡς* pro ὅν.

Επεὶ γὰρ ἂν ἐν μίση.) Non placet repetitio τοῦ ἂν, itaque legerem ἐπεὶ γὰρ μ' ἐν μίση. Et hanc ſanè puto veram lectionem.

Δήταντες δὲ σὺ.) Quia mox ſequitur συνδῆσαντες hic antea legebam δείταντες: Sed nihil mutandum puto, tantum ubi habes ὀφθαλμοὶ malim ὀμφαλοὶ. nam quorſum legetur oculus?

Εξαμῆσθαι βίαι.) Id eſt effodere & efferre ut Suidas interpretatur. Simili genere loqvendi dicit Ariſtophanes, τοὺς πιεύμονας καὶ τ' ἄντερ' εξαμῆσθαι voluit enim τὰ ἔντερα ut hic σπλάγχνα. quâ ratione hic habes τὰ δώλια pro τὰ ἰδώλια. ne cum Cantero legas, εἰς τ' ἰδώλια. paullo poſt pro θειμὴν ἰδοίτοſ neſcio an præſtet διδόντοſ.

Εκτος

Επὶ τοῖς ἔχ.) Hunc chorum putem esse ex Ithacensibus non Satyris. Sed pro τοῦ σε malim τοὺ δὲ & λέγειν pro λέγω.

ὕμεις δὲ σ' ὦ.) Lego ἡμεῖς.

Ταινάρου μένει λιμνή.) Mela lib. II. c. III. v. 128. ait in ipso Tanaro Neptuni templum †. Ceterum Aristophanes Eqvitiς Neptunium etiam vocat συνιάρατον καὶ γεράστιον.

Οὐκ ἀμφιβουπέρουσι.) Lego duabus vocibus ἀμφὶ βουπέρουσι. Dixit autem ὀβελούς βουπέρους interprete Hesychiō μεγάλους ὀβελίσκους.

Δαινύμενος ἐν στέγοντι.) Distingvo post δαινύμενος. deinde quæ sequuntur ἐν στέγοντι γαστήρ ὑπταίη non intelligo. Eā re (quæ ignorantia mea est) ariolor legendum ἐν ἔχοντι. Nam quid sit στέγον juxta scio cum imperitissimo. invenio apud Grammaticos στέγη etiam dici γαστήρα. Quod autem paullo post ait πέλονταιρόν simile est illi Catulliano, Epigr. xxxiii. extr.

*Nam pransus jaceo & satur supinus  
Pertundo tunicamque palliumque.*

Ἀδως νομίζη ζεύ.) Elegans locutio, & Attriciæ familiaris ἄδως, pro frustra, & sine ratione. sic Antipater in epigrammaton Florilegio: ἄδως τ' οὐνομ' ἔχουσι. Aliquando idem valet ac forte fortuna, & τύχη non τέχνη. ut apud Lucianum in deorum judicio Venus ait ἄδως ἡρώμην.

Αἰθρακίᾳ ἀποχναίνειν.) Fortasse legendum ἀπολαύειν, vel ut Canterus ἀποκναίνειν. mox βρύκειν non βρύχειν.

Μότος μόνω.) Versus hic olet mihi proverbium.

Αποβάμιος) Rectè Hesychius, ἀπέβωμος ἄθιος exponit, & θυσίας ἀποβώμους, quæ in aris non fiunt.

Διο-

† De Tanaro oppido, Neptunique illuc templo prolixè agit Jo. Meursius, lib. IV. Laconicor. Miscellaneor. c. XI. totò; p. m. 289. f.

Δισσαὺς γ' ἀθρήσας.] Cantérus ἀθρήσας legit me non probante, nam de duobus non ἀθροίσις sed συνδιασμός dici potest. Et sanè ἀθρήσας magis convenit eligenti pingves & habitiores.

Τένοντος ἀρπάσας.] Malè olim putabamus legendum ἄχρῃς ποδός, nam τένον πούς hīc dicitur ut in Bacchis pedis tendinem dixit. pro καθαρπάσας autem neque malè legas καλίσπασας.

Αἰθέρ ἐξίσις βαρύν.) pro æie & fumo dixit ætherem.

Τῇ κύλικι λελημμένος.) Mavult Canterus λελησμένος, quod est oblitus, hōc (ut mihi quidem videtur) locō ἀπροσδιόνυσον. Potius retinenda lectio λελημμένος vel λελειμμένος, id est captus, & victus. Paulò post pro οὐκ ἔχομεν, quis non videt legendum ἔχομεν.

Δικλοῖν χαλινοῖν.) Sumpra translatio ex Homericæ Ulyssæ lib. x. Ait enim illic,

Δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῶ δόρυ νήϊον ἀνῆρ  
Τρυπάνῳ, οἷδ' ἐτ' ἔνερθεν ὑποοσεῖουσιν ἱμάντι  
Αἰσάμενοι ἰκάτερθεν. ----

nam duplices habenas quas hīc vocat, lora utrinque apra Homerus dixit. De hac fabricæ specie meminit antiquarius scriptor Arnobius, lib. vi. cū ait, *terebra-  
tum excavata vertigine.*

Ὡσπερ ἐκ σπονδῆς.) Quia in σπονδαῖς & ἱεροποιῖαις solebant, ut ait Hesychius, titionem injicere in pelvim vel χέρνυβα, & aram circum aspergere, ut diximus in Irena Aristophanis.

Σφηκίαν ἐκτρέφομεν) Sanè enim δαλός etiam vocatur σφηκίσκος ab Aristophane in Pluto.

Γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης.) Interpretantur vulgò convivium juvenum: mihi hoc non placet, non qui habeam quid certius reponam: sed nostrò more malè sedentem locum agitabimus, & movebimus conjecturarum crebrò succussu: ita ut fortassis non molestè sedear. Primum legi potest δαιτὸς ἔτης sensu & bonò & Homero aliis-

aliisqve auctoribus usitatō. Deinde distingvi potest, *δαιτὸς*, ἡβης *ἀσυνδέτως*, id est, convivio & *juvenibus*. postremo optimus etiam sensus eliciatur si legamus, *γάνυμαι δὲ καὺτὸς ἡβης*. & sic ἡβη esset ἄμπελος, vel Hefychiō teste.

ὕπᾱγει μ' ὁ χόρτος εὐφραν.) Ambitum hilarem interpretantur isti qui non mentis sed verborum significationem tantum latagunt. Sed quid id est rogo? fortassis autem substituendum *χορμός* ut stipitem intelligamus & scipionem quō nitatur ille *ινιδυς*, & nimis incedens trepidanter Iacchō.

Φιλῖ τις ἡμᾶς.) Totus hic locus videtur mihi mancus & luxatus. Si sub persona Cyclopi, ausim dicere ex industria affectasse Euripidem sermonem confusum & saucium flore Liberi, qui Polyphemo pedes tentaverit & linguam vinxerit. Putabam tamen aliquando hunc versum eundem esse debere cum duobus precedentibus, & ut similis esset & Anacreonticis legebam sublatō asteriscō, *Θεὸς οὖν φιλεῖ τις ἡμᾶς* vel *καλὲς*. mox pro *χρῶα*, *χροιά* repono & ἐξομιλήσει expono ἀπαντήσῃ, ἐντιύξεται.

μῖνον οὖν αὐτοῦ.) Emendat Canterus *μῖνον νῦν αὐτοῦ*. Ego malo conjecturam meam, quæ me iudice, non fallit, *μῖν' οὖν σὺν αὐτῷ*. facile fuit ex *μῖν' οὖν* facere *μῖνον*, & ex *σὺν οὖν* factum mutatō *αὐτοῦ* in *αὐτῷ*.

Φῆς ἐρεῖν.) Puto *Φησ'* pro *φησί*. Quia me tam formosum amare inquit: nisi hæc mavis referre ad sequentia, quibus se Silenus Ganymedem Jovis Cyclopi facit.

Ἰδοὺ καθαρόν τὸ γυῖλος.) nondum vidi ex Græcis Tragicis qui in secunda sede Anapæstum locaret: itaque transpono ista, *Ἰδοὺ τὸ χεῖλος καθαρόν*. Quod autem ait *ἡμύστικα*, hoc est ἀπειροστί πίπικα. Sed & jure statim pro ἡ ἄμπελος legerem ἡ μπελος, & cum ait *συνεκθανεῖν δὲ σιγῶντα* tollerem δὲ, ut nocens mensuræ pedum.

ἢ τὴν τύχην μὲν δαίμονα.) Hinc Juvenalis in Satyra,

Te

Διστοῦς γ' αἰθρήσας.] Canterus αἰθρήσας legit me non probante, nam de duobus non αἰθροῖσις sed συνδιασμός dici potest. Et sanè αἰθρήσας magis convenit eligenti pingves & habitiores.

Τένοντος ἀρπάσας.] Malè olim putabamus legendum αἰχρῖς ποδός, nam τένων πούς hīc dicitur ut in Bacchis pedis tendinem dixit. pro καθαρπάσας autem neque malè legas καλαιοπάσας.

Αἰθέρ' ἐξίσις βαρύν.) pro aëre & fumo dixit ætherem.

Τῇ κύλικι λελημμένος.) Mavult Canterus λελημμένος, quod est oblitus, hōc (ut mihi quidem videtur) locō ἀπροσδιόνυσον. Potius retinenda lectio λελημμένος vel λειλημμένος, id est captus, & victus. Paulò post pro οὐκ ἔχομεν, quis non videt legendum ἔχομεν.

Διπλοῖν χαλινοῖν.) Sumpta translatio ex Homericæ Ulyssææ lib. x. Ait enim illic,

Δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῶ δόρυ νήϊον ἀνὴρ  
 Τρυπάνῳ, εἰδ' ἐτ' ἐνερθεν ὑποοσειύουσιν ἰμάντι  
 Αψάμενοι ἐκάτερθε. ----

nam duplices habenas quas hīc vocat, lora utrinque apta Homerus dixit. De hac fabricæ specie meminit antiquarius scriptor Arnobius, lib. vi. cū ait, *terebratum excavata vertigine.*

Ὡσπερ ἐκ σπονδῆς.) Quia in σπονδαῖς & ἱεροποιῖαις solebant, ut ait Hesychius, titionem injicere in pelvim vel χέρνυβα, & aram circum aspergere, ut diximus in Irena Aristophanis.

Σφηκίαν ἐκτρέψομεν) Sanè enim δαλός etiam vocatur σφηκίσκος ab Aristophane in Pluto.

Γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης.) Interpretantur vulgò convivium juvenum: mihi hoc non placet, non qvī habeam quid certius reponam: sed nostrō more malè sedentem locum agitabimus, & movebimus conjecturarum crebrō succussu: ita ut fortassis non molestè sedear. Primum legi potest δαιτὸς ἔτης sensu & bonō & Homero aliis-

aliisqve auctoribus usitatō. Deinde distingvi potest, *δαίτης*, ἡβης ἀσυνδέτως, id est, convivio & *juvenibus*. postremo optimus etiam sensus eliciatur si legamus, γάνυμαι δὲ καὶ τοὺς ἡβης. & sic ἡβη esset ἄμπελος, vel Hefychiō teste.

ὕπᾳγει μὲν ὁ χόρτος εὐφραν.) Ambitum hilarem interpretantur isti qui non mentis sed verborum significationem tantum sagunt. Sed quid id est rogo? fortassis autem substituendum κορμός ut stipitem intelligamus & scipionem quō nitatur ille *avidus*, & nimis incedens trepidanter Iacchō.

Φιλῆ τις ἡμᾶς.) Totus hic locus videtur mihi mancus & luxatus. Si sub persona Cyclopi, ausim dicere ex industria affectasse Euripidem sermonem confusum & saucium flore Liberi, qui Polyphemo pedes tentaverit & linguam vinxerit. Putabam tamen aliquando hunc versum eundem esse debere cum duobus præcedentibus, & ut similis esset & Anacreonticis legebam sublatō asteriscō, θεὸς οὖν φιλεῖ τις ἡμᾶς vel καλῆς. μοχ pro χροᾶ, χροῖα repono & ἐξομιλήσει expono ἀπαντήσῃ, ἐντυγχεται.

μέναν οὖν αὐτοῦ.) Emendat Canterus μέαν νῦν αὐτοῦ. Ego malo conjecturam meam, quæ me iudice, non fallit, μέν οὖν σὺν αὐτῷ. facile fuit ex μέν οὖν facere μέαν, & ex σὺν οὖν factum mutatō αὐτοῦ in αὐτῷ.

Φῆς ἐρεῖν.) Puto φησὶ pro φησί. Quia me tam formosum amare inquit: nisi hæc mavis referre ad sequentia, quibus se Silenus Ganymedem Jovis Cyclopi facit.

Ἰδὸν καθαρόν τὸ γυῖλος.) nondum vidi ex Græcis Tragicis qui in secunda sede Anapæstum locaret: itaque transpono ista, ἰδὸν τὸ χυῖλος καθαρόν. Quod autem ait ἡμύστικα, hoc est ἀπνευστὶ πίπωνα. Sed & jure statim pro ἡ ἄμπελος legerem ἡ μπελος, & cum ait συνεκθανεῖν δὲ σιγῶντας tollerem δὲ, ut nocens mensuræ pedum.

ἢ τὴν τύχην μὲν δαίμονα.) Hinc Juvenalis in Satyra,

Te

*Te facimus fortuna Deam.*

καρκίνος.) est hic cancer, forfex & πυράγρεα. Corrigendus Hesychius super hac voce. Ait enim ἐστὶ δὲ καὶ δισμὸς τις καὶ τῇ πᾶρυγρος. lego καὶ ἡ πυράγρεα.

δρυὸς ἄσπετον ἕνος.) Pro omni arbore δρυὸς. nam si speciem spectes, est hic ex olea stipes.

σιγαῖτε πρὸς θεῶν θῆρες.) vel Hesychiō teste θῆρες sunt Satyri.

ἡμεῖς δὲ χαλὸν γ.) Alibi monuimus proverbiale esse χαλὸν γίνεσθαι. Et sic usus Theocritus Adoniis, & Nicarchus in Epigrammate, ἔα χαλὸν με γίνεσθαι.

ἐν τῷ κατὰ κινδυνεύομεν.) Non satis hæc capio. Etiam hæc sapiunt proverbium, & respexit fortassis Homericum illud ἐν καρὸς αἴσῃ, quia primi Cares servitutem serviērunt bellō capti. unde servoli nomen Aristophanicum Carion. Fortassis etiam κατὰ dicit pro κρατὶ: nam κατὰ Homero κεφαλῇ: Ausus sum aliquando hæc interpolare, & hanc lectionem periclitari, δρᾶσθαι τὸ δ', ἐν τῷ γὰρ τί κινδυνεύομεν; hoc inquit faciam, quid enim in hoc periculi?

κατέκλυνσε.) Non potest hoc verbi consistere in fine Iambici versus, propterea emendavit Canterus κατέκλυνσε, quod si rectum est, idem erit ac implevit, & inebriavit madidumque fecit. Sed malim aliud quid comminisci.

πίτρεαν ἐπήλυγα.) Rupem nigram & obscuram, & velut caligine obductam, id est, ἐπιλυγαῖην.

ἀλλὰ πρόσθεν οὗτος ἐστί.) Legendum οὗτις. paullò post verò non ἀμφιτρέτης, sed ἀμφιτρήτης (quæ est ἀνὰ) 'proculdubiò legendum.

F I N I S.

I N-

**INSCRIPTIO  
VETUS GRÆCA,**

**NUPER AD  
URBEM IN VIA APPIA  
EFFOSSA:**

**DEDICATIONEM FUNDI  
CONTINENS, AB HERODE  
REGE FACTAM.**

**ISAACUS CASAUBONUS  
RECENSUIT,**

***ET NOTIS ILLUSTRAVIT.***





# INSCRIPTIO HERODIS.

ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ : ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ <sup>2</sup> ΤΡΙΤΟ-  
ΓΕΝΕΙΑ

ΗΤΕΠΙ ΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ : : ΛΑΙΣ <sup>3</sup> ΡΑΜΝΟΥ-  
ΣΙΑΣ ΟΥΠΙ <sup>4</sup>

ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΧΙΘΥΡΟΙ ; ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝ-  
ΤΟΠΥΔΟΙΟ <sup>6</sup>

ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ ΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΘΕΑ ΤΕΙΜΗ-  
ΣΑΤΕ <sup>7</sup> ΧΩΡΟΝ

<sup>5</sup> ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ ΦΙΛΟΣΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟ-  
ΠΑΟ <sup>8</sup>

ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ <sup>9</sup> ΕΝ ΑΘΑΝΑ-  
ΤΟΙΣ ΑΛΕΓΗΣΘΟ

ΩΣ ΟΤΕ ΚΑΙ ΡΑΜΝΟΥΝΤΑ ΚΑΙ ΕΥΡΥΧΟ-  
ΡΟΥΣ ΕΣ ΑΘΗΝΑΣ

ΗΘΕΤΕ ΔΩΜΑΤΑ ΠΑΤΡΟΣ ΕΡΙΓΔΟΥΦΟΙΟ  
ΛΗΠΟΥΣΑΙ

ΩΣ ΤΗΝΔΕ ΡΩΞΘΕ ΠΟΛΥΣΤΑΦΙΔΟΝ ΚΑ-  
ΤΑΛΩΗΝ

<sup>10</sup> ΛΗΙΑΤΕ ΣΤΑΧΥΩΝ ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟ-  
ΤΡΥΟΕΝΤΑ <sup>10</sup>

ΛΕΙΜΩΝΩΝ ΤΕ ΚΟΜΑΣ ΑΠΑΛΟΤΡΕΦΕΩΝ  
ΕΦΕΠΟΥΣΑΙ

ΥΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗΣ ΙΕΡΗΝ ΑΝΑΓΑΙΑΝ  
ΕΗΚΕ <sup>11</sup>

ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΟΥΥΓΟΝΟΙΣΙΝ ΑΚΙΝΗΤΗΝ ΚΑΙ  
ΑΣΥΔΟΝ

Υ

ΕΜ-

ΕΜΜΕΝΑΙ ΗΔΕΠΙΟΙ 12 ΕΞ ΑΘΑΝΑΤΟΙΟ ΚΑ-  
ΡΗΝΟΥ

15 ΣΜΕΡΔΑΛΕΘΝ ΣΙΣΑΣΑ ΛΟΦΟΝ ΚΑΤΕΝΕΥ-  
ΣΕΝ ΑΘΗΝΗ

ΜΗ ΤΩΙ ΝΟΙΠΟΙΝΟΝ 13 ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ Η  
ΕΝΑ ΔΑΑΝ

ΟΧΛΙΣΣΑΙ ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΣ  
ΑΝΑΓΚΑΙ 14

ΟΣΚΕ ΘΕΩΝ ΕΔΕΕΣΣΙΝ ΑΛΙΤΡΟΣΥΝΝΗΝ  
ΑΝΑΘΗΗ

ΚΑΥΤΕ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣ ΚΑΙ ΓΕΙΤΟΝΕΣ  
ΑΓΡΟΙΩΤΑΙ

20 ΙΕΡΟΣ ΟΥΤΟΣ Ο ΧΟΡΟΣ 15 ΑΚΙΝΗΤΟΙ  
ΔΕ ΘΕΑΙΝΑΙ

ΚΑΙ ΠΟΛΥΤΙΜΗΤΟΙ ΚΑΙ ΥΠΟΣΧΕΙΝ ΟΥ  
ΑΣ ΕΤΟΙΜΑΙ

ΜΗΔΕΤΙΣ ΗΜΕΡΙΑΩΝ ΟΡΧΟΥΣ Η ΕΝΑΛ-  
ΣΕΑ 16 ΔΕΝΔΡΩΝ

Η ΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩΙ ΕΥΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥ-  
ΣΑΝ 17

ΔΜΟΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟΣ 18 ΡΗΞΙΕ ΜΑ-  
ΚΕΛΛΑΝ 19

25 ΣΗΜΑ ΝΕΩΝ ΤΕΥΧΩΝ ΗΕ ΠΡΟΤΕΡΟΝ  
ΚΕΡΑΙΩΝ 20

ΟΥ ΘΕΜΙΣ ΑΜΦΙ ΝΕΚΥΣΣΙ ΒΑΛΕΙΝ ΙΡΟ-  
ΧΘΟΝΑ ΒΩΛΟΝ

ΠΑΗΝ

ΠΑΛΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΗΙΣΙ ΚΑΙ ΕΓ-  
ΓΕΝΟΣ ΕΣΣΑΜΕΝΟΙ <sup>21</sup>

ΚΕΙΝΟΙΣ ΔΟΥΚ ΑΘΕΜΙΣΤΟΝ ΕΠΕΙ ΤΙ-  
ΜΑΥΡΟΣ ΕΣΤΩΡ <sup>22</sup>

ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙΟΙ ΧΘΟΝΙΟΝ  
ΒΑΣΙΛΗΑ

30 ΝΗΩΙ ΕΓΚΑΤΕΘΗΚΕ ΣΥΝΕΣΤΙΟΝ ΕΜ-  
ΜΕΝΑΙ ΙΡΩΝ

ΕΙΔΕΤΩΙ ΑΚΑΥΤΑ ΤΑΥΤΑ ΚΑΙ ΟΥΚ Ε-  
ΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ <sup>23</sup>

ΑΛΛΑ ΠΟΤΙΜΗΣΕΙ ΜΗ ΟΙ ΝΗΤΙΤΑ ΓΕ-  
ΝΗΤΑΙ

ΑΛΛΑ ΜΙΝ ΑΠΡΟΦΑΤΟΣ ΝΕΜΕΣΙΣ ΚΑΙ  
ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ <sup>24</sup>

ΤΙΣΟΝΤΑΙ ΣΤΥΓΕΡΗΝ ΔΕ ΚΤΑΙΝΑΔΗΣΕΙ  
ΚΑΚΟΤΗΤΑ

35 ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΙΦΘΙΜΟΝ ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟΣ  
ΑΛΙΟΛΙΔΕΩ <sup>25</sup>

ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑ-  
ΛΑΠΑΞΕΝ <sup>26</sup>

ΤΩ ΗΤΟΙ ΠΟΙΝΗΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΙΗΝ  
ΑΑΣΑΣΘΑ

ΧΩΡΟΤ <sup>27</sup> ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΟΣ  
ΕΡΙΝΤΣ <sup>28</sup>

IIDEM VERSUS COMMUNI  
CHARACTERE, ET EMENDATI.

- Π**ΟΤΝΙ Ἀθηναίων ἐπιήρανε Τριτογέ-  
νεια,  
Ἡγ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὀράεις, Ραμνουσιάς Οὐ-  
πι,  
Γείτονες ἀγχίθυροι Ρώμης ἑκατονταπύλοιο  
Πίονα δὴ καὶ τόνδε θεὰ τιμήσατε χῶρον,  
5 Δῆμον Δηώοιο Φιλόξεινον Τριόπαο.  
Τόφρ' αἰ καὶ Τριόπεια ἐν αἰθανάτοισι λέγῃσθον  
Ὡς ὅτε καὶ Ραμνῶντα καὶ ἐνρυχόρους ἐς Ἀθήνας  
ἦλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσαι.  
Ὡς τήνδε ῥώεσθε πολυστάφυλον κατ' αἰωὴν,  
10 Λήϊά τε σταχύων καὶ δένδρεα βοτρυόεντα,  
Λειμώνων τε κόμας ἀπαλοτρεφέων ἐφάπουσαι.  
Τῆμιν γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν αἰὰ γαῖαν ἔθηκε,  
Ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν αἰκινήτην καὶ αἶσυ-  
λον  
Εμμεναι. ἤδη' ἐπὶ οἱ ἐξ αἰθανάτοιο καρή-  
νου  
15 Σμερδαλέον σείσασα λόφον κατένευσεν Ἀθή-  
νη  
Μὴ τῷ νήποιον βῶλον μίαν, ἢ ἓνα λαῶ-  
αν  
Οχλίσσαι· ἐπεὶ οὐ Μοιρέων ἄτερ εἰσὶν ἀνάγκ-  
και  
Οσκε θεῶν ἐδέεσσιν ἀλιτροσύνην αἰνα-  
θεῖη.  
Κλύτε περικτίονες, καὶ γείτονες ἀγροῖῳται,  
20 Ἰεα

## INTERPRETATIO AD VERBUM.

**V**eneranda Athenarum auxiliatrix Tri-  
tonia,

Et tu quæ opera mortalium observas Rha-  
mnusias Upi,

Vicina proxima Roma centum-portarum,

Hunc quoque locum ô dea uberem colite,

5 Vicum hospitalem Triopa Cereris filii:

Ut inter immortales etiam Triopæ dicamini.

Sicut cum Rhamnuntem & latas Athenas

Venistis, adibus patris Tonantis relictis:

Ita per istud vinetum ferax potenter vos gerite,

10 Segetes spicæas & arbores racemosas,

Molliumque pratorum comas lustrantes.

Vobisenim Herodes tellurem hanc consecravit:

Ut apud post-futuros homines immota & in-  
violabilis

Maneret. ipsa autem (quum ex immortalis  
vertice

15 Horribiliter cristam concussisset) Minerva,  
annuit.

Ne cui impune foret glebam unam aut unum  
lapidem

Movisse: quoniam Parcarum pœna non lon-  
gè absunt,

Si quis in deorum delubra flagitium admi-  
-serit.

Audite finitimi & vicini agricola:

Y 3

20 Sa-

# 342 INSCRIPTIO HERODIS.

20 Ιερὸς οὗτος ὁ χώρος· ἀκίνητοι δὲ θεαίναι,  
καὶ πολυτίμητοι, καὶ ὑποσχεῖν οὔτας ἐτοί-  
μαι.

Μηδὲ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἐν ἄλλοις δέν-  
δρῳν

Ἡ ποίην χιλῶ εὐαλδέει χλαυρανθέουσιν  
Δμῶν κυανέου Αἶδος πῆξιε μάκελλαν,

25 Σῆμα νέον τεύχων, ἢ πρότερον κερατὶ-  
ζων.

Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσι βαλεῖν ἱρόχθονα βῶ-  
λον.

Πλὴν ὁ, κεν αἵματος ἦσι καὶ ἐγλῶνος ἐσσαμέ-  
νοιο.

Κείνοισι δ' οὐκ ἀθέμιστον· ἐπεὶ τιμᾶσθός ἐ-  
στωρ.

Καὶ γὰρ Αἰθναίῃ περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα

30 Νηῶ ἐγκατέθηκε, συνέστιον ἔμμεναι ἱ-  
ρῶν.

Εἰ δὲ τῷ ἀκλυτὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἐπιπέισεται  
αὐτῶν,

Ἀλλ' ἀποτιμήσει μή οἱ νήπιτα γένηται

Ἀλλὰ μιν ἀπρόφωτος Νέμεσις καὶ ῥομβὸς Αἰεέσσης  
τίσσονται· στυγερὴν δὲ κυλινθήσει κακότη-  
τα.

35 Οὐδὲ γὰρ Ἰφθίμον Τριόπεω μένος Αἰολί-  
δαο

ὦναθ', ὅτε νειὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.

Τῷ ἦτοι ποιήν καὶ ἐπωνυμίην αἰεά-  
σθαι

Χώρον μή τοι ἐπιτῇ ἐπὶ Τριόπειος Εἰριννύς.

20 *Sacer est hic locus: Dea autem immobiles  
Et cum primis honoranda, ac præbere aurem  
parata.*

*Ne quis igitur in vitium ordines, aut saltus  
pomiferos,*

*Aut herbam pabulô latô florentem,*

*Ligonem infigat, nigro Orco ministrantem:*

25 *Ut monumentum novum faciat, vel anti-  
quum diripiat,*

*Nefas est, mortuis apponere glebam sacre  
terre;*

*Nisi quis de sanguine ejus & genere sit, quî  
delubrum sacravit.*

*Illis non est nefas: quoniam vindex hujus  
honoris adest columna.*

*Nâm Minerva juxta se terrenum regem*

30 *In hac ade collocavit, ut sacra secum par-  
ticiparet.*

*Si cui hæc fuerint inaudita, atque iis non  
obtemperaverit,*

*Verùm aspernetur, non impune tulerit:*

*Sed ipsum repentina Nemesis & vagus Alastor  
Pœnâ afficient: atque ille tristem exantlabit  
arumnâ.*

35 *Nam nèque Triope Æolida generosam men-  
tem*

*Fuuit, quando Cereris novale vastavit.*

*Itaque quâ pœnam quâ cognomen vitare  
oportet*

*Loci: ne insequatur Triopea Erinny.*



## NOTÆ.



XIMUM vetustatis monumentum istud Româ nuper accepit Senator amplissimus ac præstantissimus, Jacobus Gyllotus, missu viri exquisitâ eruditione atque humanitate præditi, Christophori Puteani, Claudii F. Parisiensis. Fuerat autem, ut scribebat idem Puteanus, ante paucos dies ad Urbem in via Appia inventum, ac præsentem se terrâ erutum. Jam ante annos aliquot affinis ac prope ejusdem argumenti columna ibidem, ut apparet, fuit repperita, & inde postea ad Farnesianos hortos translata: quam Inscriptionum antiquarum Thesaurus V. Cl. Joh. Gruteri, titulô primô exhibet. Sed Farnesiana quidem columnâ caractere vulgò Græcis ætatis illius minùs usitatô, & ut nuper ad Eusebium suum illustrissimus Scaliger fusè demonstravit, Ionicis literis est exarata; hoc verò recens Puteano descriptum monumentum, à communi Græcorum caractere nihil variat. Utraque inscriptio ab Herode olim in fundo posita, quem ad tertium ad Urbe lapidem, in via Appia possedit. clarè hoc docet Farnesiæna columna: cujus verba sunt statim initio: Οὐδενὶ Δεμίτῳ μετακινήσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου, ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίας; ἐν τῇ Ηρώδου ἀγρῷ. Triopium *κτίσις* est ædes Triopæ heroi sacra, de quo postea dicitur. Herodis villa, sive suburbanum, ab hæc æde videtur cognomen invenisse: imò verò territorium universum quò prædium Herodis continebatur, Triopium appellari solitum non obscurè quintus versus & sextus significant. Potro Herodem istum *privatæ* sortis hominem nequaquam † fuisse; verum regio ornatum titulô,

ver-

† Quis iste Herodes, scribit Salmas. in p. 6. notar. hæc ipsam ad Inscriptionem, rex an privatus, liber an ser-

versus XXI. X. arguit, qui regem ipsum nominat. Quum  
au-

servus, albus an ater fuerit, tam nesciri scia, quàm vix fieri posse arbitror. De privato regem facere voluere docti homines: quibus testibus aut argumentis, nondum assequi potui. Nihil enim tale ex tota inscriptione, legas ac perlegas licebit, elicere possis. Nam quod illum trigessimum inscriptionis versum adducunt, ad regnum regiumque genui isti Herodi asserendum, si sententiam ejus versiculi pensiculationis explorassent, aliud eos pronuntiatiuros fuisse non dubito. Ut concedam, Herodem, qui heic nominatur, fuisse illum magnam Judaeorum regem, (quod minime tamen concedo) illò tamen testimonio, quò volunt, regnum ejus confirmari stabiliri-que, nihil invalidius esse, nihil incertius affirmare ausim, immo nihil falsius. Huc pertinent verba Josephi Scaligeri ex Ep. ccxlvii. p. m. 533. Quod Xylandro nocuit, idem & praestantissimo viro errorem in illa Inscriptione objecerit. Nam de Herode rege Judaeorum, ut antea nihil tale judicasset, ita neque nunc ab ea sententia discedere possum. Et certè non minorem scrupulum iniecit mihi tum altera columna vetustis Ionicis literis incisa, quae in eadem via Appia reperta est, tum Herodes iste; quisquis fuerit ille, cujus & nomen in illa legitur. Quare idem Herodes alteram praecisè literis Ionicis, quarum usus Romanis penitus ignotus fuit, hanc autem usitatu inscribere maluit? Hoc qui solvet, erit mihi magnus Apollo. Sed sine dubio (ut illuc revertar, unde discessi) graviores occupationes magni viri, ejus cogitationes sibi totas vindicaverant, quum ille ad ea commentanda animum appelleret. Si repetat, non opus monitore habebit: agnoscat eadem quae scribis, & fortasse alia, quae nos omnes fugerunt. Quid ab illo prodiit, quod non supra captum horum contumeliosorum hominum sit, quorum obtreccationem effugere non potuit, neque poterit propter singularem & incomparabilem editionem (fortè eruditionem) suam? Sed hominem majoribus curis occupatum non novum est in istis levioribus dormire. Vale. Lugduni Batavorum. XII. Kalend. Decembr. Juliani cl. lccvii.

autem ex historia etiam sacra tres noti sint Judæorum principes hujus nominis: Magnus videlicet Hierodes, & filius ipsius Antipas, cum ejusdem nepote Herode Agrippa: cum, cujus heic sit mentio, Herodem Magnum fuisse, arbitramur. Hic vir sceleratissimus & versutissimus precarium beneficiô Antonii atque Augusti regnum nactus, religionem pro ambitionis instrumento semper habuit: in urbe sancta & inter Judæos, Judaicarum legum atque institutorum observans: extra urbem & inter Græcos pro Græco ac gentili persæpe se gerens. cum alia igitur multa contra morem patrium Judæorum designavit Herodes: tum etiam diis Gentium templa variis extra urbem Ierosolyma locis, sumtu ingenti atque magnificentia singulari extruxit. Josephus, librô xv. capite xii. ὑπὸ δὲ τῆς εἰς τοῦτο φιλοτιμίας καὶ τῆς δαρκείας, ἣν ἐθεράπειε Καίσαρα καὶ Ῥωμαίων τοὺς πλείστον δυναμένους, ἐκβαίνειν τῶν ἡθῶν ἡναγκάζετο, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων παραχρᾶττει, πόλεις τε κτίζων ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ ναοὺς ἑγείρων, οὐκ ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων οὐδὲ γὰρ αἱ ἡέσχοτον τῶν τοιούτων ἀπηγορευμένων ἡμῖν, αἰς ἀγάλματα καὶ τύπους μεμορφωμένους τιμᾶν πρὸς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον. τὴν δ' ἔξω χώραν καὶ τὰς πόλεις οὕτως κατισκευάζετο. \* postea duas affert causas cur hoc fecerit Herodes: studium nempe gratificandi Augusto ceterisque Romanis proceribus: & profundam cupiditatem monumenta imperii sui ad posteros transmittendi. Ut non alia querenda nobis sit ratio, cur ambitiosissimus Princeps in tantæ celebritatis loco, atque

---

\* i. e. interprete Sigismundô Geleniô: *Hæc tamen ambitio studiumque demerendi Cesarem cum Romanis potentioribus causa fuit, ut multum à patriis institutis decederet, & leges divinas violaret, diæ in honorem eorum urbes condit, & templa extruit, licet non in solo Judaico. Hoc enim illi nequaquam laturi erant, quòd nefas sit nostris statuas ac effigies more Græcorum colere. Quapropter extra eorum regionem tales urbes collocabat.*

quæ adeo in ipsa propemodum urbe Roma, hoc suæ impietatis & Εὐνοιστου luculentum testimonium existare voluerit.

I. ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ) Minervam & Nemesim, quæ & Adrastea, instituit *εὐχέριον*: ut in eodem loco ex redditibus fundi hujus colantur. Apud veteres diversis modis plura numina simul colebantur. Ut plurimum tota ædes uni deo sacra erat: sed in templo separatæ erant † cellæ & sacella, atque in iis variorum deorum signa, sic in æde Jovis Capitolini cella fuit Minervæ & plurium aliorum. Aliquando pluribus in commune eandem ædem consecrabant: ut in plerisque Gymnasis Græcorum Mercurius & Minerva, interdum & Cupido unâ colebantur. sic Mercurio Herculem adjungebant: aut Minervam aut Ammonem: unde appellationes illæ manarunt, Hermeracles, Hermathena, Hermeros, Hermammon. Sed & Jovi Neptunum adjectum socium legimus: eaque templa *Ζηνοποριδαίως* dicebantur: cujusmodi illud fuit, quod auctore Machone apud Athenzum, Dorioni symphoniaco materiam joci præbuit: cum diceret; commodam habitationem in ea urbe non esse sperandam, ubi etiam di habitent *οὐδὺς*, bini bini. hi sunt quos Græci vocabant.

† Separata erant cellæ] Valer. Max. I. I. 8. Cum Marcellus quintum consulatum gerens, templum Honori, & Virtuti, Clastidiô prius, deinde Syracusis potitus, nuncupatis votis debitum consecrare vellet; à collegio pontificum impeditus est, negante unam cellam duobus Diis rectè dicari. Futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dignoscere, utri rem divinam fieri oporteret: nec duobus nisi certis Diis unâ sacrificari solere. Eâ pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus, separatim adibus, Honori ac Virtutis simulacra statueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adjectio impense impedimento fuit, quo minus religionibus suis tenor, suaque observatio redderetur.

bant συνάμους καὶ συμβάμους θεούς. Ita igitur heic Minerva & Nemesis in eodem τιμέναι &, ut videtur, in eadem æde simul colendi dedicantur. Erant ibidem ab Herode posita & aliis diis varia donaria. nam Farnesiana inscriptio columnarum facit mentionem Cereris, Proserpinæ & deorum inferorum. meminuit & Dianæ viocurz. Μάρτυς δαίμων ἐνοδία καὶ οἱ κίονες τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνδρήμα, καὶ χροσίαν θεῶν. καὶ \*

2. ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ) Scribendum ἐπιήρανε. compo aut domina. Diana apud Nonnum ἐπιήρανος ἄγρης : quæ eidem alibi διοπότης ἄγρης. ei pro η ut in aliis inscriptionibus ΑΣΚΛΕΙΠΙΑΔΗΣ & ΣΩΤΕΙΡΙ, pro Ασκληπιάδης & Σωτήρι. item loco η : ut in Farnesiapa columna ΤΕΙ. ΟΔΟΙ. ΤΕΙ. ΑΠΠΙΑΙ. τῇ † ὁδῷ τῇ Αππία. alibi ΕΡΜΕΙ pro Ερμῇ.

3. ΗΤΕΠΙΕΡΓΑΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ) Lego, ὁράεις. ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράεις; pro, ἐφορεῖς : ut, πᾶν ἔφορε Διὸς ὀφθαλμός καὶ πᾶν ἑπακούει. hoc verò cui potius quàm Nemesi \* conveniat? quam theologi veteres, Aramiani \*\* sunt verba, singentes Iustitiæ filiam, ex abilita quadam eternitate tradunt omnia despectare : æterna. πᾶν ἔφορεῖν τὰ ἐπίγεια. alibi vocat, humanorum spectatricem, τῶν ἀνθρωπείων ἐπίσκοπον.

4. PA-

† At Salmas. in not. hanc ipsam ad Inscription. p. m. 16. putat τῇ Αππία scriptum esse pro τῇ; & nempe pro η, ut in eadem Columna Farnesiapa Μετακινεῖσαι pro Μετακινῆσαι & Δέμετρος pro Δήμητρος. Κινέσαντι pro Κινῆσαντι. Licet non ueget hic ei pro η positum; quomodo & in alia veteri Inscriptione Διωνυσία pro Διονυσία se legisse testatur.

\* Nemesi] Vide de hac Ezech. Spanhem. in Callimach. p. 112. Lindenbrog. & Valef. in iam adductum Ammiani locum; & cum primis Baconum in Nemesi seu vicibus rerum. Adde tamen & Petr. Crinitum, lib. xix. de Honestâ Disciplina, c. vi. f. m, 55. b.

\*\* lib. xiv. c. xi.

4. PAMNOYΣΙΑΣ ΟΥΠΙ) Rhamnufiam deam eſſe Nemefim , ex Græcis Latinifque poëtis & eorum interpretibus notiffimum. Ovidius †: -- *memorémque time Rhamnufidis iram*. Pausanias Atticis , Suidas , alii. at Nemefim dici ΟΥ ΠΙ \* haut temerè alibi reperias. nam vulgò poëtis Οὐπίς ſive Ωπίς eſt Dianæ ſodalium una , vel Diana ipſa. Callimachus , hymnò in Dianam , v. 204.

Οὐπί ἀναστ' εὐπί , φαισφόρε , καὶ δέ σε κείνης  
Κρηταίης καλίουσιν ἐπανυμῖν ἀπὸ νύμφης.

Alexander Ætolus: Ὑμνῆται ταχέων Ωπι βλήτειραν εἰ-  
σῶν. lege Macrobiū , librò quintò extremò. at in hoc carmine Οὐπίς non ponitur ἀντὶ τοῦ Ωπίς , neque eſt Diana: ſed pro Οπίς , & Nemefim ſignificat , uti diximus. Phurnutus De diis: Νέμεισις ἀπὸ τῆς Νεμείσιος προσηγορεύθη· Οπίς δὲ ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὁπισθεν καὶ παρατηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ' ἡμῶν , καὶ κολάζειν τὰ κολάσιως ἄξια.

5. ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΡΧΙΘΥΡΟΙ) Admodum ſanè Portæ Capenæ erant vicinæ. Jam enim diximus è Farnesiana columna , fundum Herodianum in Appia via fuiſſe , tertio ab Urbe lapide diſparatum. quæ notæ in eum locum planè quadrant , ubi effoſſum nuper pulcherrimum iſtud monumentum.

6. ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΥΛΟΙΟ) Scribendum ἐκατοντάπύλοιο. ut ἐκατοντακιφάλας apud Ariſtophanem : ἐκατοντάφυλλος , apud Theophrastum. ſic ἐκατοντάζυγος , & ſimilia. de portis Romæ veteris conſule Plinium ††. Vi-

† lib. xiv. Métam. v. 694.

\* Utroque de vocabulo *Rhamnufias Upi* tam curatè egit & prolixè ὁ πᾶν Ezech. Spauhem. in notis ad Callimach. p. m. 267. ſ. 286. ſ. ubi & hanc noſtram Inſcriptionem memorat , ut ne quidem ad Spicilegium quid reliquerit nobis.

†† Lib. iiii. c. v. Urbem tres portas habentem *Romulus*

Victorem & eruditissimum Onuphrium. non enim fuit Roma *εκατόμυλος*, ut quondam Thebæ in Ægypto, & in Parthyena ille locus, quem in decima historia describit Polybius.

7. ΠΕΙΟΝΑ ΤΕΙΜΗΣΑΤΕ) et pro ut passim in antiquissimis etiam membranis multorum librorum offendimus. & sequutos paret eam γραφὴν persæpe Græcos Lexicographos, & Glossarum collectores. quare non est erratum fabrilis. sed perversa veterum scribendi ratio, spretis analogiæ legibus. sic in volumine Inscriptionum leges ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ. & ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑ. & ΤΕΙΜΗΤΗΣ. vide caput XIX. Indicis ei Thesauro adjecti magno sanè literarum bono: & si pauci hodie utili-

---

*mulus reliquit, aut (ut plurimas tradentibus credamus) quatuor. Mœnia ejus collegere ambitu Imperatoribus Censoribusque Vespasianis annò conditæ DCCCXXVIII. pass. XIII. M. CC. complexa montes septem ipsa dividitur in regiones quatuordecim, compita Larium CCLXV. Ejusdem spatii mensura currente à milliario in capite Romani fori statuto ad singulas portas, quæ sunt hodie numerò triginta septem; ita ut duodecim portæ semel numerentur, prætereanturque ex veteribus septem, quæ esse desierunt, efficit passuum per directum xxx. M. DCCLXV. Harum portarum nec nomina nec locum ipse ponit. Communis tamen est opinio eorum, qui tres tantum à Romulo ferunt relictas, fuisse, Carmentalem, cujus & meminit Rosinus, II. Antiquit. Rom. c. XVII. p. m. 229. edit. Genev. cl. J. C. XL. in 4to. Romanam & Pandanam, quas explicat Joann. Bartholomæus Marlianus, Patritius Mediolanensis, lib. I. Topographiæ Antiquæ Romæ, c. IV. p. m. 15. f. edit. Lugdun. Gryphian. 1534. in 8o. Portarum Urbis 34. nomina, adpellationisque rationem vide apud Alexandr. ab Alexandro, lib. IV. c. XVI. adde Serranum. & Laurent. Schradert. lib. II. Monumentor. Italiæ in Andr. Schotti Itinerar. Italiæ, lib. II. p. 288. edit. Vesaliens. in 12.*

utilitatem ejus Herculei laboris intelligunt. contra, ver-  
su xv. εἰσαα pro οἰσαα. cujus item vulgatissimi er-  
roris exempla ibidem plura.

8. ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΙΟ Φ. ΤΡΙΟΠΑΟ ) Attici vi-  
cos terræ suæ quamvis parvos vocabant δῆμους. Auctor  
hujus eruditi carminis Triopæ δῆμον videtur nominare,  
territorium illud agri Romani secundum viam Appiam,  
in quo fundus hic Herodis erat situs. & ratio hæc est  
dubio procul: quia ibi erat Triopium; hoc est, ut an-  
tea dicebamus, Triopæ dicata ædes. aliter hunc locum  
interpretari non possumus. Triopas sive Triops † in  
antiqua Græcorum historia non unus celebratur. in Eu-  
sebio Chronico Triopas septimus est rex Argivorum.  
hic Phorbanti in regno successit, cujus erat filius, ut  
& Pausanias in Corinthiacis & Messenicis memoriz  
prodidit. alius fuit Triopas sive Triops Abantis filius  
Co insulæ rex antiquissimus, de quo Theocritus in  
xvii. idyllio & scholiastes illius ex Iasone verustissi-  
mo rerum Cnidiarum scriptore: quam insulam à Trio-  
pa fuisse quondam incolis frequentatam, & Pausanias  
narrat in Phocicis. idem eruditus auctor & Triopam  
alium Pelasgi patrem in Corinthiacis commemorat.  
omitto Triopam Iphimediæ patrem, de quo Apollo-  
dorus in primo Bibliothecæ. An unus istorum aut  
alius ab istis diversus fuerit is, quo de agitur in hoc  
carmine, neque nos scimus, neque nos facile sciri pos-  
se

---

† De hoc pluribus agit Cl. Salmas. in notis ad hanc  
Inscript. p. m. 26. 57. & in Exercitation. ad Solin.  
p. 150. a. D. & ex eo Luc. Holstenius in Stephan.  
de Urbib. p. 329. b. Item Dn. Spauhem. in Callim.  
Hymn. in Delum, v. 160. p. m. (non 426. ut male  
numerus positus est sed) 429. 689. f. Apollodori verba  
è lib. 1. adjicio: Κανάκη δὲ ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶνος Ο-  
πλία καὶ Νηρία, καὶ Ἐπαπία, καὶ Ἀλώϊα, καὶ Τρίοπα.  
Unde Triopæus Eryfichthon dicitur Ovidio, viii. Me-  
tam. v. 751.



se existimamus: quum omnia ferè jam pridem veterum auctorum monumenta desiderantur, quibus priscorum heroum genealogiæ & res gestæ continebantur. Æolidam sive Æolium hunc fuisse, in fine carminis declaratur: ubi etiam calus ejus aliquis insignis attingitur, at non indicatur.

9. ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ ) hoc ideo, quia tantò honestiorem quemque deorum suorum stultè fatua vetustas putabat, quantò plura habebant \* cognomina. ceterum ex his verbis liquet, non solum ædem Triopæ Triopiurum fuisse dictam: sed etiam territorium illud universum. neque enim poterant Minervæ & Nemesis Triopææ cogitominari à Triopio templo: verum ab agri nomine ubi erat hic fundus Herodianus ipsarum honori sacer. hujus Triopii non magis meminerunt veteres scriptores, quàm ipsius agri Herodis: quod in tanta Urbis proximitate non sine ratione aliquis for-

---

\* *Cognomina*) Scilicet in more positum erat Gentibus varia deorum nomina in invocando congerere, uti patet à Catull. Carm. xxxvii. ii. f.

*Nunc ô cœruleô creatâ Pontô,  
Quæ sanctum Idaliûm, Uriosque apertos;  
Quæque Ancona, Cnidumque arundinosam  
Colis; quæque Amathunta, quæque Colchos;  
Quæque Dyrrhachium, Adriæ tabernam;  
Acceptum face, redditumque votum.*

Cum primis id observabatur in Hymnis, qualis adhuc habetur de Apolline vetustissimus scholiô concinnò ab Alexandro Brassicano adornatus, in quo omnia ejus nomina atque epitheta Alphabeticâ serie contexta reperias, quem & habes in Cl. Sauberto de Sacrific. c. xiii. p. m. 256. edit. nostræ Lugdun. Batav. m. dc. xcix. in 8c. Similem de Baccho ex antiquitate depromit Joh. Soter, lib. i. Epigram. p. 96. Adde Nonnum, lib. xl. Dionys.

fortasse miretur. Sed quota pars est id omne quod scimus, eorum, quæ ignoramus?

10. ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥΟΕΝΤΑ ] vel ipsas vites, quæ etiam arborum nomine † censentur: præsertim quando non colitur vitis humilis & arbuscula brevi crure fundata: vel per cannas sarmentis ligatis: vel per terram projecta: sed aliùs, ut in jugo, aut pergula, aut in arbore collocata. vel arbores intellige vitiferas, quibus maritantur vites, quando in agro frumentario vitis arbustiva instituitur.

11. ΑΝΑ ΓΑΙΑΝ ΕΉΚΕ ] Κυριολογία. nam terra deo dicata, ἄνιτος γῆ dicitur: animalia verò in honorem deorum alicujus dimissa, qui fuit mortuus, ἀφ' ἑαυτῶν nominantur.

12. ΗΔΕΠΙΟΙ ) Scribe, ἡδ' ἐπὶ οἷς jungatur cum verbo σείσασα. quætit autem heic Minerva galeam super Herode, non ad terrorem incutiendum, ut apud poetæ sæpe: verum ut præsentis suæ ἐπιφανείας det signum. Prius scribebam, ἐ δὲ θεός sed illud verum est.

13. ΝΟΙΠΟΙΝΟΝ ) Scribe, νέποιον

14. ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕΣ ΑΝΑΓΚΑΙ ) Lege, οὐ Μ. ἄτερ εἶναι ἀνάγκας. non absunt Parcarum poenæ. vult dicere: præsto pœna est. Græci poetæ omnia quæ invito accidunt vocant ἀνάγκας: dulcissimus Xenophon τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἀναγκάια: sed præcipuè pœnas inferorum, Pindarus, Olympionicarum 11. \*. --- κα-  
τα

† Sic Horat. l. Carmin. Od. XVIII. 1.

*Nullam Vare sacrâ vite prius severis arborem*  
Alcæi carmen, unde Flaccus hæc sumsit, exstat apud Athenæum, lib. X. & hoc est.

*Μηδὲν ἄλλο φυτεύσεις πρότερον δένδρον ἀμπίλω.*  
Vide Fr. Robortellium, lib. I. Adnotation. c. XXII.

\* ἐπ' ὁ. γ. κώ. η. ν. 7. 8. i. c.

--- ea sub terra judi-

cet aliquis, invisâ sententiam pronuncians necessi-  
tate.

Z

τὰ γὰρ δικαί— ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράτας ἀνάγκη. pro-  
pterea & Parcarum unam Anancem dixerunt. Quid si  
ita potius scribatur? ἐπεὶ οὐ Μοιρίων ἄτριστοι ἀνάγκη.  
erit miōsis venusta. οὐκ ἄτριστοι, pro, cum primister-  
ribiles. παντὸς μᾶλλον φοβητέα.

15. Ο ΧΟΡΟΣ ) Scribe, χῶρος. ο loco τοῦ ω pas-  
sim. ut in Farnesiana, ΔΑΙΜΟΝ, pro ΔΑΙΜΩΝ. sic  
ΧΘΟΝΙΟΝ ΘΕΟΝ, ibidem. sic & versu xxxi. ΑΥ-  
ΤΟΝ fortasse pro αὐτῶν. contra mox, ΝΕΩΝ, pro  
νέον.

16. Η ΕΝΑΛΣΕΑ ) Disting. ἐν ἀναλσεια. & haut scio  
an non scriptum sit ἐν pro ἐε.

17. ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ ) hæc nihil significant. sed  
extrita est littera α, vel licentiâ poëtæ, vel incuriâ  
operarum fabrum. Scrib. χλωρανθείουσα. versus est  
spondaïcus. nihil, uti diximus, ipsius poëtæ licentia est,  
χλωραθεῖν pro χλωρανθεῖν ita usurpantis, ut Sophocles  
ὑπέροκτον posuit ἀντὶ τοῦ ὑπέροκμπον, in Ajace Lorario.

18. ΔΜΩΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟΣ ) Scribendum  
Δμῶν κ. instrumentum quod terra effoditur ad inhu-  
mandos mortuos, & quod demissum in foveam terrâ ob-  
tutuntur, περιφραστικῶς appellat μάκελλαν δμωὴν ἄδου.  
ministerium Orci ligonem, sive rutrum. videtur aliquem re-  
spectum habuisse ad ista In Ery. v. 468. Αστράϊ vatis in  
diversissima sententia: Δμῶν ἔχων μακέλην πόνοι ἐρήθισσι  
ἰθιείη Σπέρμαλα κακκρύπῳ.

19. ΡΗΞΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ ) & heic i pro ει. ρήξειε.  
sed scribendum censeo, πῆξειε. poetica locutio est,  
πῆξειε μάκελλαν ἐν (vel potius ἐς) ὄρχους, ἄλσεια, ποδ-  
ην: pro, ἐμπηγνύειν ὄρχοις, ἄλσεισι, ποίῃ. si quis malit  
ρήξειε, erit pro impingere per vim. translatum à pa-  
læstra: nam qui antagonistam in colluctatione humi  
affligit vehemētiore nisu, dicitur ρήξαι. B. Cyrillus  
in homilia de exitu animæ: ὁ διάβολος ὁ τῷ θανάτου  
παλῆς ἵσταται ὡς ἀντίπαλος ἰσχυρὸς, καθοπλιζόμενος, ἵνα  
ἡμᾶς ἐν αἷς ἀγίαις ἡμέραις παλαίῃ καὶ ρήξῃ. sic D.  
Marci ix. 18. καὶ ὅπου ἀν καλαλάβῃ αὐτὸν ρήσσει αὐτόν.  
hoc est, solo illidit. & Lucæ ix. 42. ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ  
δαμόνιον.

20. ΚΕ-

20. ΚΕΡΑΙΩΝ) Scrib. *κεραίαν*.

21. ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΣ ΕΣΣΑΜΕΝΟ) Scribendum, *καὶ ἑγγένος ἐσσεαμένω*. hoc est, τοῦ ἀφιδρυσαμένου. Voluit Herodes, ut sibi & liberis posterisque suis hoc τέμενος Mausolei usum præberet: si cui eorum diem obire supremum in Italia contingeret.

22. ΕΠΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟΣ ΕΣΤΩΡ) Poëticâ licentiâ ἐπὶ τῷ πενιθροῦ pro στήλῃ. intelligit columnam sive pilam, cui erat insculpta lex consecrationis hujus. nam & sacrorum & profanorum agrorum jura ab iis legibus pendent, quæ sunt initiô dictæ. quum igitur eò, quæ in modò dicebamus animò, hæc dedicatio facta sit ab Herode: idque scriptò consecrationis sit expressum: merito saxum cui insculptum hoc monumentum, vocat vindicem juris sui & suorum. In Farnesiana columna non est dissimilis comminatio illa: οὐ γὰρ λήθον τοῦ κινήσαντι. Μάρτυς δαίμων Ἐνοδίει.

23. ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ) pro ἀνέλθῃ, ut videtur: sed hoc quomodo per Hellenismum satis commodè ferri possit, non intelligo.

24. ΠΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ) Scribo, *Αλάστω*. Facit Alastotem peculiare numen, quod huc illuc circumcursans hominum peccata puniat. alii aliter: quibus ἀλάστωρ Jovis est cognomen, ab eadem causa. Phrynus: λέγεσθαι δὲ ὑπὸ τινος καὶ Αλάστωρ καὶ Παλαμναῖος, τῷ τοῦ ἀλάστορος καὶ παλαμναίου καλᾶν. Sed cogitemus, num legi etiam possit, καὶ ῥόμβος Ἀληκταί. nam & Alecconi crimina noxia cordi, ut ait poeta. †

† Succedunt memorix quæ legi apud Barthium ad lib. VI. Thebaid. Stat. v. 693. Tom. III. p. m. 581. & sunt hæc: *Apud Herodem in fine Inscriptionis ῥόμβος Αλάστωρ* nihil aliud est, quam levis hic Deus, omnia incauta verba puniens; quod circumvolvatur nempe, & ubique incautus improvisus veniat, non aliter quam Fortunam hic venire dicit Papinius. Cui jungitur Νεμετις ἀπρόφατος, quam eadem ratione præesse humanis actionibus pro lusu convolvendis, eruditâ dissertatione memorat, pennam eam

25. ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟΣ ΑΙΟΛΙΔΕΩ) Scribe metri causâ, Αἰολίδαί.

26. ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΖΑΛΑΠΑΞΕΝ) Non dicit quò genere pœnæ sit affectus à Cerere. at veteres crediderunt, eos, qui ejus deæ numen læsissent, capi \* mente, & ut propriam vocem usurpem, fieri Cerritos καὶ νυμφολήπτους. Sed fortasse aliud Triopæ infortunium heic innuitur. quasi Triopas ob læsum Cereris numen, patriâ suâ, id est Æolide in Græcia excidisset, ac profugus & erro vagari huc illuc compulsus fuisset. quò casu tandem factum, ut in Italiam & vetus Latium devenerit. Tale quid videtur eruditus carminis auctor legisse in Ecœis (Θεοῖς fortè) Hesiodi, aut Cyclo Heroïco, vel aliis heroïcarum genealogicarum priscis scriptoribus.

27. ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΙΗΝ ΑΑΣΑΣΘΑΧΩΡΟΥ) Legendum ἀλῆασθε, vitate. vel ἀλῆασθῶν. oportet vitare. quò ferè modò præcepta apud Græcos poëtas concipiuntur.

28. ΜΗ-

insuper instruens, ut adesse velocitate volucris cunctis astimetur, & prætereundum gubernaculum faciens, subdusque ei rotam, ut universitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur, Ammianus Marcellinus, sine libri XIV. Servanda autem omnino hac scriptura est in Inscriptione Herodis. Nam quod Is. Casauboni Θεοείκελος animus de Alcæto substituenda protulit, etiam syllaba vocis non admittit, nullò exemplò, nullâque ratione corripienda.

\* Capi mente) Valer. Maxim. l. l. 20. Q. Fulvius Flaccus impune non tulit, quòd in Censura tegulas marmoreas ex Junonis Lacinia templo in ædem Fortune Equæstris, quam Romæ faciebat, transtulit. Negatur enim, post factum, mente constitisse: quin etiam per summam agritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decepsisse, alterum graviter audisset adfectum. Cujus casu motus Senatus, tegulas Locros reportandas curavit: decretique circumspiciatissimâ sanctione impium opus Censoris retexuit.

28. ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΙΟΣ ΕΡΙ-  
 ΝΥΣ) Scribendum, μήτοι ἔπηται ἐπὶ Τριόπιος Ερ.  
 pro, ἐφίπηται. Sī numen Minervæ & Nemeseos læse-  
 ritis, discedent ipsæ, neque ampliùs Triopez dici cu-  
 rabunt: atque earum locò succedent Furiz, & inter  
 vos sedes figent: ut meritò Triopez possint indigerari.  
 Atque hæc hæctenus.

## SEQVUNTUR QVATUOR C A S A U B O N I

nunquàm antehàc (quod sciam) in publico  
 visæ Epistolæ.

I.

ISAACUS CASAUBONUS

SCIPIONI GENTILI Jcto S. D.

**M**itto tibi, Vir clarissime, Syntagmatum  
 super Satyrica Græcorum & Rom. Sa-  
 tira simul & scriptum nobis & editum. nam  
 ut Horatiano præcepto pareamus, per occu-  
 pationes nostras non licet nobis. Et profectò  
 res non erat tanti. Equidem soleo invitissi-  
 mus ad scribendum trahi, qui probè conscius  
 ingenii, doceri à mutis magistris, quàm a-  
 lios ipse docere præoptem. Sed mihi per a-  
 micorum celeusmata otioso esse non licet. I-  
 taque excitati illorum prope convitio quoti-  
 dianò aliquid scriptitamus, quod prelis sta-  
 tim subjicitur. Hic genius meorum scripto-  
 rum, doctissime Gentilis: quæ si postulem

Z 3 tibi

tibi probari, jure exclames, frontem de rebus periisse. nos certe tironibus scribimus; neque vos spectamus doctos, cum commentamur. Velut nuper cum Persium ederemus; nam etiam tirunculorum rationem habui tunc. nunc quoque propositum argumentum ita ubertim tractavimus, ut non multa desiderari putem, quæ eo spectarent. Cur succenseatis vos docti? non enim parata vobis hæc mensa. exquisitiores epulas, scio, eruditum palatum vestrum requirit. nos has epulas iis instruximus, qui paupere cœna & simplici possunt esse contenti. Si tamen cum à gravioribus studiis vacabis, διαγωγῆς χάριν libellum hunc inspexeris, peto à te per nostram amicitiam, censorem induas, & judicium tuum de ea scriptione, seposito affectu mihi aperias. Hoc ego à te sic contendo, ut nihil possim vehementius. Tuum enim est, mi Gentilis, de istiusmodi rebus judicium: qui ad exquisitam eruditionem & juris civilis scientiam, studium poëtices adjecisti. Poëtam autem de iis, quæ ad Poëticam spectant, judicem ferre, nulla est invidia. Da hoc igitur amicitiae nostræ, ut non quasi amicus, sed quasi judex severus, in libellum hunc animadvertas, & libere me de omnibus moneas, quæ improbaveris. De Judæo vestro gratissimum fuit quod scripsisti. Uti-

nam

nam una essemus : sic agerem ejus discipulum; ut fortasse aliquid operâ meâ posset uti. non possum negare, amare me illas literas: etsi quantum adhuc profecerim, poenitet me. Gratissimum feceris, si de ejus inceptis feceris me certiores. Miratus sum in inchoato Dictionario cûr tantum vacuæ chartæ interponeretur, inter auctorum τὰς χεῖρας nam si ad hoc exemplum opus procedit, quis par erit tantis sumptibus? atque parci poterat dimidio hujus impensæ. Iterum te rogo significes mihi, quid paret, quid habeat præ manibus. Vale & me constanter ama. Lutetiæ Paris. a. d. 111. Non. Sept. cio. 15 ci. *Inscriptio.* Cl. V. Scipioni Gentili, JCto celeberrimo, amico plurimum colendo. Altorfium cum libro.

## II.

ISAACUS CASAUBONUS

JANO RUTGERSIO S. D.

**B**inas, postquàm in hanc insulam veni, literas à te accepi vir doctissime, quibus ipse binis meis respondi. Posteriores an acceperis, nescio. Nam menses jam aliquot præterierunt à mearum missione. Equidem graviores tuas curas insiticiò hoc labore scribendi ad me interpellari nolim: si tamen ha-

Z 4

bes



bes vacuas aliquot horas, aperio tibi ἀφ' ἐλπί-  
 νόω desiderium meum subinde intelligendi,  
 uti valeas, & quid in literis moliaris: Jam  
 illa, quæ parata scio te habere, an lucem vi-  
 derint, aveo scire, si quis alius mortalium.  
 Mox etiam illa prodire cupio, quæ ad me-  
 moriam ornandam maximi virorum τοῦ μα-  
 καρίτου Scaligeri, scio te cogitasse. Nos hîc  
 pingvi otio fruimur DEI Opt: Max: bene-  
 ficio, & maximi regis liberalitate singulari.  
 Sed libris adhuc caremus nostris quæ maxi-  
 ma est studiorum nostrorum pestis. Causas  
 exsequi nunc non possum, qui per occasio-  
 nem hæc raptim scribo. Vale vir doctissime,  
 & me ama. Londini XIII. Kal. Apr. stylo  
 Liliano CIO. IDC. VI. *Inscr:* Ornatissimo vi-  
 ro longèqve eruditissimo Jano Rutgersio  
 JCTO, amico observando. Durdrechtum.

## III.

ISAACUS CASAUBONUS

JOHANNI RUTGERSIO S. D.

**B**inas tuarum simul ante paucos dies acce-  
 pi. Unis earum erat (*erant*) adjunctæ  
 notæ τοῦ μακαρίτου herois ex illius codicibus  
 operâ tuâ descriptæ. Nequeo verbis tibi si-  
 gnificare, quantum eô officii genere me tibi  
 in ævum devinxeris. Gaudeo sanè hæc oc-  
 casione amicitiam nostram coaluisse. Meæ  
 jam

jam sunt partes, postquàm â te sum provocatus tantô beneficio, cavere, ne in dolium pertusum id videri qveas effudisse. Spero non defuturam occasionem testandæ rebus ipsis benevolentiz & grati animi. nam equidem ingrati animi vitium φύσει καὶ πάνυ μισήσας ἔχω. Illud certè, σὺν Θεοῦ παλάμα faciam, ut per qvem profecerim, sciant posteri. Neque enim ignoras, quanti ipse vel levissima magni herois σχεδιάσματα semper fecerim. qvi quidem etiam in iis, in quibus aliter sentio, magni æstimem scire, qvid ille existimaverit, & causas ejus sententiz expendere. Nos jam â Polybio planè discessimus, cùm aliis gravissimis curis mirificè occupati, tum etiam recensione Animadversionum in Svetonium, & Commentarii in Theophrasti Characteres. Utramque hanc operam pænè convitiis extorserunt â me Typographi, prorsus alienô meô tempore, qvi longè diversis studiis meas horas, quas habere hîc possum, succisivas, addixeram. Svetonium Parisienses edunt, aut potiùs inchoatam dudum editionem Genevæ perficiunt. Characteres Lugduni Seytesianorum brevi, ut spero, edentur, non negligenter recogniti. nam Fortlanus homo Græcus, atque is doctissimus, qvi in eandem arenam post nos descendit, stomachum mihi movit:

qvi mihi fermè persuasit; etiam Græcos homines in suâ lingua posse aliquid à nobis discere. *Φθόνος δ' ἀπέστω τοῦ λόγου καὶ Νέμεσις.* Sed ejus versionem & notas si vidisti & expendisti aliquando, non aliud, nisi fallor, senties. Ex tuis didici; Polybium, quem ad Clariss. Heinsium misi ante sex menses, probè fuisse curatum. Ipsum ex illo tempore nihil ad me scripsisse, demiror. itaque de ejus valetudine incredibilem in modum sum sollicitus. Beaveris me, si hanc mihi curam exemeris. Sunt hîc Puteani fratres memoriæ τοῦ μακαρίτου cultores magni. Unus illorum variis Scaligeri scriptis collectis, dare illa in lucem constituit. jamque adeo editio est inchoata. Non est, quòd verearis proditum aliquid, quod tanti viri famam aut existimationem lædat. Nihil enim publicabitur ὅπερ ἀρρητον ἄμεινον nihil non ex ipsius autographo descriptum: nihil denique ipsò indignum. Adde, quòd præfatione munietur ea editio contra Theoninos dentes τῶν ἀλαστόρων. Scio esse isthic multa, quæ nos desideramus: ut de nummis † doctam diatribam; Leges Atticas, alia. Cur illa vos non editis? cur nobis

co-

---

† Expositio Numismatis argentei Constantini Imper. habetur in Opusculis Jos. Scaligeri, n. VIII. p. m. 139. f. edit. Francòfurt. M. DC. LXIV.

eorum lectionem invidetis? Obsecro te, hanc partem epistolæ ostendito amicissimo Heinſio, & quid illius sit iudicii, fac me quam-primū ut ſciam. Quæ ad Erpenium noſtrum miſiſti, ea ſcito ritè curata. Vale & reſcribe, Lutetiæ Pariſor. III. Non. Jan. c1515cx. *Inſcriptio.* Eruditiffimo & Ornatiffimo Viro Johanni Rutgerſio jurisprudentiæ candidato, amico intimo, Lugdunum Batavorum.

## IV.

## ISAACUS CASAUBONUS

SCIPIONI GENTILI V. Cl. S. D.

**N**eqve erat, quod ad te ſcriberem, neque otio ſane abundabam. non tamen potui Præſtantiffime Gentilis, pauca hæc ad te non exarare. Scito memorem amicitiaſ noſtræ vivere me, & ſemper victurum, dum ſpiritus hos reget artus. Noſtra ſtudia ſuperiore hieme pene intermiſſa aut inſtaurabimus hoc vere, DEO propitio, aut amplius differemus, ſi iter ſuſceperimus, de quo pridem cogitamus. id quale ſit, ſcies, ſi futurum eſt aliquid. Recentuiſimus tamen etiam inter curas maximas; Svetonianas Animadverſiones, ac multa adjecimus. per-  
du-

ducta est ad umbilicum ferè editio. quia tamen & Indices & alia quædam deerant, non curavi ad te mittere, neque ad Cl. V. Rittershusium nostrum. quem ut meo nomine salvere jubeas, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale. Lutetiæ Parisior. x. Kal. April. c12. 15cx. *Inscriptio.* Viro clarissimo, Scipioni Gentili, Jcto celeberrimi nominis, & amico plurimum colendo. Altorphium.



ג'ה

ΟΛΥΜΠΙΚΟΣ

ΑΓΩΝ

*descriptus*DISSERTATIONE HISTORICO-  
CHRONOLOGICA,*Quam*

Sub PRÆSIDIO

VIRI

*Plurimum Reverendi, Amplissimi atque Excellentissimi*

D N. ÆGIDII STRAUCHII,

S.S. THEOL. LIC. MATHEM. PROF.

PUBL. ET HISTOR. SUBSTITUTI

*Dn. Præceptoris ac Patroni summe colendi,*

publico συμφιλολογούντων examini exhibet

WOLFGANGUS JACOBUS FRÖLINGIUS,

HAMBURGENSIS.

*A. D. 17. Apr. A. C. MDC LXI.*

A.

A. Ω.



Vod acturis de re quapiam solenne esse solet, commendare nempe materiam, quam præ manibus habent, si & nos pro rei dignitate observare in præsentivollemus, verendum esset, ut scopum assequeremur nobis præfixum, h. e. ut brevi quâdam & Academicô stylô conceptâ Dissertatione prolixam explanemus historiam. Tot enim & tanta de Instituto Olympiadicorum certaminum præfari possemus, quæ ad justum librum componendum viderentur sufficere. Hoc unum dixisse satis est, in profana historia, quatenus eadem è Græcis scriptoribus cognoscenda est, infeliciter versari eum, cui de celeberrima illa Olympiadum Panegyride nihil, vel parum constat; Ab eadem enim, tanquam certissima temporum Epocha, Græci Annales suos ordiuntur, & res gestas, ad Olympiadicos annos, à Ludis nomen nactus, adpendunt, ut causam gravissimam *VARRO* olim habuerit, tria temporum discrimina adnotandi, cujus mentem *CENSORINUS* explicat de Die Natali, c. XXI. *Primum*, inquit, ab hominum principio, usque ad Cataclysmum priorem decurrit, quod pro-

propter ignorantiam vocatur ἄδηλον (Gentilibus puta, fidelibus enim ex Instrumentis Testamenti Veteris εὐδηλον est.) *Secundum* à Cataclysmo priore usque ad Olympiadem primam, quod à fabulis, quibus operam dederunt horum temporum Scriptores, μυθικὸν seu fabulosum dicitur. *Tertium* demum à prima Olympiade, ad nostra usque, continuata tempora complectitur, quod ἱστορικὸν appellant, quia res in eo gestæ veris historiis continentur. Ad amussim hæc conveniunt cum *JUSTINI MARTYRIS* observatione, quæ in Eiusdem λόγῳ παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας exstat: Ἄλλως τε ἔδὲ τοῦτο ἀγνοεῖν ἡμᾶς πρὸςήκει, ὅτι ἔδὲν Ἕλλησι πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἀκριβὲς ἱστόρηται, οὐδ' ἐστὶ τι σύγγραμμα παλαιὸν, Ἑλλήνων ἢ Βαρβάρων σημαῖνον πράξιν. *Nequaquam vos ignorare decet, nihil à Græcis ante Olympiades accuratè scriptum esse, neque ullam Scripturam veterem haberi, quæ indicat Græcorum vel Barbarorum acta.* Et iterum *AFRICANUS* apud Eusebium de Præpar. Euangel. c. X. in eamdem sententiam inquit: Μέχρι τῶν Ὀλυμπιάδων οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησιν. *Ante Olympiades nulla est apud Græcos accuratè scripta historia.* Ab Olympiadibus ergo cùm Græca historia deducenda sit, tantò magis illæ considerationem merentur, quantò illud præstat, quod  
ab



ab iisdem Antiquitatum studiosus mutuatur. Agemus itaque in præsentī, rei utilitate & jucunditate illecti, de Olympiadicis Solemnitatibus; & de iisdem, è fide dignis Autoribus, pauca quædam commentabimur, quod ut feliciter fiat, *FAXIT TRINUNUS RECTOR OLYMPI!*

§. I. Ut à nomine, quod methodi leges jubent, ordiamur, ejusdem origo satis patet, Olympiades nempe à *JOVE* dici *OLYMPIO*, more gentico à Græcis Numinis instar habito; Frequentissimum enim Jovis cognomen erat, quò Olympius vocabatur, & tum alibi passim, tum imprimis in superstitionis precibus, quas ad eum fundebant, usitatissimum. Ita *SOLON* in Elegiis.

Μνημοσύνης καὶ ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ  
τέκνα

Μοῦσαι Πιερίδες κλυτὲ μοι ἐνχομένω.

Et quamvis *LUDOV. CÆLIUS RHODIGINUS*, Antiq. Lection. lib. XX. c. XIII. referat, Diodorum asserere, quòd Jupiter ab Olympo quodam præfecto, abs quo ingenii cultum acceperit, nomen habeat, simplicior tamen eorum videtur opinio, qui concretum *Ὀλύμπιος* ab abstracto *Ὀλυμπος* derivant, uti à cælo cælestis descendit; *Ὀλυμπος*, ὁ οὐρανός, οἶονεῖ, ὁλόλαμπος. θεοῦ οἰκητήριον. Ὀλυμπος

λυμπος *cælum* significat, quod totum sit lucidum, *DEI* nempe *domicilium*, inquit, *SUIDAS*. Itaque à Cælo tamquàm habitaculo suo non tantum Jupiter Olympius dictus est, sed nonnunquam vox ipsa *ὀλύμπου* pro Jove usurpari videtur, quando enim *VIRGILIUS* lib. X. auspicatur :

*Panditur intereà domus omnipotentis Olympi:*

ab interpretibus per Olympum Jupiter intelligitur. Neque verisimile videtur, adversus exemplarium fidem, pro voce *Omnipotentis* substituendum esse, *omnipotentis*, imprimis cum *NÆVIUS* quoque ante Virgilium idem carmen cecinerit, solò Epithetò immutatio :

*Panditur intereà domus altitonantis Olympi.*

Quòd si tamen aliquis per Olympum cælum intelligendum esse persuasus sit, eidem in re, quæ alias exigui ponderis est, morosè non refragabimur, cum recordemur alterius Poëtæ carminis :

*Junonem intereà Rex omnipotentis Olympi  
Adloquitur &c.*

Et sensus quidem manifestus est, si *ADRIANI*

**NI TURNEBI** attendamus Criticam : *ut reor*, Adversar. lib. XXIX. c. XXIV. inquit, *inde dicitur omnipotens, non tantum, quòd omnia possit, sed etiam quòd omnibus positur, & Horat.* lib. I. Od. V. extr.

Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo, *cum dixit, Neptunum intellexit, qui mari potitur, & cuius mare fors est.*

§. 2. Ad indaginem nominis non parum conducit, si perpendamus, locum, in quo celeberrimi Græcorum ludi instituti sunt, **OLYMPIAM** vocari consuevisse; Ita enim **STRABO**, lib. VIII. Geograph. οὐτ' ἐν Ἡλείᾳ συνετελέθη ὁ Ὀλυμπιακὸς ἄγων, ἐδ' ἅπαξ, ἀλλ' αἰεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ. Nec semel quidem in Elea certamen Olympicum fuit celebratum : Olympia semper. Fuit autem Olympia locus quidam sacer, quem Strabo, locò citatò, & paullo ante dilucidè describit : In Pisæo agro, inquit, templum est, Stadiis non omnino CCC. ab Elide situm : ante id jacet lucus oleastris confitus, in quo est stadium. Præterfluit autem Alpheus ex Arcadia in mare Triphyliacum, inter occasum & meridiem se effundens. Illustris primùm facta est Olympia oraculis, quæ ibi Olympius edebat Jupiter : quæ postquàm desierunt, nihilominus tamen sua templo mansit gloria, & ad id, quod notum est, incrementi pervenit, pro-

propter solemnem conventum & Olympicum certamen, quô & coronantur victores, & sacrum habetur, omniumque est maximum. Ornatum autem est templum donariis ex universa Græcia ibidem dedicatis. Inter hæc est etiam Jupiter ex auro ductus, donum Cypseli Corinthiorum tyranni. Maximum in his fuit eburnum Jovis simulacrum, quod Pheidias Charmini F. Atheniensis fecit, tantæ magnitudinis, ut quamquam templum est maximum, tamen videatur malam proportionis rationem habuisse architectus. (ita enim in textu Strabonis legendum esse, monet *CASAVBONUS*: δοκεῖν ἀστοχῆσαι τῆς συμμετρίας τὸν τεχνήτην, non uti *XYLANDER* legit; εὐστοχῆσαι) Nam sedentem finxit, ita ut vertice culmen propemodum tangat, & ex ipsa specie appareat, eum si surgeret, seque erigeret, tectô templum nudaturum esse. Exemplar, quod artifex in hoc simulacro exprimere voluerit, dicitur illud fuisse, quod sequentibus versibus Homerus proposuit in Iliad. α. v. 529. f.

Ἡ καὶ κυανέησιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Ἀμβρόσια δ' ἄρα χεῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,

Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὀλυμπον.

*XYLANDER* versibus Latinis sequentibus

A 3 2

Græ-

Græci Poëtæ sensum expressit :

*Dixit ; caruleisque superciliis Superûm  
Rex*

*Annuît, Ambrosiosque atero in vertice  
crines*

- *Concussit, nutuque alnum tremefecit O-  
lympum.*

Fieri etgo potuit, imò quòd factum illud sit plusquàm probabile est, ab Olympo Jovem Olympium, ab hoc templum, à templo locum, Olympiam, ab Olympia demum ludos Olympiadicos dictos esse, uti ἱσθμία, νέμεια, καὶ πύθια, quæ festa cum nostro loc. cit. *SUIDAS* confert; Alibi enim fusiùs dicendi locus erit, uti ἱσθμία vocârint ludos, qui in Isthmo Corinthiaco, ubi Neptuni templum, pinuum lucô opacum olim fuit, celebrabantur; & Νεμεακὸν ἀγῶνα, qui in Argiæ regiuncula, non procul ab oppido Νεμέα funebri ritu instituebantur, πυθικὸν autem, qui Delphis, Πυθῆς καὶ πυθῶνος appellationem sortitis, in honorem Apollinis, à Græcis agebantur, de quibus omnibus plura apud Lyricorum Principem, Pindarum legi possunt.

§. 3. Ita de Etymologia constare putamus; Ad Homonymiam spectat, quòd, uti Athenis quoque templum Jovis Olympii fuit, ita & Olympia Atheniensia dicantur, memi-

nit

nit eorumdem *THUCYDIDES*, lib. I. Ἔστιν ὁ-  
λύμπια καὶ ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἀθήναις. *MEUR-*  
*SIVS* verò in Græcia Feriata, lib. V. p. 216.  
alia insuper loca citat, inter quæ notabilis  
est commentatio, ad illa *PINDARI* verba  
Pythonic. Od. IX. στρo. ε. κω. ιε. princip.

Ἐν Ὀλυμπίοις τε καὶ βαθυκόλπου

Γαῖς ἀέθλοις.

Ubi *SCHOLIASTES* habet: Ὀλυμπίοις,  
οὐ τοῖς ἐν Πίσῃ νῦν. οὐ γὰρ αὖν οὕτως ἔρριψεν ἀπλῶς  
τὸν λόγον. ἀλλὰ τοῖς ἐν Ἀθήναις. Æquivocè  
item eas Olympiades Elei dictas volebant,  
quæ alibi, quàm in eorum agro peractæ es-  
sent. Nam ideò, quòd octava, trigesima  
quarta & centesima quarta ab iis indictæ fuif-  
sent, quibus fas non erat Olympiades indi-  
cere, Ἀνολυμπιάδας vocârunt; Qua de re po-  
steà dicendum erit.

§. 4. Explicatô nomine de Auctore harum  
solemnitatum suscipienda est cura, & cùm va-  
rient de eodem antiqui Scriptores, recensèn-  
dæ prius sũnt diversæ eorum opiniones, &  
postea, de eo, qui restauravit hos ludos, a-  
gendum. In antiquissimis monumentis, ut  
primus autor Olympiadici certaminis, cele-  
bratur *PISVS*, quem Celeberrimus Olym-  
piadum Scriptor *PHLEGON*, cujus fra-  
gmentum è Johannis Meursii editione habe-  
mus, primò locò ponit. Præter nomen au-

tem de Pifo parum constat, nisi qvòd unus fortè è Nestoris fuerit familia, à qva Pifa esse conditas *STRABO*, Geograph. lib. V. auctor est. Meminit autem Pifi cujusdam *PAUSANIAS*, Eliac. lib. I. p. 320. qvando imagines impressas arcæ & in Junonis templo tunc conspiciendas explicat. Ἡνιοχῶντες δὲ συνωρίδα Πισός ἐστιν ὁ Περιήρους, καὶ Ἀστερίων Κομήτου. *Bigas agitant Pisus Perieris & Asterion Cometa filius* &c.

§. 5. Celebrior Pisô fuit *PELOPS* Tantalii filius, cui alii Olympica certamina primum adscribunt, & de Pelope qvidem illud constat, qvòd Heroicis factis inter Græcos excelluerit, à cujus nomine nobilissimam Græciæ provinciam Peloponnesum dici, præter antiquiores, *GERARDUS MERCATOR* & *PHILIPPUS CLUVERIUS* in Geographicis scriptis suis adnotant. De eodem Pelope *PAUSANIAS* refert Eliac. lib. I. p. 310. Ἡρώων δὲ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοσούτον προτετιμημένος ἐστὶν ὁ πέλοψ ὑπὸ ἡλείων, ὅσον ζεὺς θεῶν τῶν ἄλλων. *Præ ceteris Heroibus in Olymp. tam colitur apud Eleos Pelops, quam Jupiter præ cunctis Diis.* Et post pauca, qvæ interjecta sunt, pergit Pausanias, p. 311. *Memoria proditum est, cum Trojanum bellum duceretur, monuisse vates, non ante expugnari Ilium posse, quam Græci Hercules sagittas & de Pelopis ossibus unum*

com-

comportari curâssent. Quare & Philocteten tunc in castra accersitum, & Pisa scopisculum (al. scopitulum) opertum deportatum, (αἰχθῆναι δὲ καὶ τῶν ὁστῶν ὠμοπλάτη σφίσι ἐκ Πίσσης τῶν Πέλοπος) Reduuntibus verò Græcis ad Euboeam, navim eam, in quam Pelopis illud os fuerat impositum, naufragiò periisse. Multis deinde annis post Ilium excisum, Eretriensem Piscatorem Demarmenum, jactò e vermiculò, è mari os extraxisse: miratum magnitudinem, in arenis id, adnotatò locò, abdidisse. Venisse eundem Delphos scitatum, cujusnam esset os, & ad quem usum illud à se conservari oporteret? Tunc etiam factò quòdam aderant, quos Elei consultum miserant, quæ foret depellendæ pestilentia ratio? Atque his quidem responsum est, ut Pelopis ossa requirerent; Demarmeno verò, ut quæ reperisset, Eleis restitueret. Hoc ille cùm fecisset, & alia accepit ab Eleis munera, & ei, ejusque posteris custodia offis demandata est. Atque ex hac recensione satis liquet, quantæ auctoritatis Pelopem fuisse oporteat, unde minus mirum, hujusmodi Solemnia ab eodem institui potuisse. Porro, quò tempore illud factum sit, ex EUSEBIO colligendum est, qui in Canone Chronico à Josepho Scaligero edito, non tantùm ad annum Abrahami DCXX. adnotat: πέλοψ ἐβασίλευσεν ἔτη νη, εἴφ' ἔ καὶ ἡ χῶρα πελαπόννησος, (Pro quibus



in versione *HIERONYMI* hæc leguntur: *Pelops regnat in Græcia annis LIX. à quo Peloponnesus vocata.* ) Sed ejusdem Pelopis tempora connectit Eusebius cum temporibus Ebræor. *AOD*, Assyriorum *BELLEPARÆ*, Sicyoniorum *EPOPEI*, Argivorum *LYNGEI*, Athenienſium *ERECHTEI* & Ægyptiorum *MENOPHIDIS*. E quibus adparet, & imprimis è Numero Annorum Abrahami, Eusebium perſuafum fuiſſe, quòd Pelops regnârit, circa annum Per. Jul. 3317. M. 2553. Ante Chriſtum 1397. Obſervatis nempe iis, quæ & alibi à nobis dicta ſunt, inter Per. Jul. & Numerorum Eusebianorum initium, interceptos eſſe 2697. annos ferè, inter Epocham ejusdem Periodi Jul. & Mundi annos 764. fere, & denique Chriſtum annô P. Jul. 4714. ex opinione Autoris æræ vulgaris natum eſſe, quas hypotheſes hîc locô præſupponimus, miramur autem *SETHUM CALVISIUM* ad annum mundi 2634. demum inſtituti Pelopis meminiffe.

§. 6. Poſt Pelopem, inter Autores Olympicorum certaminum, *HERCULEMPHLEGON* nominat, qui Pelopis inſtitutum renovârît, unde nonnulli addunt, Pelopem quidem in honorem Jovis, Herculem verò in honorem Pelopis ævi fui gymnicos ludos adornâſſe, quæ *SOLINI* in Polyhiſtore & alia-

lia-

liorum sententia est. Eô ipsô autem, quô Herculis mentionem facimus, incertitudinem hujus rei indicatam volumus. Verè enim *REINERUS REINECCIUS* in Regno Mycenæo judicavit, intricatissimam omnium esse Herculis historiam: Nam *HERODOTUS* in Euterpe duos facit Hercules, Ægyptium & Græcum, *DIODORUS* tres, Ægyptium, Cretensem & Thebanum: *ARRIANUS*, *MACROBIUS* & *EUSEBIUS* totidem, Ægyptium, Tyrium & Græcum, additque Arrianus, quæ de Herculis in Indiam expeditione perhibeantur, commentitia esse. *CICERO*, lib. III. de Natura Deorum, c. XVI. sex, quorum *primus* fuerit, qui cum Apolline de Tripode certârît, *Secundus* Nilô natus Ægyptius, cui literarum Phrygiarum inventio adscribitur. *Tertius* sit ex Idæis digitis, cui inferias afferant. *Quartus* Jovis sit & Asteriæ Latonæ Sororis, quem Tyri maximè coluerint, & cujus Carthaginem filiam ferant. *Quintus* in India, qui Belus dicatur, & *Sextus* Thebanus, ex Alcumena & Jove tertio genitus. Sunt denique, qui unicum saltem Herculem fuisse dicunt, Thebanum nempe, seu Argivum, quòd autem plures crediderint, famam rerum gestarum ejus effecisse, & propagatam celeriter ad diversas gentes Numinis opinionem & cultum. Nam quicquid u-

*bique magnificum est, in claritatem Herculis referre consensimus, inquit TACITUS, Germ. xxxiv. 3. Herodoto certè PLUTARCHUS* litem movit, qvòd plures Hercules finxerit. Itacnim in libro, qṽi περὶ τοῦ Ἡροδότου κακαῆς θείας seu de Herodoti malignitate inscribitur: p. 857. F. Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν, οὐχ Ὀμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πείσανδρος, οὐ Στήσιχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐ Πίνδαρος, Ἀἰγυπλίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους, ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἓνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιωτίον ἡμῖν καὶ Ἀργεῖον. De priscis & doctis hominibus, neque Homerus, neque Hesiodus, neque Archilochus, neque Pisander, neque Stesichorus, neque Alcman, neque Pindarus ullam faciunt mentionem Ægyptii aut Phœnicis Herculis: Sed unum illum nôrunt Herculem nostrum Bœotum & Argivum.

§. 7. Quidquid autem de Numero eorum sit, qṽi Herculis nomine olim audiverunt, is, cui Olympici certaminis restauratio adscribitur, è qvinqvagina qvatuor Argonautis, quos *APOLLONIUS RHODIUS* recenset, & qṽi in Colchidem, ad aureum velus auferendum, expeditionem suscepisse dicuntur, unus fuit, στρατηγός, hoc est, militiæ dux à reliquis Heroibus creatus, uti *DIODORUS* scribit. Qvæ verò Argonautica expeditio illa fuerit, in qva *HERCULES* in-

cla-

claruit, ipsi Græci scriptores parum consentiunt. Antiquus Scriptor *CHARAX PERGAMENUS*, qui post Augusti ævum vixisse dicitur, citatus ab *EUSTATHIO*, Commentariis in Dionysii Περιήγησιν, 'dixit, τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι χρυσογραφίας, μεμβράνης περιειλημμένην; δι' ἣν, ὡς λόγου ἀξίαν, τὸν τῆς Ἀργεῦς καταρτισθῆναι στόλον φησίν, Auream pellem fuisse tractatum de artificiosa ratione conficiendi auri, membranis comprehensum: propter quem, ut magni rem pretii, Argonauticam expeditionem factam esse ait. Idem *SUIDAS* tradit, in voce Δέρας. Τὸ χρυσόμαλλον δέρας ἦν ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχων ὅπως δεῖ γενέσθαι διὰ χειμαίας χρυσόν. *Vellus aureum*, inquit, quod Iason & Argonautæ Colchos per mare Ponticum profecti abstulerunt, liber fuit in pellibus scriptus, qui continebat artem auri per chimiam conficiendi. Rectius longè mihi sentire videntur, qui ad divitias Colchorum respexisse veteres tradunt. Succurrit mihi *STRABONIS* locus, lib. xi. Geographiæ exstans, ubi de incolis Caucasi, quos *SOANES* vocat, inquit: παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους. ὑποδέχεσθαι δὲ αὐτὸν τοὺς βαρβάρους, φάτνας κατατετρυμμέναις, καὶ μαλλοταῖς δορατῖς. ἀφ' ὧ δὴ μεμβρεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. *Ajunt apud hos etiam aurum de-*

deferri à torrentibus, idque barbaros excipere alucolis perforatis, & velleribus lanosis: unde etiam aurei velleris exstiterit fabula.

§. 8. Sed transigant inter se de Argonautica expeditione, & aurei velleris raptu, *μυθολογικοί*; Nos locum *DIODORI SICULI*, de Ludis Gymnicis, ab Hercule in Eleorum agro institutis, cujus occasione hâc digressionem usi sumus, è *RODOMANNI* versione recensemus: Cum argonautæ, inquit, in suam quisque Patriam reditum adornarent, Herculem hoc consilii subjecisse ferunt, ut ad mutuam ferenda auxilia juramentò se obstringerent, si quando, (ut inopinata sunt fortune vices) aliquis ceterorum ope indigeret, nobilissimum etiam Graciæ locum ad solemnium editionem Ludorum, & communem omnium Græcorum conventum, deligerent, eumque Jovi Olympio Deorum maximo dedicarent. Cum igitur Optimates in societatem hanc bellicam conjurassent, & Ludorum institutionem permisissent Herculi; ipse præ aliis Eleorum campos ad Alpheum Panegyricis solemnitatibus destinavit; totamque regionem Jovi maximo consecratam, Olympiam ab eo nominavit. Tam equestri & gymnico certamine institutò, præmiisque ordinatis, Theoros, qui ludorum spectacula civitatibus indicerent, dimisit &c. De Herculeo hoc certamine non omnino *PLUTARCHUS*

tacuit in vita Thesei, dum enim hunc Isthmiorum autorem fuisse meminit, Herculis oblivisci noluit: τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε Θεσεύς, κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους, ὡς δι' ἐκεῖνον Ολύμπια τῷ Διὶ. καὶ δι' αὐτὸν Ἰσθμία τῷ Ποσειδῶνι· φιλοτιμηθεῖς ἄγειν τοὺς ἔλληνας. *Ludos Hercules imitatione primus statuit, ambiens, ut sicut in illius memoriam Jovi Olympia, ita Isthmia Neptuno Græci in honorem suum agerent.* Parum cum his convenire *PAUSANIAS* videtur. Nam Eliac. lib. 1. ait, p. m. 299. Saturnum primum omnium cæli regnum obtinuisse, & ei in Olympia homines eos, quod aureum genus nuncupatum est, templum dedicasse. Post hæc recens natum Jovem, Rheam matrem Dactylis Idæis, qui Curetes aliò nomine appellati sunt, commendasse: venisse illos postea ab Ida Cretæ monte in Elidem: fratres hos fuisse: Herculem, Proneum, Epimedem, Iasium & Idam. *HERCULEM*, ut qui natus maximus erat, cursum certamen fratribus per lulum proposuisse, victoremque Oleastricoronâ donasse. Auctorem igitur istorum ludorum *HERCULEM IDÆUM* celebrari asserit, qui quinquennales instituerit, eò quod fratres quinque numerò fuerint. Hæc & multa alia partim à propria, partim ab aliorum recensione multum differentia, allegat *PAUSANIAS*, &

qua

qua titubatione illud colligitur ipsis Græcis Scriptoribus de origine horum ludorum parum constituisse, atque ideò Nobis *STRABONIS* ἐπίκρισις placet, quilib. VIII. Geograph. *Omittenda sunt*, inquit, *vetusta, quæ & de Auctore templi & institutione certaminis feruntur: Aliis auctorem Herculem facientibus, unum de Idæis Dactylis, alios Herculem Jovis & Alcmena filium, qui & certaverit primus & vicerit.* τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται, καὶ ἑκάστου πιστεύεται. Nam *TALIA SOLENT ET VARIE DICI ET NON ADMODUM CREDI.*

§. 9. De *IPHITO* breviter dicendum restat, quem ludos Olympicos non tantum restaurasse ferunt, sed ab ejus temporibus, nullâ priorum, quos hactenus recensuimus, ratione habitâ, quidam deducunt. *Certamen Olympicum*, ait, *Cajus Julius Solinus* in Polyhistore, c. 1. *quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermissum, Iphitus* (in nonnullis exemplaribus vitiosè legitur Iphiclus) *filius ejus instauravit, post ex-cidium Trojæ annò quadringentesimò octavò. Ergo ab Iphito numeratur Olympias prima.* De patre Iphiti agit *PAUSANIAS*, loc. cit. Inscriptio, inquit, quæ in Olympia est, Iphitum testatur Hæmonis filium fuisse, Græcorum plerique non Hæmonis eum, sed

Praxo-

Praxonidæ filium dixerunt. Prisca Eleorum monumenta ejus patrem eodem appellant nomine. Ut in Seculum Iphiti eô expeditiùs inquirere queamus, neque illud prætereundum est, quòd Pausanias addat, Iphitum hunc Lycurgi σύγχρονον fuisse, quod Aristotelem testatum esse *PLUTARCHUS* in vita Lycurgi refert: *Alii Iphiti temporibus claruisse Lycurgum, feriasque Olympiacas una secum confecisse tradunt, quorum est & Aristoteles Philosophus, conjecturam trahens ex eo disco, quò in Olympiacis ludis utebantur. In illo enim Lycurgi nomen incisum conservatur.* Et paullo pòst circa finem historiæ de vita Lycurgi: Dicunt quidam, (veluti Hermippus meminit) Lycurgum neque adfuisse ab initio, neque socium exstitisse in iis, quæ sunt ab Iphito constituta, sed interfuisse aliqua ex causa profectum atque spectantem. Audisse autem vocem, tanquàm hominis alicujus à tergo illum increpantis, admirantisque quòd cives non exhortaretur simul cum aliis celebritatis participes fieri. Conversum autem Lycurgum, cùm, qui locutus fuerat, nusquàm appareret, Numen fuisse arbitratum, sic ad Iphitum concessisse, communique studiò festivitatem illustriorem & firmiorem constituisse.

§. 10. Inquiramus ex his datis & aliorum  
te-



testimoniis in Iphiti ætatem, Annô quadringentesimô octavô à Trojano excidio Iphitum claruisse scribit *SOLINUS*, quem alii, uti vidimus, Lycurgi σύλλογον faciunt. At quomodo cohærent hæc? Excidium Trojanum incidit, uti alibi ostendimus, in annum P. Jul. 2530. Si addantur quadringenti & octo anni, quot interceptos esse Polyhistor scribit, devenimus ad annum P. Jul. 3938. quô equidem Olympias prima acta est, sed non ab Iphito verum à successoribus ejus, de quibus jam jam dicemus. Porro Lycurgi ætatem cum ætate Regis Israëlitarum Jehu, & Assyriorum Orphratenes, ad annum ætatis Abrahæ 1130. circiter, connectit *EUSEBIUS* in Chron. Libr. poster. Ita floruisse Lycurgus & Iphitus, quos σύλλογος fuisse diximus, circa annum Per. Jul. 3827. & subseq. annô ergo 3938. & ita centum annis serius Olympicos ludos, à quibus Epocha Græcorum deducitur, instituire non potuerunt. Itaque necesse est, ut dicamus, ne à temporibus Iphiti quidem Olympiada certamina statutis temporibus continuata, sed uti prius factum erat, ob Reipublicæ calamitates vel alias causas, intermissa esse, usque ad *ELEICOROEBI* tempora, quem cursus certamine primùm vicisse *PAUSANIAS* testatur. Suppeditat  
cla-

clavem in hac difficultate **PHLEGON**, de Olympiis sequentia annotans: Ματὰ Πρώην καὶ Πέλαγον, ἐπὶ δὲ Ἡρακλέα, τοὺς πρώτους τῶν Πανήγυριν καὶ τὸν ἀρχαῖον τῶν Οὐλυμπιασμῶν ἐνστήσαντας, ἐκλελεπόντων τῶν Πελοποννησίων τῶν θεοκαίων χρόνῳ τινί, εἰς ἃν ἀπὸ Ἰφίτου Οὐλυμπιάδες ἦκτι πρὸς ταῖς ἀποσι καταριθμοῦνται εἰς κόροισιν τῶν Ἡλλήων, καὶ ἀμειψομένη τοῦ ἀρχαῖου, ἑτάσας ἐνέστη κατὰ τὴν Πελοπόννησον δεσ. *Post Pisum, Pelopon etque Heracleum, qui primi solemnem convenerunt ac certatum Olympicum instituerunt, cum Peloponnesi eam festivitatem aliquandiu intermisissent, per id scilicet tempus, quod ab Iphito ad Corcebum usque Eleam quodetriginta Olympiadum numeratur, certamenque neglexissent, seditio in Peloponneso fuit contra etc.* Aut Phlegon ab Iphito ad Corcebum viginti et octo Olympiades agidubuisse, oportet ergo 112. annos interceptos fuisse, quod etiam superius produximus, quando de loco Eusebii ageramus. Instituit ergo Iphitus ludos Olympiadicos annō Per. Jul. 3826. Sed cum negligenter eosdem agerent Græci, novâ calamitate pressi tandem ab anno Per. Jul. 3938, constantes esse in hisce certaminibus coeperunt, revera annō, ab excidio Trojano, quadringentesimō octavō, uti Solinus tradidit, à quo **EUSEBIUS** in Canone Chron. bienniō saltem differt,

B b

quan-

quando à captivitate Trojæ usque ad primam Olympiadem annos CCCCVI. numerat; Primam intelligens, non tempore, sed dignitate, uti *JOSEPHUS SCALIGER*, Animadv. in Euseb. p. 356. commentatur, vel respectu usus Chronologici, qualem ante Corœbum celebratæ Olympiades nullum habuerunt, quod postea tamen factum est.

§. 12. Explicanda nunc sunt *CERTAMINUM GENERA*, quæ in Olympia Athletæ iniverunt. Agit de iisdem *PAUSANIAS* Eliacorum primò, p. 301. quando infit: Δῆλον δὲ, ἐξ οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς Μνήμας ἐπὶ ταῖς ολυμπιάσιν ἐστὶ, ΔΡΟΜΟὶ μὲν ἄθλα ἰεῖ-  
θη πρῶτον, καὶ Ἡλείος κόροισος ἐνίκα. Manifestum est, quòd quantum continuatas Olympiades hominum memoria consequi potest, *CURSUS* primum certamen institutum est, in quo vicit Eleus Corœbus. De eodem certamine *PINDARUS* in Olymp. Od. 1. στρ. δ. κώ. 12. v. 10. f. canit:

Τὸ δὲ κλέος

Τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀ-  
λυμπιάδων, ἐν δρόμοις  
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-  
ταὶς ποδῶν ἐρίζεται,  
αἰμαίῳ ἰσχύος θροσύπονοι.  
Ὀνικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βλοτὸν  
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,  
ἀέθλων γ' ἐνεκεν.

610.

*Gloria autem*

*eminus conspicitur O-*  
*lympiædum, in cursibus*  
*Pelopsis, ubi velocitas pedum certat,*  
*vigoresque roboris in laboribus audaces.*  
*Qui autem vincit, reliqua in vita*  
*habet mellisam serenitatem,*  
*premiorem victoriæ gratiâ.*

Scilicet animadvertunt omnes cursû exerci-  
 tatos ad militaria officia perquàm aptos esse,  
 unde non Græci tantum sed Romani quo-  
 que Juvenes ad cursum assuefacere soliti sunt,  
 certè in Ludis Circensibus, qui apud Roma-  
 nos, quædam veluti effigies ludorum Græ-  
 corum, & præsertim Olympicorum erant,  
 cursu certabant, quem currendo certa stadia  
 in campo, ad metam destinatam usque, per-  
 agebant. Quæ omnia ita ordinârunt Veteres,  
 ut, quemadmodum *FLAVIUS VEGETIUS*,  
 lib. i. de re militari c. ix. explicat, cum  
 majori impetu in hostem procurrerent, ut  
 loca opportuna celeriter, cum usus advenerit,  
 occupare, vel adversariis idem facere volen-  
 tibus præoccupare discerent, ut ad exploran-  
 dum alacriter pergerent, alacrius redirent,  
 ut fugientium terga facilius comprehende-  
 rent, & qui alii fuerunt, atque ad hunc  
 diem usque, militaris cursus sunt usus. Ad  
 saltum etiam, inquit Vegetius, quò vel fos-

sa transiliuntur, vel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles; ut cum ejusmodi difficultates evenerint, possit sine labore transire. Præterea in ipso conflictu & dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque veniens, adversarii perstringit oculos, mentemque detorret, priusque plagam infligit, quam ille ad cavendum vel ad resistendum certè se præpareret.

§. 12. Cursui simpliciter additus est Olympiade XIV, ΔΙΑΤΑΟΣ, Ita enim PAUSANIAS locò citatò, p. 301. Ολυμπιάδι δὲ ὑστερον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ προστέθη σφίσι διαύλος. Ἰππῆες δὲ ἀπὸ πιαδὸς ἀπέλειτο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότυον. Olympiade novè quattadecimâ additus est duplicati Stadii cursus, è quo, acceptâ ex Oleastre ceramâ, victor discessit Hypernius Piseus. Διαύλος vocabatur hoc certaminis genus à δι & αὐλίζεσθαι, quod ab αὐλὸς descendit, quâ voce fistula propriè notatur, & postea omnis meatus longus, & porrectus, seu figura quævis in rectitudinem producta, qualis etiam Stadium est. Duplicabatur ergo cursus, obeundo scilicet stadium, & mox regrediendo. Confert Pausanias, Eliac. I, p. 320, διαύλον cum scriptione, quæ βονστροφιδὸν fit, seu converfis lineis, (à boum repetitis actibus in Sulco) describens enim arcam quamdam, in Olympia literis signatam, inquit: τῶν δὲ ἐπὶ

πλ

πὶ τῇ λαύρακι ἐπιγραμμάτων ἐπεστί τοῖς ἡλείοσι  
 γραμμασί τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. Καὶ τὰ μὲν  
 ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει. σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμ-  
 μάτων, βουστροφῆδόν καλοῦσιν Ἕλληνες. Τὸ δὲ  
 ἐστὶ τοῖονδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέ-  
 φει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρό-  
 μῳ. **ROMULUS AMASÆUS** reddt: *In arca  
 in eis q̄ p̄scis literis inscriptiones, rectō ordine  
 dispositas scribenibus quadam, aliā in ḡrōs revolu-  
 it.* βουστροφῆδόν *Græci dicunt.* *A superioris enim  
 versūs finē continenter sinuatur ad sequentis ini-  
 tium verborum series, eā nempe formā, quæ est ἀε-  
 ραὶ currīculi, quæm Diaulum appellant.* Μενίει  
 ejusdem certāminis **PINDARUS** in Pythionī-  
 cis; Nam εἶδος decimūm ἰνscriptūm ἐστὶ **Hip-  
 πόκλεα** **Θεσσαλῶ**, **Πιλινῆα** **τῶν Διαυλοδρόμων**; & ἰν  
 hunc **Pindari** locum **B. SCHMIDTUS** p. 348. ex-  
 plicat, qvīd sit βουστροφῆδόν ἰscribere, p̄t qvām  
 comparationem διαυλον **Pausanias** explicāve-  
 rat. Nemp̄e verba ordināre hōc modō

ἀρχὴ σοφίας ὁ

ἔ

· ἀσθὲν ποτ σοφ

§. 13. Neq̄ue verò his exercitiis cōtenti  
 fuerunt Græci, qvīn potius ἰν subsequenti-  
 bus Olympicos novos ludos addiderunt vel  
 obsoletos innovāvunt & ἰν **XVII.** qvīdem  
**ΠΕΝΤΑΘΛΟΝ** καὶ **ΠΑΛΗΝ**, de qvībus ita **Pau-**

Bb 3

sanias:

fanias, p. 301. Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος πεντάθλου καὶ πάλης ἀφίκοντο ἐς μνήμην. Καὶ τοῦ μὲν Λάμπιδι ὑπῆρξεν Εὐρυβάτου δὲ ἡ νίκη τῆς πάλης, Λακεδαιμονίοις καὶ τούτοις. *At decemā octavā Olympiade, quæ jam exoleverant certamina QVINQVERTII & LUCTÆ restituta sunt. Quinqvertii Lampidi, licet præmium Eurýbato, utrique Lacedæmonio obligit. De lucta prius dicemus, cū fine hac quinqvertium intelligi nequeat. Πάλην ergo seu LUCTAM dicebant, quæ, ut ARISTOTELIS annotat, lib. 1. Rhetor. c. v. τῷ θλίβειν καὶ κατέχειν perficiebatur, & παλασταῖ seu Luctatores nudi congrediebantur, & nonnunquā inuncti, tum quòd unguentis robur aliquod membrīs addi putarent, tūm quòd lævore obductum corpus difficilius ab ἀντιπάλῳ prehendi possit. Meminit hujusmodi certatorum CICERO, lib. v. Tuscul. quæst. c. xxvii. Adolescentium greges, inquit, Lacedæmone vidimus ipsi, incredibili intentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur prius, quàm se victos faterentur. Declarari Luctatorum vehementia potest ἐκ πλατάνιστων descriptione, quæ UBBO EMMIUS in Rep. Laconum ἐκ Πausania potissimū exhibet. Scilicet πλατάνιστα, ex loco, densis & proceris platanis per ambitum obstituto, sic dicta, ludi erant ferii,*

in

in lucta maximam partem consistentes. Certaturi nimirum bifariam se dividebant: utrique sub Duce suo ex ipsis delecto, noctu in Ephebeium suburbanum coibant, atque ibi cane, ab utrisque ad aram mactatō, & captandi ominis ergo duobus apris infestis inter se commissis, quorum is, qui alterum superabat, putabatur suis victoriam portendere, per id quod reliquum erat noctis, quiescebant. Postridie paullo ante meridiem in certaminis campum utrique procedebant, insulæ instar Euripæ circumfusum, nec nisi per pontes ingressui patentem. In quem cum devenissent per pontes diversos fortitō jam ante utrique designatos, pugnam ordiebantur acrem infestamque, in qua vir viro primum congregiebatur, manibus, calcibus, dentibus, ungvis, denique se mutuō impetentes, nec ab eruendis oculis, si possent, sibi temperantes. Mox densati quoque totis agminibus in se ferebantur, mutuōque in Euripum præcipites se agere summis viribus nitebantur; pugnant pertinacissimè cedere & victos se fateri habebatur turpissimum, potiusque ad mortem decertantes perdurabant, quàm ut hoc dedecus in se reciperent. Hæc veterum Græcorum erat πάλη seu Lucta, quam postea Romani imitati sunt, uti in simili themate, ͵Ϟʹ aliquando explicabimus.



§. 14. Quod πεντάθλον concernit, quæ in eadem Olympiade cum πάλη, restitutam esse, PAUSANIAS scribit, è voce ipsa apparet, compositum fuisse hoc certaminum genus è quinque aliis certaminibus seu exercitiis, unde POLLEX, lib. III. c. XXX. πεντάθλον describit, quod sit δ πέντε ἀγωνισθῆνός, hoc est, qui quinque certaminum generibus decertabat. Erant autem quinque illa genera illa: πυγμή, πάλη, δάμνα, δίσκος & δρόμος, Castus, iusta, saltus, lapidis iactus, & cursus. Confer MARTINI ANTON. DEL-  
RIO Syntagma Tragicum & imprimis commentarium in Herculem Furentem. Latini ad imitationem Græcorum huiusmodi Athletæ QVINQVERTIONEM vocabant, locum verò ipsum Qvinquertium. Ceterum paullo aliter vocem SUIDAS † explicat, non corporis sed animi exercitia respiciens, quando ad verbum: Πεντάθλος; sequentia commentatur: δ δημαγωγός, ε' αὐδηρίτης, ἡσυχῆς, γὰρ τὰ φυσικά, ἢ τὰ ἡθικά, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικά, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Sic dictus est Democritus Abderites. Gallicæ enim Physica, Ethica, Mathematica, disciplinarum orbem (ἐγκυκλίους λόγους; ipse Suidas in Democrito explicat περ φυσικά, eoque infert ποῦσιν, vocabulorum explicationem, & alia; quamvis alii voce

† Confer Diogenem Laërtium, lib. IX. c. XXXVII.

εγκυκλοπαιδείας latiùs usi sint, de quibus videatur GERHARDUS JOHANNES VOS-  
SIUS de Philolog. Gr. §. 2.3.) Artiumque omnium  
peritus erat. Similiter Latini quinqueversionis  
vocabulò nonnunquam latiùs utuntur, im-  
ponentes illud cuius, qui in rebus agendis  
expeditus est & promptus, quæ acceptiones  
huius loci propriè non sunt, ubi spectatum  
de exercitiis corporis, quæ Veteres institue-  
runt, ageremus.

§. 15. Pergit P<sup>ER</sup>USANI<sup>US</sup> in nominandis  
Olympicis certaminibus: lib. 1. Eliac. p. 301.  
Τετὴρ δὲ Ὀλυμπιάδῃ καὶ εἰκοτῇ Πυγμῆς ἀθλὰ ἀπέ-  
δοσαν. *Tertiusdecimè & vicesimà Olympiade C. E-  
STUM ludicram institutam est.* Quamvis  
enim πενταθλὸν cōprehenderit hoc certami-  
nis genus, seorsum tamen πυγμὴ demum in  
vigesiμā tertia Olympiade introducta est,  
sicuti & πάλη in Olymp. 18. Quale certamen  
illud facit, vocabulum indicat, quod ē  
POLLUX, lib. II. c. IV. explicabimus: ἂν δὲ  
εὐγκλείης τῇ χεῖρᾳ τὸ μὲν ἐξωθεν καλεῖται πυ-  
γμῆς, ὅθεν καὶ ὁ πύκτης, καὶ τὸ πρυκεύειν. Si  
verò μάχην εἰσαφέρῃς, exterior pars PUGNUS  
vocatur, unde pugill, pugilate &c. E quibus  
verbis apparet luctæ speciem quandam πυγμὴν  
fuisse, quā athletæ mutuis pugnis se mutuo  
acceperint, unde Suidas πυγμὴν per πάλην ex-  
plicat. Meminit ejusdem certaminis PINDA-  
RUS in Olympic. 10. 590 φ. δ. κω. η. v. 6.

Δόρυκλος δὲ τέλος

πυγμαῖς φέρε - -

*Doriclus verò finem pugilatus reportavit, quò vicisse eum indicat.*

§. 16. Meminit quidem Pausanias aliorum & pene multorum certaminum quæ Olympicorum tempore instituta sint qualia fuerunt ἵππων τελείων δρόμος, ἵπποι κέλητες, ὀπλιτῶν δρόμος, ἀπῆνης, κόλπης & similia, ne tamen nimium excrescat pagellarum numerus, & quia de horum certaminum ratione pauca constant, eademque jam Pausaniæ tempore in perpetuo usu non fuerunt, de Disco saltem & Pancratio adhuc dicemus. ΔΙΣΚΟΣ generale vocabulum est, quò non tantum vas latum, ad portandas carnes aptum, ut *POLLUX* παραφράζει, nec στόλος *SUIDÆ*, sed rotundum corpus, vel quod aliquatenus saltem sphaericam figuram habet, significatur; Nam & hodie Discus Solis, Discus Lunæ notissimæ sunt voces. Enimverò Discus, qui certaminis Olympici speciem fecit, erat moles quædam σφαίροειδης, quam ii, quibus adhuc integrum erat naturæ robur, proieiebant, palmam ferente, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu ultra designatum spatium projecisset. Adhibuisse autem videntur Græci in hoc certamine lapidem quendam, ideo enim in Onomasticis Δίσκος

εξ

explicatur, quòd fuerit βαρὺς λίθος, gravis lapis, & *PINDARUS* Isthmic. Od. 1. ἀντιστρ. πωλ. ζ. ν. 1. Saxeum discum dixit, quando cecinit:

Οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς,  
καὶ λιθίνοις ὅποτε δίσκοις, ἔεν!

*Item! qualiter manibus jaculantes hastis,  
& saxeis quandoque Discis, emisserunt!*

Istos saxeos discos ἀποτομάδες dici consuevisse, Scholiastes notat, additâ nominis ratione hâc; quia olim victori tantum ἀπετέμνετο telluris in patria, quantum spatium jaciendo emetiri poterat: Innotuit hoc ludorum genus etiam Latinis Scriptoribus; Ita enim de eodem *OVIDIUS*, lib. X. Metamorph. v. 176.

*Corpora veste levant, & succôpinguis olivis  
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.  
Quem prius aëreas libratum Phoebus in  
auras*

*Misit, & oppositas disjecit pondere nubes.  
Recidit in solidam longô post tempore terram  
Pondus: & exhibuit junctam cum viribus  
artem.\**

§. 17. Denique inter prima & decantatissima Olympica certamina numeratur merito ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ, quòd qui certabat παγκρατιαστής item παγκρατιαστικός vocabatur: De ejus-

\* Te vide de Disco Hieron. Mercurial. lib. II. de Arte Gymnast. c. XII. p. m. 165. f. edit. opt. Amstelod. c12. 13c. lxxii. in 4to.

eiusdem origine ita Pausanias, p. 301. οὐδὲν δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι ἐδέξατο Παγκρατιαστὴν τε ἄνδρα, Ὀκτανά, post hanc, Olympiade introδύξαντες Pancratiasten. Memiherat autem antea Olympiadis XXV. in qua introductus fuerit πᾶσι τελείων δρόμος, ut Pancratiasten oporteat prodiisse Olympiade XXXII. In quo autem constiterit Pancratiastarum certamen, succinctè *SUIDAS* explicat: *Pancratiaste*, inquit, *athleta pugiles, qui manibus pugnant & pedibus.* Compositum ergo hoc certandi genus erat, non quidem è quinque, sed duobus exercitiis, πυγμὴ καὶ πάλη, vel uti alii addunt, δρόμῳ quoque. Quamvis enim sint qui παγκρατιαστὰς cum πενταθλαῖς confundant, quod in Græca philologia versatissimum Virum *GUIL. BUDÆUM* fecisse, mirum, de differentia tamen non tantum Pausanias sed & alii luculenter testantur, & inter hos *ARISTOTELES* imprimis, qui lib. i. Rhetor. c. v. ait: Ἀγωνιστικὴ δὲ σώματος ἄρετὴ συγκεῖται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος καὶ τάχους. Καὶ γὰρ ὁ ταχύς ἰσχυρὸς ἐστίν· ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥυπτεῖν πῶς καὶ κινεῖν ταχὺ, καὶ πόρρω δρομικός. Ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν παλαιστικός, ὁ δὲ ὥσαι τῇ πληγῇ πυκτικός· ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις Παγκρατιαστικός. ὁ δὲ πᾶσι τούτοις, Πενταθλος. Confer *RHODIGINI* Antiq. Lect. lib. xi. c. XXX. Nos de certaminibus corporis consi-

pien-

mentatiōnem Pausaniæ de suis temporibus recensione finimus; *Μαχάρις* *ΔΕΟ* *υψίμης*, inquit, quingvertii primūm & cursus, deinde equorum certamina committuntur; atque ita est septimā & *Σαραγεςίμῃ* Olympiade instituta: Nam antea eadem die & equi & homines inducebantur. *Πανκρατίας*que tunc sub noctem prodibant, neque enim satis nocturne poterant accersiri.

§. 18. Præter corporis exercitia animum quoque videntur exercuisse Olympici certatores. Ita enim de Herodoto *ΣΥΝΔΑΣ* refert, quod in Olympico conventu, Historiarum libros novem, totidem Musarum nominibus inscriptos, publicè recitavit: quæ res Thucydidi, puero adhuc, & auscultanti, tantum stimulum inflixit, ut Zelô quodam incitatus lacrymas effuderit, quod animadvertens Herodotus, Patri Oloro, de filii generositate gratulatus & insignem eum aliquando evasurum, non falsò ominatus est. Similiter *ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ*, Eliacorum Lib. II. p. 376. huiusmodi in ludo literario celeberrimi Athletæ meminit, qui in Olympicis inclaruit: Οὗτος ὁ Γοργίας πατὴρ μὲν ἦν Καρμακτίδου, λέγεται δὲ ἀνασάσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἢ μελεμένην τὴν ἐς ἅπαν, καὶ ἐς λήθην ὀλίγοις δὲ ἡκούσαν ἀνθρώποις. Εὐδοκίμησεν δὲ Γοργίαν λόγων ἕνεκα ἐν τῇ πανηγύρει τῇ Ὀλυμπικῇ Θεσσι, καὶ ὀφείλει

ἀφικόμενον κατὰ προερείαν ὁμοῦ τισίᾳ παρ' Ἀθηναίους. Natus est Gorgias Patre Carmantide, & primus neglectam adhuc dicendi ex arte rationem excitasse dicitur & ab hominum oblivione vindicasse. Dedit magnum eloquentiæ specimen Gorgias, & in quinquennali Olympiæ celebritate, & in ea legatione, quâ functus est, Tisiæ collega apud Athenienses. Huc pertinet, quod *ÆLIANUS*, lib. II c. VII I. Xenoclem & Euripidem Olympiade nonagesimâ primâ † Dramatibus certasse annotat, & *CLEOMENES* in Olympiis, Empedoclis quædam ῥαψωδῆσαι scribitur ab Athenæo, lib. XIV. *Atque hac de Olympico agone in presenti adduxisse sufficiant; quæ in uberrima hac materia restare videntur, proximâ quâvis occasione subjungemus.*

T. Θ. Δ.

**Q**UOD quoque magnanimo velis insudare labori

*Acer, FROLINGI, cupiens te credere fama:  
Ne grator curaque tua, genioque. Trium-*  
*phans*

*Sola solet sic fama peti, quæ durat in ævum.*

*Dum*

† In *Æliano* est κατὰ τὴν πρώτην ἔκτῃν Ολυμπιάδα i. e. Olympiade primâ & sextâ. Emendatur, primâ supra octogessimam. Neutrum verum. Quare corrigit *Ælianum* B. Schæffer. in notis ibi, & scribit ἐν τῇ πρώτῃ, προέκτα.

*Dum stabit mundus stabunt monumenta Sopho-  
rum,* (NIS

*Quique hac ipsa piâ sectantur mente. PEREN-  
ID CIRCO CAPIES PRÆCONIA MAXIMA  
FAMÆ.*

Præstantissimo Dno. Resp. gratulab. hisce

ÆGIDIUS STRAUCH P.P.

**D**ic (age:) quæ replicas iteratas, Nym-  
pha, loquelas;

Ecquid proficimus divitiis? vitiis.

**Q**ui sibi opes cumulat miserè violando mi-  
sellos,

Quomodo privatus postmodò deget? eget.

**Q**ui pascit gentes, urbes & regna; laborum  
Præmia numne refert certa colonus? O-  
nus.

**A**n Frôlinge capis studiorum digna brabea?  
Laurus nonne aderit, quàm sibi quærit?  
erit.

*Hermannus Cron Hamb.*

**I**ncluta sub Gracis juvenilis gloria quondam,  
Nervorum vires exseruisse, fuit.

**E**mula quò virtus fieret manifestior orbi  
Solennes Indos instimère Patres.

*Hic*



*Hic rebur valuit : Sed tu, certamine pulchrâ  
Frölingi, pariter signa daturus eris,  
Incultum haudquaquam ingenium, mentemque  
sagacem,*

*Non magis obscuro posse latere loco.  
Alior en! animus praeiungit maxima quævis  
Quæ cedro digna, & Veris honore reor.  
His multas per Olympiades Patriæque tuique  
Prosperior tandem commoda multa feras.*

Nicolaus Piningius Crempâ Holsatus.



I. N. C. J. M. N. M. A.  
DISSERTATIO HISTORICA

De

SERAPIDE,  
ÆGYPTIORUM DEO MAXIMO.

Contra Scriptores,

In Dæmonis illius Cultu,

ΑΠΟΘΕΩΣΙΝ JOSEPHI  
propugnantes.

Quam

*In Electorali Wittebergensi Academia.*

PRÆSIDE

M. JOHANNÉ LEHMANN,

Namslaviensis Silesiô.

*Publicæ ventilationi submittit.*

RESPONDENS

PETRUS SCHRÖER,

Uratislaviensis Silesius.

*Ad D. 26. Maji A. O. R. M. DC. LXVI.*

*Horis locoque consuetis.*

Cc

## P R O O E M I U M.



I ulla sub Sole Natio, certè Ægyptiorum Gens, Idololatriæ altissimè immersa fuit; adeò enim horum mentes Superstitio invasit, ut non modò animantia bruta, puta *ex terrestribus*, Canes, (a) feles, (b) Oves, (c) Lupos, (d) Leones, (e) Capras, (f) Hircos, (g) mures araneos, (h) Ichneumones, (i) Crocodilos (k) & Serpentes: (l) *ex volatilibus*, Aquilas, (m) Gryphos, (n) Ibides (o) & accipitres: (p) *ex aquaticis*, Oxyrinchos, (q) Lepidotos, (r) Latros, (s) angvillas; (t) Sed & Plantas (u) Allium & Cepas, ut Deos coluerint, imò quod pudet referre Cleacis, (x) & quod magis, pudendis (y) ipsis, tanqvàm Causæ Crea-

(a) Cic. in *V. Tuscul.* Juvenal. *Sat. XV.* Clemens Alex. *Adm. ad Gent.* (b) Herod. in *Eut. Cic. lib. I. de Legg. & lib. I. de Nat. Deor.* Juven. c. loc, Plutarch. lib. *V. Symp. qv. V.* (c) Clemens Rom. lib. *V. Recog.* (d) Clemens Alex. c. l. Strab. lib. *XVII. Geogr.* (e) Strab. c. l. (f) Strab. l. c. (g) Strab. loc. cit. (h) Diod. Sic. c. l. (i) *Ælian. l. X. de anim. c. XLVII.* Clem. Alex. c. l. (k) Strab. c. l. Cic. de *Nat. Deor. Tuscul. qv. V.* (l) Clemens Rom. c. l. (m) *Ælian. lib. X. Hist. Anim. c. XXIV.* (n) Plut. lib. *IV. Symp. qv. V.* (o) Lucian. in *Conc. D. Cic. lib. I. de Nat. D. Tusc. V.* Juvenal. c. l. Plin. lib. *X. c. XXVIII.* Herod. in *Euterp.* (p) Diod. Sic. lib. *XI. Euf. lib. XI. de prepar. Eu.* (q) (r) (s) Strab. lib. *XVII. Geogr.* (t) Herod. l. cit. (y) *Juv. Sat. XV. Plin. Nat. hist. lib. XIX.* (x) Clem. Rom. lib. *V. Avarv. seu Recog.* (y) Diod. Sic. lib. *I. Ant. Rec. c. IV. p. 113.*

Creationis animalium, sacra fecerint. Inter hæc & alia verò Ægyptiorum scititia Numina, cum Bos ille Memphiticus in honorem Osiridis sub Apidis vel Serapidis nomine ab universa Ægypto divinò honore nullo non tempore cultus, pro Principe Deorum ceterorum habeatur; igitur de Sacris illis quid sentiendum sit, & num à Josepho Patriarcha, qui ex mente plerorumque Pontificiorum Scriptorum, inter Deos post mortem ab Ægyptiis relatus est, promanarint, auxiliante Sacro-Sanctò Numine pro virili dispiciemus.

§. I.

SERAPIDIS, magni illius Ægyptiorum Dæmonis, originem & cultum investigaturi, ex antiquis historiæ monumentis, fundamenti loco annotasse expediret: superstitionissimam hanc gentem, duplices Deos caelestes & terrestres habuisse, & ab antiquissimis temporibus Solem & Lunam, tanquam DEOS OPT. MAXIMOS coluisse. Nam, horum influxu, (a) cum omnium animalium, & sic quoque hominum formas, è limo terræ prognatas esse crediderint, igitur & eosdem ut Creatores & Deos æternos adorârunt. Inter terrestres verò quàm maximè Osiris emi-

Cc 2 net,

(a) Diod. Sic. lib. I. Antiqu. Rec. c. 84

net, quem ob beneficia plurima, post mortem in Deorum numerum retulerunt; atque sub ejus Nomine Soli & Lunæ cultum penè attonitæ venerationis impenderunt. Fuisse autem Osiridem hunc, primum Ægyptiorum Regem, Solis Nepotem, Saturni atque Rheæ filium, fratrem & maritum Isis, qui propter virtutem universo orbi, quem ingentibus exercitu peragravit, & tanquam inventor agriculturæ, vites plantare, hordeique ac tritici segetem docuerit; quique insidiis à Typhone fratre structis interemptus, pro magnitudine Beneficiorum immortalitate donatus, & honores Cælestium assecutus sit, omnes probatæ fidei historici, ex mente Ægyptiorum referunt.

§. II. Huic Diodorô Siculô (a) teste, Tauros sacros duos dicarunt, quorum alter Heliopoli servabatur, *Mnevis*; alter, qui Memphi alobatur, *Apis* diceretur. Memphitem bovem (prout Tibullus (b) eum vocat) Apim, animatam effigiem Osiridis credebant; & mediante Osiride Lunæ simul sacrabant; Heliopolitanum verò Mnevin bovem, Apidis Patrem dicebant, & cum Osiride simul Soli dicatum, proximos post Apim honores ei tribuebant. Hâcque ratione factum ut

su-

(a) *Antiqv. Rer. lib. I. c. IV. p. 109. & 113.* (b) *lib. I. Eleg. VII. v. 28.*

superstitiosa Posteritas, Divos mirè cumulavit, cultusque primum Soli & Lunæ destinatos Osiridi, hujus autem honores, mox Bovi illi sub Apidis vel Serapidis Titulo præstiterit.

§. III. Dant verò honoris bovi huic impensæ causas, tum quòd animal hoc frugum & fructuum repertorem multum adjuverit, ad sementem faciendam communemque agrorum culturam; tum quòd interfecti à Typhone Osiridis Corpus in bovem ligneum, corio bovis albo circumdatum, conjectum fuerit; tum verò præcipuè quòd Ægyptii μετεμψυχώσεως seduli cultores & propugnatores, defuncti Osiridis animam in bovem transmigrasse crediderint, uti cum Diodoro Sic. (a) Plutarchus, (b) Herodotus (c) aliique testantur.

§. IV. Fuit autem Apis ille, Bos ex armento suffragiis designatus, utpote certis genitalium notarum figuræ expressus, multò formosior ac venerabilior reliquis privatis & gregariis bubus, non tam pecoris (prout nugabantur) quàm cælesti igne seu radiis Solis & Lunæ conceptus. Herodotus (d) eum sequenti modò depingit: *Est Apis è*  
*vat-*

(a) lib. I. ant. Rer. c. IV. p. 110. (b) lib. de Isid. & Osiride. (c) In Euterp. (d) in Thalia, lib. III. p. 193.

vacca genitus, quæ nullum jam alium potest  
 concipere foetum, quam Egyptii ajunt, fulgure  
 istam concipere ex eo Apim. Habet hic vi-  
 tulus, qui appellatur apis hæc signa. Torus cor-  
 pore est niger, in fronte habens candorem signa-  
 ra quadrata, in tergo effigiem aquilæ. Can-  
 tharum in palato, duplices in cauda pilos. Ad-  
 dit Ammianus Marcellinus (a) eum in late-  
 re dextro, speciem habuisse corniculantis  
 Lunæ serenam & præfulgidam. Nec ab hoc  
 dissentit Plinius (b) quando inquit: Bos in  
 Egypto vuminis voce colitur, Apim vocant:  
 Insigne ei in dextro latere candicans macula,  
 cornibus luna crescere incipientis. Nodus sub lin-  
 gua, quem Cantharum appellant. Quid verò  
 per nodum sub lingua, Autor hic intelligat,  
 enodat Porphyrius apud Ludov. Cecl. Rho-  
 diginum, (c) dum inquit: Scarabeum ani-  
 mal rerum divinarum indocti abominantur,  
 quod Egyptii summapere venerantur, anima-  
 ram Solis effigiem mutantes. Luna præterea Tau-  
 rum dedicant, quam Apim nuncupant, ni-  
 grum præ ceteris, & signa Solis atque Lunæ  
 habentem; mutuatur enim ex Sole Luna lumen,  
 Solis Symbolum est caloris nigredo: nam & So-  
 lis arder nigriora reddit humana corpora, &  
 qui sub lingua est Scarabeus.

§. V.

(a) Lib. XXXII. Rerumgest. (b) Lib. VIII. Nat. Hist.  
 c. XLVI. p. 148. (c) Lection. antiq. lib. VIII. c. V. p. 286. H.

§. V. Hunc veluti ipsum *Ostidem*, ut DEUM colebant, & quoad viveret delicatissimè alebant, potum ex puteo pecuarii (à Nili aqua ob *πολυσαρκίαν* quam inducit abstinentes) suggerebant, bovem feminam, suis itidem notatam insignibus, semel quovis annò ostendebant. Certum tamen vivendi tempus in secretis librorum mysticorum ei præstitutum erat, quod cum excedere, non licebat. Proinde si annos præscriptos explevisset, in Sacerdotum fonte mersum suffocabant, & iussitio indiôtò, ruptis vestibus, tonsò capilliôtò, tusò pugnis pectore, corporibus foedè laceratis, ingentiqve planctu magnificè sepeliebant, ac publico cum luctu deinde ad id delecti Sacerdotes, vitulum priori persimilem quærebant, donec inveniretur. Neque tamen diu unquam quæsitus est, cum Divò Augustinò (a) teste, nunquàm defuerit in Ægypto ejusmodi bos, recensitis insignitus maculis, Dæmone id agente, & ejus coloris Imaginem Phantasiz Bestiæ ipsò congressionis tempore objiciente, quò Ægyptios in sua impietate retinebat. Inventò proinde bove, populus luctum finiebat, & sibi invicem gratulabantur, Sacerdotes verò quibus ea imminerebat sollicitudo,

(a) lib. XVII. de C. D. c. V. p. 519.



do, primùm in Civitatem Nili eum perducebant, atqve 40. dies nutriebant. Post in nave contactâ, habitaculum aureum habente Memphim ut DEUM deducebant, inqve Vulcani fano locabant, ubi delubra gemina (Thalamos vocabant) ad auguria populorum præparata erant, alterum si intraret lætum erat, in altero dira portendebat. Privatis responsa dabat è manu consulentium cibò rapiendo, nam si avidè pabulum arripuisset, prospera quæque condicere: si fastidisset funestum omen prænunciare censebatur. Oracula verò sacrorum Ægyptiorum antistites reddebant sciscitantibus, cum ex his idolorum commentitiis indicationibus, tum ex aliis vel superstitiosis observationibus, vel Diabolicis præstigiis.

§. VI. Eidem Numini fictitia Ægyptus Fana plurima dedicavit, quorum verustissima fuerunt Memphitica, celeberrima Alexandrina. Quod ipsum & multæ aliæ nationes imitatae sunt, præprimis verò è Græcis Athenienses, Thebani, Spartani, Boeotii, aliiqve qui assumtis ab Ægyptiis Sacrificiorum ritibus religionisque quâ coleretur legibus, quamplurimas Osiridi sub nomine Serapidis ædes & templa consecrârunt, singularesqve cultus Ægyptiorum exemplò exhibuerunt. Imò in ipsam Romam SERAPIDIS  
sa-

sacra translata, eidemque magnificum Serapium exstructum fuisse, ex M. Tullio (a) M. Aurelio Cassiodoro (b) nec non Eutropio (c) aliisque (d) manifestum est. Ut verò ad Serapium Alexandrinum, cum præceteris omnibus maximè celebre fuerit, redeamus, ex Clemente Alexandrino nec non Rufino aliisque tam Ecclesiasticæ quàm profanæ Historiæ Scriptoribus, hinc pauca de Serapidis templo, Idolo & præstigiis mirificis, quibus Sacerdotes Ægyptiorum, Diaboli artificia imitati, miseris hominibus imposuerunt, annotare lubet.

§. VII. Sesostris, uti ex Athenodoro Clemens Alexandrinus (e) refert, Rex quidam Ægypti, cum plurimas Græcorum nationes sibi subjugasset, reversus in Ægyptum, multos secum adduxit artifices & Osiridem, à quo Genus duxerat, magnificè, affabrique variatum iussit effingi. Cumque Cultus Apidis mutuam *ομοίαν* ad Osiridem haberet, Apis & Osiris hinc in unum quid redacti sunt, & ex sepulturæ Osiridis & Apis permissione, factum ab illo tempore, ut

Ido.

(a) lib. III. de Nat. DD. (b) in *Chronic. ad Flav. Dom.*  
 (c) lib. VII. ad fin. *Hist. Rom.* (d) *Conf. Dempsterum in*  
*Antiqv. Rom. lib. I. p. 57. & lib. II. c. XXII. p. 412* (e) in  
*Orat. ad Gen. p. 20. & 21.*

Idolum illud à Bryaxe fabricatum Osirapis seu Serapis, ex Osiri & Api, compositô nomine, dictum fuerit. Ipsum verò Templum Serapidis, erat locus non naturâ; sed manu & constructione, per centum aut eò amplius gradus, in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatiis omni ex parte distentus. In medio autem totius spatii, Serapiûm ipsum erat, pretiosus editum columnis & marmoris saxo extrinsecus tali magnificentiâ constructum: ut Ammianô Marcellinô (a) teste, post Capitolium Romanum nihil Orbis terrarum ambitiosius unquàm viderit. Interioris verò delubri parietes laminis primò aureis vestiti, super hos argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ munimento pretiosioribus metallis forent. In hoc Serapio demum erat Simulachrum ipsius Serapidis humanâ effigie, nigrioris coloris, quod ex omnibus metallorum generibus auro, argento, ære, ferro, plumbo pretiosisque Ægyptiorum lapidibus, Sapphiris, Hæmatitis, Smaragdis & Topaziis compositum ferebatur.

§. VIII. Præter hæc, quædam ad stuporem & admirationem viventium dolis & arte composita erant, quas Præstigias itidem (b) Rufi-

(a) lib. XXII. *Rerum gest.* (b) in *Hist. Eccles. lib. II. c. XXIII. p. 255.*

Enus recensens, inquit : *Fenestra perexigua erat, & ab ortu Solis ita aperta, ut die, quâ fuerat institutum simulacrum Solis ad Serapim salutandum introferri, diligenter temporibus observatis, ingrediente Simulachro radius Solis per eandem fenestram directus, Os & labra Serapidis illustraret, ita ut inspectante populo, Osulo salutatus Serapis videretur à Sole. Præterea Signum Solis ex ferro subtilissimè fabricatum Capiti Serapidis impositum, Magnes verò desuper in laquearibus fixus erat; quando igitur Simulachrum sub magnetis radio ad libram ponebatur, assurrexisse populo Serapis inque ære pendere videbatur. Plures imposturas, & ludibria ab Ægyptiis decipiendi causâ constructa omniaque illa quæ tam antè quàm post destructionem illius templi contigerunt, cum chartæ præscriptæ angustia prohibeat, petantur ex Eusebio, (a) Sozomeno (b) Socrate Theodorito, Augustino (c) Rufino, (d) Coel. Rhodigino (e) Herodoto, (f) Plutarcho (g) Diod. Siculo (h) Plinio (i) Aurelio Macrobio (k) Apol-*

(a) lib. de prepar. Euangel. (b) in Hist. Eccl. Trip. lib. IX. c. XXVII. XXVIII. & XXIX. (c) Lib. XVIII. de Civ. Dei. c. IV. (d) cit. loc. (e) Lect. Ant. lib. I. II. V. VII. X. XVI. XVII. & XXX. passim. (f) in Eut. & Thal. (g) Lib. de Isid. & Osir. (h) Lib. I. Antiq. Rer. (i) Hist. Nat. lib. VIII. c. XLVI. (k) Saturn. lib. I. c. XVII. & seqq.

Apollodoro (a) Justino, (b) Svetonio, (c) Luciano (d) Lylio Greg. Gyrardo (e) Michaële Glyca. (f) Seldeno (g) aliisque.

§. IX. Ceterum quisnam ille fuerit, quem per excellentiam Cultu & Veneratione dignum non modò ab Ægyptiis sed & multis aliis gentibus fuisse habitum audivimus in Historia maximè controversum est. Osiridem quidem & Serapidem unum eundemque fuisse DEUM, non tantum omnes cordiores historici cum Diod. Siculo (h) Plutarcho aliisque, consentiunt; sed & omnes circumstantiæ & Cultuum illorum eadem Ceremoniæ evincunt; cuiam verò propriè Osiris aut Serapis sit assimilandus æquè dubium est. Nonnulli enim Serapidem Jovem fuisse, apud Rufinum, (i) statuunt; cuius capiti modius superimpositus, vel quia cum mensura modoque cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præbere. Alii Plutonium apud Clementem Alex. (k) cuius effigies, tanquàm munus, missum fuerit à Sinopensibus ad Ptolemæum Philadelphum, qui eos fame laborantes missò ex Ægypto

(a) lib. II. Bibl. (b) lib. I. c. IX. (c) in Tito.

(d) Tom. III. op. p. 93. seqq. item 253. 460. 749. 751.

(e) de Diis Gentium, Syntagm. VI. (f) in Annal. part. IV. p. 358. (g) de Diis Syris Syntagm. I. c. IV. (h) Lib. I. A. R. c. II. p. 32. (i) cit. locò. (k) Orat. adhort. advers. Gent. v. 20.

gypto frumentô recreârit. Alii cûm Suida, (a) eum hominem locupletem fuisse perhibent, & Regem in Memphide Ægypti Urbe, qui in difficultate annonæ maxima Alexandrinorum, proventibus eos propriis aluerit. Alii cum Augustino (b) & Varrone Regem Argivorum Apim eum fuisse judicant, qui navibus transvectus in Ægyptum, cûm ibi mortuus esset, factus sit Serapis maximus Ægyptiorum DEUS. Alii cum Macrobio (c) omnia illa Symbolicè explicant quæ de Osiride & Serapide proferuntur, & Osiridem vel Solem vel Nilum esse putant. Ex Recentioribus verò alii cum Maresio per Osiridem Adamum ipsum intelligunt alii cum Goropio Becano, (d) eum Noachum fuisse asserunt; Plurimi verò cum Reineccio, (e) Vossio, (f) aliisque viris eruditissimis, Osiridem aliquem ex Noachi Nepotibus fuisse rectiùs sentiunt; cûmqvè Osiris hinc inde apud profanos Scriptores Autor gentis Ægyptiacæ audiat, quòd S. Scriptura Mizrajim filio Chami, à quo tota Ægyptus nomen habet, tribuit; omnium commodissimè hinc Osiridem ipsum Mizrajim esse statuunt.

§. X.

(a) apud Ludov. Viv. ad c. V. lib. XVIII. Aug. de C. D.

(b) Cit. loc. (c) in Saturn. lib. I. c. VII. XX. & XXI.

(d) in Ind. Scyth. p. 526. (e) in Hist. p. 254. (f) in lib. I. de Idolol. c. XXVII. p. 198.

§. X. Præter recensitas verò opiniones, aliam adhuc cum Julio Firmico Materno, (a) Cornelius à Lapide, (b) quem Spondanus, (c) Nicolaus Abrahamus, (d) Kircherus, (e) Jesuitæ; aliique Scriptores Pontificii magnò numerò sequuntur, comminiscitur sententiam; quando Serapim profanæ Historiæ neminem alium, quàm Josephum Patriarcham Scripturæ, fuisse opinatur; cùmque collatione istâ mirificè sibi placeat, ex professo hinc eam sententiam, tanquàm *rarā & nemini hactenus pertractatam*, sibi explicandam sumit, & quinque potissimum probare conatur argumentis, seu potius conjecturis: quarum prima desumpta à convenientia beneficiorum Josephi & Apidis, secundâ ab auctoritate quorundam Scriptorum; tertiâ à Symbolica bovis & juvenis Cophinum in Capite gestantis aptitudine, quarta ab Oraculo quodam Josephò dignissimo; quinta denique ab ipsis Serapidis vocabulis. Nos ordine quò procedamus, ὀνοματολογίαν & argumenta hinc petita primùm examinabimus.

§. XI. Uti autem benè ab illo annotatur:  
No-

(a) *Lib. de Err. Prof. Rel. c. XIV. p. 112.* (b) *Comment. in Genes. c. XLI. v. 56. p. 288.* (c) *in Epit. Annal. ad A. C. 389. n. 16.* (d) *in Pharo P. T. p. 216.* (e) *In Oedip. Ægypti.*

Nomen SERAPIS nonnullos ab Ebræa Voce  
 שרפ Principem, & Ægyptiaco, Apis, Bo-  
 vem, significante derivare, ita prorsus in-  
 convenienter asseritur, hanc Ebræo - Ægy-  
 ptiscam derivationem valde probabilem esse  
 & Josephum Principem bouum appellatum  
 fuisse, propterea quod Pharaonis fertilitatem  
 vaccæ seu boves portenderint. De ipso bove  
 in honorem Serapidis culto, quia in totum  
 differebat à gregariis bubus, quodammodo  
 dici posset, illum κατ' ἐξοχὴν ita appellatum  
 fuisse; sed ipsum Josephum principem bo-  
 vem dictum fuisse, nullatenus probabile, sed  
 valdè ridiculum potius est.

§. XII. Deinde secundò Vocem Serapis,  
 à Græco σόρος & ἀπὸς deducit, arcamque fru-  
 mentariam Apidis seu Josephi, significare  
 censet. Sed uti rursus ipsi monemus, com-  
 munem hanc esse derivationem, & non mo-  
 dò Suidam (a) & Varronem; (b) sed &  
 etiam his ipsum Augustinum nec non Rufi-  
 num (c) aliosque, Serapidem, qui primùm  
 Sorosapis vel Sorapis, deinde unâ literâ  
 commutatâ Serapis appellatus fuerit à Soro  
 atque Apide compositò nomine deducere;  
 ita Nomine Σόρος arcam frumentariam & per  
 Apidem Josephum illos intelligere, penitus  
 inficiamus. Nam eo ipso, dum recensiti  
 Scri-

(a) cit. loc. (b) cit. l. (c) cit. loc. L. de C. O. (d) All. loc.



Scriptores, Regis Argivorum Apidis Corpus, post mortem in Σογόν, id est, Sandapilam, (tempore Augustini Σαροφαγον appellari solitam) positum, Alexandriamque translatum fuisse asserunt; consequens est, eos nomine Serapidis non arcam frumentariam Josephi, sed sepulchrælem cistam Regis illius Apidis intellexisse. Quemadmodum verò suprâ aliqua ex parte ostensum, in Serapide non tam Apim Argivorum quàm Osiridem Ægyptiorum Regem cultum fuisse, ita quod concernit ipsam derivationem, sanè iudice Cl. Vossio (a) cùm in Vocibus Ægyptiacis velle ad Originem Græcanicam recurrere, non minùs putidum sit, quàm in Græcis ad Latinam; falsitatem hinc jam suò tempore Plutarchus (b) animadvertit, quando sententiam illam (quæ Serapim à Σαίρειν derivatum, ordinatorem hujus universi significare censet,) aliæque Phylarchi absurda perstringens inquit: *Multa absurdiora sunt, quæ quidam dicunt; Serapim non esse DEUM, sed sepulchrælem cistam, quæ Græcè est Soros, Apidis sic nominari.*

§. XIII. Dehinc tertio Julium Firmicum allegat, qui Serapim Græcò sermone Σαρᾶς ἀπο dictum fuisse putat, quod Corneliò Interprete, Saræ Apim seu Apim principem pro-

(a) Lib. I. de Idol. p. 197. [b] lib. cit. p. 605. seqq.

prognatum ex Sara Uxore Abraham denotat. Verum, ut taceam, nominatum Patrem erranter vocem Saræ pro Græca habere, quàm elumbis hæc sit derivatio, ex ipsis adversariis cum Baronio (a) Spöndanüs (b) nec non Nicölaus Abramus (c) animadvertunt, quando illi inqviunt: *haud facile mihi persuadeo, Ægyptium populum DEOS patrios, peregrinis uocibus nuncupasse, & non potius Ægyptiacò Vocabulò, quem tanti facerent, DEUM appellare voluisse.* Erronea proinde cùm hæc sit etymologia, quomodo Josephum Serapidem fuisse, evincet.


§. XIV. Pergit præterea Jesuita nugari, quando quartò Ægyptios Josephum corruptè Aseph primùm & dein per metathesin Apes vel Apis sicut Hollandi pro Jacob Japic dicant, vocasse perhibet. Nec nugis his dissimile commentum putidum est, quod quintò locò profert, dum notum illud אֲבִרְכָא Abrech, à præcone jussu Pharaonis eidem proclamatum, invertere jubet, ut proveniat nomen Cerap, quod idem sit ac Serapis. Sed risisse commenta hæc est refutasse, quàm contortæ enim & manifestò falsæ hæc etymologiæ sint, quivis, si cerebrum in calcaneo non gestet, animadvertit. Quidni hæc ratione ex quolibet quidlibet deduci, & cum Goropio

Dd

Be-

(a) (b) (c) *alleg. loc.*

Becano (a) Cymbricum Vocabulum illud ipsum esse, statui potius posset, qui uti plerumque ita & Serapidis Vocem ridiculè ex Ser (quod ipsi Scabiem ac dolores quosque denotat) & Af-wis quod ex mente ejus idem est ac abstergo, deducit, ut hinc Ser-af-wis seu serapis eum, qui dolores nostros & scabiem abstergat, significet.

§. XV. Ultimò & eam derivationem ad Josephum applicat, quâ Serapis  id est, bovis facies dicitur, eò quod Bos hieroglyphicum Serapidis bovis facie pictus, & Serapis qui itidem Osiris à Schor appellatus sit. Sed, præterquam quod Schorappajim à Serapidis voce multum adhuc differat, verisimile non est, Ægyptios Principem Deorum suorum non Ægyptiacò, sed Ebraicis Vocabulis denominasse. Deinde Bovem in honorem Osiridis cultum [quem hoc locò bene cum Serapide eundem esse Cornelius asserit] non tam hieroglyphicum, quam animatam imaginem ipsius Osiridis fuisse constat, nec apud ullum probatæ fidei historicum, Serapidem solâ bovis facie vel pictum vel sculptum fuisse legimus. Præterea mere petitiones principiorum sunt, Osiridem à Schor esse denominatum; Item ad Josephi nomen alludere Serapidis Cognomina: ~~scilicet~~ Arsa-phan

(a) lib. XVI. Hieroglyph.

phan à Plutarcho ei tributum; *quàm* Osiridis vocem (ab Ægyptiaco *Os* multum & *Siris* oculus derivatam) & ab Eusebio ad Solem re-  
latam. Omnia enim hæc, eâ facilitate quâ si-  
ne ratione proferuntur, rejiciuntur, & eô  
ipso quô Cornel. à Lapide Serapidem cum  
Osiride fuisse eundem concedit, suâ sponte  
omnia illa argumenta Etymologica corruunt  
cum nullo modo ea, quæ proferuntur de  
Osiride, ad Josephum, qui aliquot seculis O-  
siride recentior est, quadrare possint, quod  
mox demonstratum dabimus.

§. XVI. Argumenta ab Etymis nominum  
profecta, nullius prorsus momenti esse cum  
viderimus, ad reliqua progredimur. Anta-  
gonista noster ex sententia Augustini (a) &  
Clementis Alexandrini (b) postquam tradi-  
derat, (quod tempore Jacobi & Josephi;  
Rex Argivorum quidam Apis in Ægyptum  
navigavit, ibique mortuus & in arca sepul-  
tus *ὁ ἄγος ἀπὶς* seu Serapis dictus, & maximus  
Ægyptiorum Deus effectus fuerit, ob id  
quod eos fame levasset maximasque artes do-  
cuisset) subjungit: *Tolle ex hac historia A-  
pis & Serapis, quod ipse fuerit Rex Argivo-  
rum, pro quo fortè substituendam Hebræorum,  
reliqua omnia Josepho conveniunt.* Sed asser-  
tio-

(a) lib. XVIII, d. C. D. c. IV. (b) Strom. lib. I. p. 28.  
seqq. Dd 2

tioni huic ut obviam eamus, primò videntum erit, quid de traditione allata sit habendum; sanè Clemens Alexandrinus opinionem, quã Serapis mortuus Rex Argivorum creditur, non ut propriam, sed ex mente aliorum recenset, imò eum diversum statuisse, vel ex eo patet, quando cum Athenodoro (a) ex *Osiri* & *Api*, (scil. bove in honorem Osiridis culto) nomen Osirapis, seu Serapis factum, existimat. Augustinus verò (deceptus à Scriptoribus Græcæ nationis, quæ, Cl. Vossio teste, nihil æquè studuit, quàm ut Ægypto etiam totique Orienti Deos suos dedisse videretur) quamquàm Serapim, Argivorum Regem Apim fuisse autumârit, nullatenus tamen eum pro Iosepho habuit. Et ex historia profana satis constat, Argivos Regem quemdam Apim vocatum habuisse, quod nec nos negamus, sed hunc ipsum unum eundemque facere, & pro voce Argivorum, Hebræorum substituere velle, est insulsè principium petere, & manifestam ἀνιστορησίαν committere. Et quamvis non inficiemur, multa fabulis ethnicis fuisse involuta, quæ ex sacra Historia originem habent, interim eâ, quæ de Osiride (quem ipse adversarius cum Serapide unum atque eundem fuisse rectè agnoscit) apud profanos Scriptores

(a) in *Orat. ad Gent.* p. 21.

res recensentur, nullo prorsus modò Josepho applicari possunt. Referturenim, illum Sororem in matrimonium duxisse, eum Regem Ægypti fuisse, non tantùm vinearum & agrorum Culturæ, sed & Medicinæ repertorem exstitisse, ingenti exercitu universum Orbem peragrâsse, tandemque à Typhone fratre occisum & in frustra dissectum fuisse. Quæ, & infinita alia profectò nec ullâ specie saltem probabilitatis ad Josephum Patriarcham referri possunt. Præterea apud Chronologos ferè omnes, extra dubitationis aleam positum est, Osiridem profanorum Scriptorum, multis seculis ipsò Josephò antiquiorem fuisse; quomodo ergo Serapis, qui idem Deus cum Osiride, Josephus esse poterit, cum ne quidem ejus σύγχρονος fuerit, sed diversò tempore vixerit. Et quidquid etiam sit de hoc, certè ex ipsa sacra Historia Josephi idem haut obscure colligipotest, nam quòd Ægypti cum Ebræis non comederint, pecudumque pastores ferre nequiverint, sanè Eruditissimi Viri hujus odii & abhorritiois aliam rationem non dant, nisi quòd boves ab Ægyptiis Numinis vice cultos indiscriminatim comederint, & sacrificârint. Imò dum ossa Josephi ab Israëlitis asservata, & in Terram Israël deportata esse scimus, quis Ægyptios adeò vecordes

fuis-

se evincer, ut illius corpus, quem tamquam Deorum principem maximum venerabantur, permiserint, ab alienigenis, quos averfabantur maximè, asservari & in alienam Terram etiam deferri.

§. XVII. Auctoritates (Julii Firmici (a) Rufini (b) Baronii (c) & Pierii (d) qui omnes divinis honoribus Josephum ab Ægyptiis cultum opinati fuerint) adductas quod attinet, veritati hac in parte nihil derogare possunt. Nam Julius ille Firmicus Maternus, cum teste Dempsterô (e) aliisque doctis viris foedissimè interpolatus & corruptus sit, hinc dubium non est, quin multis nugis sca-teat. Rufinus autem non ex propria, sed aliorum mente, potius id refert; Pierii Hieroglyphica videre quidem non licuit, interim eum diversam sententiam alibi fovisse Clar. Rivetus (f) docet. Baronius utut sententiam istam non prorsus spernendam judicet, pro-certa tamen non habet; sed hypotheticè tantum eam proponit, dum totam vim ad dignoscendam originem Serapidis in eo po-sitam putat, num Serapis idem ac Salvato-rem

(a) lib. de Er. prof. Rel. qui exstat Tam. IV. Bibl. PP.  
 (b) Hist. Eccl. lib. II. p. 256. (c) in Annal. Tom. IV. ad  
 A. C. 389. num. marg. 91. 92. (d) lib. III. Hierogl.  
 (e) lib. II. Antiq. R. m. pag. 26. (f) Com. in Gen. c.  
 XLII. v. 57.

renti Mundi significet, Hanc hypothesin  
 • falsissimam, Noster pro certa assumens in-  
 quit: *Josephus eadem de causa* scil. ob ἀπο-  
 θέωσιν à Pharaone dictus est Salvator Mun-  
 di, quod amplius est quàm Serapis. Sed ut  
 taceam, erroneum esse, Josephum à Pha-  
 raone (propterea quòd Ægyptii illum inter  
 Deos retulerint) Salvatorem Mundi voca-  
 tum fuisse; ita falsissimum est, Nomen illud  
 Zephenahpaneah significare Salvatorem Mun-  
 di, & idem esse cum Serapidis voce. Præ-  
 terea Nomen hoc, ut & Abrech, quod  
 per præconem ei acclamare iussit, ceterique  
 honores, puta, Osculum Benevolentiae, ve-  
 stes & annulus dignitatis &c. quibus Phara  
 Josephum prosequi iussit, non possunt non  
 ad alium, nisi civilem cultum referri, cum  
 Patriarcha Josephus tanquàm verus Dei cul-  
 tor, divinos honores passus fuisset. Ne-  
 que est, ut quis objiciat cum Cl. Vossio (a)  
 honorem illum civilem forsan post mortem  
 in divinum degenerasse, cum ex historia sa-  
 cra sat manifestum sit, Ægyptios post mor-  
 tem Pharaonis & fratrum ejus de Josepho  
 nihil scivisse, quomodo ergo alteri huic Ge-  
 nerationi, sub qua mirè afflicti fuerunt Isra-  
 elitæ prorsus incognitus, is esse potuit, quem  
 ta-

(a) l. c. de Idol.



tamen à Morte in Deorum numerum retulerint, utque Deorum maximum adorârint.

§. XXVIII. Neque aliquid adversariorum sententiam juvare potest, quòd Serapis quasi juvenis imberbis, pingatur cophinum frumenti siye panum capite gestans; quòdque, bos tanquàm symbolum fertilitatis illi sacratu sit, propterea quia septem vaccas pingves quas Pharaò viderit, fertilitatis signa esse, interpretatus fuerit. Nam effigies illæ & Numismata cum Inscriptione Dei Serapidis à Baronio (a) exhibita, quæ circumferuntur, non tam ipsius Serapidis, quàm Juliani, Adriani aliorumque Imperatorum Romanorum, (qui Serapidi ipsum imperium acceptum ferebant) vultus repræsentant. Nihil proinde alienis illis picturis evinci potest. Imò quamquam etiam sese rectè haberent, quid obstat, quò minus symbola illa ad Osiridem referri debeant? Sanè Serapidis statuem, Alexandria quæ erecta erat, gestasse in Capite signum aliquod instar Calathi ex ferro fabricatum, ex Rufino aliisque colligitur. Sed signum illud prorsus alium finem habuisse, ex suprâ annotatis etiam liquet. Bovem symbolum fertilitatis fuisse non imus inficias, sed causam, quòd Bos Serapidi sacer fuerit, omnes fere Historici dant,

(a) *Annal. & A. C.* 362. numer. 169.

dant, quod Ægyptii *μετεμψύχων* credentes, bovem illum animatam effigiem, (seu ut Plutarchus (a) loquitur) Simulachrum animæ Osiridis esse putarint. Cumque unicum symbolum apud has gentes multa sæpè significarit, hinc non dubitamus Osiridi, quem Inventorem frumenti fuisse opinati sunt, etiam ab Ægyptiis Bovem dicatum esse, quod reperiendi fructuum omnium maximè ad sementem faciendam commodarit.

§. XIX. Multominus adversæ sententiæ quid confert, quod Josephus Bovi seu Tauro, ut Jesuita vult, comparetur, nam illo ipso Posterorum Josephi potentiam & robur inditari potius summæ autoritatis Viri, censent & vel ex eo probant, quod mox ejus cornua velut cornua monæcerotis dicantur, quibus populos finium Terræ percussurus sit. Imò si sacer Historicus Moses ad Ægyptiaci Bovis cultum respexisset, vix dubium esse potest, quin Idololatriam potius damnarit, quàm ad laudes posterorum Josephi retulerit. Arridet hæc in parte judicium doctissimi Riveti, (b) in hæc verba erumpentis : *Non dubitari debet, si tale quid accidisset, ut scil. Josephum mortuum inter Deos retulissent, quin aliquid in historia, sacra aut Prophetarum scriptis*

(a) lib. de Isid. & Osir. (b) cit. loc.

*scriptis ad superstitionem vel dammandam vel præcavendam a Sp. S. indicatum fuisset, cum præsertim Israëlita tam proni ad Idololatriam & Ægyptiacam etiam imitati fuerint.*

§. XX. Nec majoris momenti sanè Argumentum ab Oraculo Serapidis, quod Josepho Patriarchâ dignissimum esse putat, petitur. Scilicet ex Suidâ<sup>(a)</sup> Cæli Rhodigino<sup>(b)</sup> aliisque constat, Regem Ægypti Thulem, secundioris fortunæ afflatu extumescentem Serapidis oraculum consuluisse, num quis unquam aut fuisset, aut esset aut futurus sit beator, hancque responsionem accepisse: *πρῶτα Θεός, μετ' ἔπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν ἀνθρώποις. Σύμφῳτα δὲ πάντα; καὶ εἰς ἕν ἴοντα. οὐ πρῶτος αἰώνιον, ὡκέσι ποσὶ βάδιζε θνητὲ, ἀδελφὸν διανύων βίον. Primum Deus, deinde Verbum, & Spiritus cum eis, concreta autem sunt omnia & in unum euntia. Hujus Potentia est æterna. Tu verò citò te proripe hinc, mortalis, incertam agens vitam. Ex quo Oraculo, cum Trinitatē manifestè expresserit, & potius Josepho, quàm malis genis dignum sit, colligere adversarius præsumit, Josephum cum Serapide unum eundemque Deum fuisse. Sed infirmī roboris esse & hanc probationem & meram conjecturam quivis ad primum oculi nictum videt. Neque insolens est.*

(a) in Thule. (b) lib. II. L. A. c. XII. p. 48.

est, ut Dæmones interdum ad Gloriam DEI directa protulerint, cum similia responsa † passim in Historicis obvia sint, & dedisse aliquando Diabolum adversus seipsum responsa, vel ex eo patet, quod teste Nicephorô(a) Augustus Imp. accepit:

Ἐβραῖος κέλεταί με, Θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσ-  
των,

Τὸν δὲ δόμον προλιπεῖν, καὶ ὁδὸν πάλιν αὐτὸς  
ικέσθαι

Ἄπιθι λοιπὸν σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων σύ.

*Me puer Ebraeus divos DEUS ipse gu-  
bernans*

*Cedere sedc jubet, tristemque redire sub or-  
cum:*

*Aris ergo dehinc tacitus discedite nostris.*

Imò si ex solis responsionibus illis de Divinitate alicujus Deastri judicandum esset, quidni contra Cornel. à Lapide melius cum Macrobio colligere possemus, Serapidis non Josephi sed Solis fuisse unam & individuum naturam. Nam Serapis à Nicocreonte Cypriorum Rege oratus, quis Deorum haberetur, sequentibus sollicitam religionem Regis instruxit:

Εἰμὶ Θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷόν κ' ἐγὼ εἶπω

Οὐράνιος κόσμος νεφαλή γαστήρ δὲ θαλάσσα,

Γαῖα,

(a) lib. I. c. XVII.

Γαῖα, δέ μοι πόδες εἰσι ταῖ δ' ἔσσι' ἐν αἰθέρι κεῖται·  
 Ὅμματε τηλαυγές, λαμπρὸν φάος ἡλίοιο.

Hæc igitur fuere illa argumenta à Cornelio à Lape & ejus asseclis, qui eum fideliter non modò sequuntur, sed & verbotenùs plerumque exscribunt, prolata. Quæ cum satis destructa sint, intrepidè hinc, Ægyptios in Serapide neutiquam Josephum; sed Osiridem antiquissimum illum Ægyptiorum Regem veneratos esse concludimus.

† Vide de his Isaac. Casaubon. Exercit. I. ad Adparatum Annalium Baronii, n. XXV. §. XII. p. m. 91. f. B. Dorscheum, in Admirandor. Jesu Septenario, Dissertat. III. p. m. 238. f.

SOLI DEO GLORIA.



I N-

# INDEX.

## A.

**A**chaëus quando &  
quid scripserit? 138. f.  
*Ægyptiorum Idololatria.* 402 f.  
*Ælianus emendatur &*  
*explicatur.* 146. f.  
*Æschylus quid scripserit?*  
128 f.  
ejus index Fabularum  
expenditur. 129 f.  
tempora vitæ. 134.  
*Agonum scenicorum insti-*  
*tutio.* 123.  
*Anachronismus Poëtis fre-*  
*quens.* 31. f.  
*Antheſteria apud Athe-*  
*nienses quid?* 124. 125  
*Apis Ægyptiorum quis?*  
405  
*Appulejus emendatur &*  
*explicatur.* 222  
Satyras scripſit. 246. f.  
*Arbores cur in pompa*  
*Bacchica geſtatæ.* 56. f.  
*Archilochus Parius Poëta,*  
*quando vixerit.* 15  
*Argonautica expeditio*  
*qualis?* 278. f.  
*Aristophanis Scholiaſtes*  
*explicatur.* 127  
*Aristoteles emendatur &*

*explicatur.* 65. 77. f.  
82. 274. 276. f. 280.  
291. f.

*Aſiaticum dicendi genus*  
*explicatur.* 153

*Aſtydamas quis fuerit*  
*quidque ſcripſerit?*  
149

*Atellana Fabula* 182. f.  
243. f.

*Athenæus emendatur.* 19.  
20. 110. 140. 158.  
245. f. 288.

## B.

**B**acchi choræ, cômities.  
27. 28. f. nomen

quibus impositum. 49

*Baccho quare feſta inſti-*  
*tuta* 6.7

primùm ſcénicos ludos  
conſectârunt. 6.

*Bagarrinus (Petr. Raſca-*  
*fius) laudatur.* 55

*Biones quot, eorumque*  
*ætas.* 152. 156

*Boëtii filius qualis.* 207

*Budæus notatur.* 396

## C.

**C**antharus Baccho  
ſemper adpingi-  
tur.

# I N D E X.

itur. 70  
*Capelle (Martiani) Stilus*  
*qualis?* 207  
*Carmen unde dictum?*

295  
*Casauboni (Isaci) quatuor*  
*epistolæ ineditæ.* 357. f.  
*Chæremone qualis Poëta.*

194  
*Chæcillus quando & quid*  
*scripserit.* 122. 128.  
*Christiani (2 Sept. Flo-*  
*rentis) laus.* 299  
*libri.* 301

*Chytri quid fuerint apud*  
*Athenienses.* 125

*Cicero emendatur & ex-*  
*plicatur.* 13. 14. 198.

*Clemens Alexandrin. e-*  
*mendatur & explica-*  
*tur.* 150

*Comicus idem ac inhon-*  
*estus & turpis.* 93

*Comissari, commissatio quid?*  
 115

*Comædiarum origo.* 2. 7  
 8. 17

*etymon.* 9  
*discrimen à Tragedia.*

19  
*Κόμω ἱστορίων.* 114. f.

*Cornutus homo.* 37. f.  
*Bassus Satyrarum scri-*  
*ptor.* 232. f.

*Cratinus quis, quid &*  
*quando scripserit.* 123.

*Cursus usus apud tirones*  
*in ludis.* 387

## D.

**D** *Ecclus Satyrogra-*  
*phus.* 241

*Deucalide qui?* 36

*Diodorus Siculus notatur.*  
 33

*Diogenes Laërtius expli-*  
*catur.* 125. 153. 155. f.  
 221

*Diomedes explicatur &*  
*emendatur.* 81. 85. f.  
 90. 94. 188. 211. f.  
 244. f.

*Dionysius Halicarnass.*  
*illustratur.* 106

*Discus quid?* 394

*Dithyrambi & dithyram-*  
*bici versus.* 11. 12. f.

*Donatus explicatur ac e-*  
*mendatur.* 25

*Drama unde dictum?* 84.  
*eius species.* 86

## E.

**E** *lpidii (Rustici) Sati-*  
*ræ & editiones.*

241  
*Emboliaria mulier quid?*

184  
*Ennii Satiræ quot &*  
*quales?* 187. 189. 194.

*vita*

# I N D E X.

*Vita & ætas.* 188. f.  
*Epici versus quando ad-*  
*hibiti.* 11

*Euripidis Satyrice Fabu-*  
*le.* 142

*Cyclops explicatur.*

157. f.

*Exodiarus quid?* 182

*Exodium quid?* 183

## F.

**F***abularum origo.* 18  
*etymon.* 85. f.

*Farrago quid?* 262. f.

*Fauni.* 34

*Festorum origo.* 2. 3 4.

*Festus errat.* 256

*Firmicus (Jul) explica-*  
*tur.* 183. f.

*Florus (Julius) quid scri-*  
*pserit.* 229

*Fontanus.* 247

*Fortlanus censetur.* 358

*Fortunam suis sibi quis-*  
*que fingit moribus.*  
 163.

## G.

**G***allius Bassus Saty-*  
*rarum scriptor.*  
 237. f.

*Galericus quid?* 106

*Gavius Bassus Satyrarum*  
*scriptor.* 237. f.

*Gellius illustratur.* 202.

## H.

**H***Einsius (Dan) nota-*  
*tur.* 47.

*Helpidius quare in Elpi-*  
*dus.*

*Hercules quot & quanam*  
*fuerint?* 377. f.

*Herodes Magnus hypo-*  
*crita fuit.* 346

*ejus Inscriptio.* 335. f.

*Heroici versus quando*  
*usurpati.* 11

*Hesychius, emendatur,*  
*explicatur, refellitur.*  
 48. 131. f. 142. 331.

334.

*Homerus Heroicis versi-*  
*bis Jambicos inseruit.*

193.

*Horatius explicatur.* 10.

11. 91. 98. 194. f.

210. f. 212. f. 269 f.

*laudatur.* 223 224 f.

*ejus Satyræ quot gene-*

*rum.* 225 f.

## I.

**J***ambi quando usurpa-*  
*ti.* 11. 15 f.

*Ion Chius quis fue-*  
*rit, quidque scri-*  
*pserit.* 142

*Iophon*



# I N D E X.

*Iophon* quis? 150

*Iphitus* quis fuerit, quan-  
doque vixerit. 382

*Ixpice* quid? 329

*Isidorus* citatur & expl.  
214. 263. f.

*Juliani* *Κεάνια*, sive  
*Symposium*, sive Sa-  
turnalia, qualis liber.  
204. 206.

*Julius Florus*) *Satyri-*

*Julius Rufus*) ci. 229.

*Juvenalis* explicatur.  
230

## K.

**K**ipping notatur. 32

## L.

**L**enaei *Satiræ*. 224  
231

*Liberalia* fuerunt Athe-  
nis tria. 124

*Livius Andronicus* pri-  
mus *Fabularum* auctor  
apud Romanos. 179 f.

*Livius (Titus)* explicatur.  
173 f.

*Lucanus* Historicis potius  
quàm Poëtis adnume-  
randus. 286 f.

*Luciani Dialogus* *Nere-*  
*maria* qualis. 204

*stilus* qualis. 206

*Lucilii Satyræ* quomodo  
comparatæ. 194. 208. f.

*Lucta Lacedæmoniorum*  
describitur. 391

*Lycophronis* *Menede-*  
*mus*. 22. 152.

## M.

**M**acrobiose emendatur.  
58.

*Maximus Tyrius* explica-  
tur. 10.

*Meleager*. 200 f.

*Menagius* (*Ægid.*) nota-  
tur. 200.

*Menippus* quid? ejusque  
scripta. 199.

*Mimorum* idea quàm va-  
ria. 88.

## N.

**N**arthex quomodo  
differat à thyrso?  
71. f.

*Nicatoris* (*Sævii*) *Sati-*  
*ræ*. 223.

*Nonius* emendatur. 190.

*Numeri in Scriptoribus*  
admodum vitiiati. 133.

## O.

# I N D E X.

## O.

**O**lympi vox quid notet? 369

Olympia qualis locus. 370

Olympiadum Historia scitu quàm necessaria. 366

Olympias & Olympius unde? 368

Olympica Certamina explicantur. 368 f.  
eorum Causse & auctores. 573. f.

Genera. 386. f.

Orpheus explicatur & emendatur. 29. 50. 61.

Ovidius explicatur. 34. 247

## P.

**P**acuvii Satira qualis? 188 f.

quando vixerit. ibid.

Pagnion quid? 88. f.

Panathenaea Atheniensium. 125

Pancratium quid. 395. f.

Papa unde? 103. f.

Πάππος quid? 103. f.

Pelops quis? 374. f.

Περίανδρος quid. 392. f.

Persius adducitur & expl. 212

Petronius cur opusculum suum Satiricum inscripserit? 207. 264.

Pballicum quodnam carminis genus. 17. f.

Philocles quis fuerit quidque scripserit? 148

Philostratus fabulosus scriptor. 42

Philoxenus Cytherius quis & quid scripserit. 12

Πινὰς quid? 259. f.

Pisus quis fuerit? 373. f.

Plato emendatur & explicatur. 75. f. 275.

Plinius explicatur. 212. f.

Plutarchus corrigitur & illustratur. 111. f.

Poëseos origo. 8  
species, divisio. 74. f.

Pollux emendatur & illustratur. 104. 130.

137. f. 141. f. 143. 144.

Portæ Romanæ quot & quæ? 349. f.

Prætina Pblæsius quid & quando scripserit? 122

Priapismus quid? 67

Priapus quis? 31. f.

Primitiæ omnibus à Gentibus diis oblata. 8. 9

Probus ( M. Valerius ) refellitur. 197. 203.

Proverbum, nihil hoc Ec ad

# I N D E X.

*ad Bacchum explicatur.* 20  
*Pythones quot fuerint , quisque scripserit drama Agen?* 151

## Q.

**Q***uadrati uersus qui?* 191. f.  
*Quintilianus explicatur.* 210 f.  
*Quinqueversionis vocabulo qui vocati?* 393

## R.

**R***abirius Satyrarum scriptor.* 239  
*Rubrius Vid. Rabirius.*

## S.

**S***altatio Satyrica.* 108  
*Satura quid proprie.* 253. f. 263. f.  
*Lex, an quædam.* 256  
*Saturnii uersus qui & eorum origo* 176. f.  
*Satyra an sit Poëma & quidem iustum poëma.* 265  
*Satyra Romanorum & Græcorum differt* 24. f.

*ejus etymon.* 42. f.  
*scriptio.* 243. f.  
*ejus origo , mutationes diuersæque formæ.* 175. f.  
*Satyri quid.* 21. 27. f. 33. f. 53. f.  
*variorum recensentur.* 21 f.  
*cur in scenam inducti?* 27. f.  
*eorum genus ,* 35. f.  
*cauda , cornicula.* 68  
*non sunt in rerum natura.* 37  
*eorum ornatus.* 106. f.  
*Satyriasis & Satyriasmus cujus generis morbi.* 65. f.  
*Satyrice quid?* 90. f. 99. *quomodo à Tragedia differat?* 92. *quomodo conueniat.* 162  
*Satyrice Poëseos origo & adpellatio.* 2. 3. f. 7. 8. 9. 19.  
*Synonyma.* 21  
*propria.* 102  
*personæ* *ibid.*  
*Locus.* 107 f.  
*actio.* 108  
*Scriptores.* 118. f.  
*Satyrice generi sapientia quædam inuisse credenda.*

# I N D E X.

*debatnr.* 51  
*Satyrlicorum Poëmatum*  
*character.* 96  
*Satyrlicus pro inhonesto*  
*ac turpi.* 93  
*Satyroma.* 249  
*Satyrorum forma & in-*  
*genium.* 53. 62  
*Scaliger (Joseph) lau-*  
*latur.* 105. 125. 253.  
*refutatur.* 183. f.  
*Scioppius notatur.* 32  
*Senecæ Apocolocyntosis*  
*qualis?* 206. f.  
*Serapis deus Ægyptiarum*  
*describitur.* 404. f.  
*Sermo quid?* 212  
*Serranus (Joan.) nota-*  
*tur.* 75  
*Sileni qui, & unæ dicti?*  
     13  
     *variè scribitur hæc*  
     *vox.* 48  
     *& Satyri sint ne iidem?*  
         53. f.  
     *eorum munera.* 60  
*Silenus à Mida captus.* 51  
*Virgilii.* *ibid.*  
*Silius satyrarum scriptor.*  
     231  
*Silli quid?* 216. f.  
*Sophoclis fabulæ Satyri-*  
*cæ.* 136. f.  
*Sophronis mimi metrô*  
*constabant.* 294

*Strabo explicatur.* 3. 4  
*Svetonius emendatur &*  
*explicatur.* 185  
*Suidas explicatur.* 122  
     123. 128. 133. f.  
     138. f. 295.  
*Sulpitia Satyras scripsit.*  
     236  
*Syllus quis?* 216. f.

## T.

**T***artenfium dicendi*  
*genus & poëfis*  
     154  
*Tetralogiis in componen-*  
*dis Poëtarum mos.*  
     126  
*Theocriti Scholiastes ex-*  
*plicatur.* 131  
*Thefpiis quando & quid*  
*scripferit.* 119  
*Thracum etymon.* 252  
*Thyrſus quid differat à*  
*nartheca.* 71  
*Timonis Silli.* 217. f.  
*Tityri qui?* 69  
*Tragicus & honeſtus ac*  
*gravis idem ſunt.* 93. f.  
*Tragædiarum origo &*  
*cui primum confecra-*  
*tæ.* 2. 6. 7. 17. 18. 120.  
*diſcrimen à Comædia.*  
     19  
*Satyrice.* 92  
*Unde*

# I N D E X.

Unde nomen acceperint.	162	semper adpingebatur.	79
commune quid cum Satyricis habent.	162	Vellus aureum in Argonautica expeditione quid fuerit?	379
Triopēs aliquot hujus nominis enumerantur.	351. f.	Versus quadrati qui?	191. f.
Tucca Satyricus scriptor.	231	Victorinus (Marius) explicatur.	97. f.
Turnus Satyrarum scriptor.	230. f.	Virgilius explicatur.	369
Tzetzes explicatur.	12	Vossius (Ger. Joan.) notatur.	188, 256.

## V.

## X.

Valer. Maximus explicatur.	181	Xenocles quis fuerit, quidque scripserit?	143
Valesius notatur.	185	Xenophanis Silli.	220
Varronis Satyræ quales.	169. 223.	Xenophon explicatur.	23
Vas vinarium Baccho			

# F I N I S.







Österreichische Nationalbibliothek



+Z158482406



